


RŪPERTI ABBATIS MONA-

STERII TVITIENSIS, E REGIONE AGRIP-

pinæ Coloniae in Rheni ripa siti, ordinis sancti Benedi-
cti, uiri, & uitæ sanctimonia, & sacrarum
literarum peritita præclari, de
Diuinis Officijs
Libri XII.



ARNOLT BIRCKMAN.

¶ Apud foelicem Coloniam
Anno salutis. M. D. XXXII.

Aeditio secunda.

7 400 40
MADRID IN SPAIN

3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30

20 R V P E R T I
A B B A T I S M O N A

S T E R I I T V I T I E N S I S , E R E G I O N E A G R I P

pinæ Coloniae in Rheni ripa sitæ, ordinis sancti Benedi-
cti, uiri, & uitæ sanctimoniam, & sacrarum
literarum peritiâ præclari, de
Diuinis Officijs
Libri XII.



ARNOLT BIRCKMAN.

¶ Apud felicem Coloniã
Anno salutis. M. D. XXXII.

Aeditio secunda.

AD LECTOREM

Habes hic candidè Lector breuem summulam compendiosumq; indicem insigniorum sententiarum, memorabiliumq; dictorum, tum Christi, tum auctoris, spatium in hoc opere positurum. Quæ ut quæreni citius occurrat, diuisimus unamquanc; paginam in quatuor partes designatas per has quatuor literas, A, B, C, D. Ita ut A principium, B medium superius, C mediū inferius, D finem paginæ indicet. Ne forte alijs occupatus meditationibus, longa & confusa inquisitione temporis prolixius rædioso teras, aut calentem animi cõceptum obliuione perdas. Fruere igitur labore hoc nostro, nostramq; inopiam tuo studio locupletiore adimple, si quid ultra desyderes, Vale.



Abigail ad David oratio præueniēs, typū Angelī an in aduentu iudicis tremant non. 118. b
gestit ecclesiæ in sacrificio altaris. 15. d
Abraham primus, Ioseph nouissimus. 15. d
in linea Christi. 36. b
Abraham absq; baptismo Christi, coelū nec prodest. 16. d
Atalia in circuitu sedis dei sunt catholici doctores. 18. b
Accidentia in deū nō cadunt. 149. a
Adam incidit in latrones, descendens de Hierusalem in Hiericho. 149. a
Adam genuit filios & filias ad imaginem suam. 88. c
Adæ filij iuste damnati & exules. 88. d
Aduentus domini quatuor complectēs dominicas. 24. d
Aduentus dominica prima primum Christi aduentū celebrat. 25. b
Aduentus Christi secundus, sicut fuit in nocte. 97. a
Aduentus ille tremefaciet terrenos, sicut angelus milites circa sepulchrum. 7. d
Aegypti rex, diaboli typum gessit. 33. d
Aetas prima ecclesiæ in Adam, qui reparationis suæ otaculum accepit. 43. a
Aetas Christi in mysterium trinitatis, est annos 33. 96. b
Anastasiæ sanctæ & nobilis matronæ R. O. passio. 37. d
Agon & passio dñi pendens in cruce, spirat in missa. 18. a
Agnus dei, in missa, memoria est ascensionis dñicæ. 19. a
Agnus Christi, diabolum uicit, non lex aut decem præcepta decalogi. 62. d
Allegoria de seruo Abrahæ, quærente sponsam filio domini sui. 89. d
Allegoria de exploratorib; terræ, horū portatibus. 109. d
Allegoria de oculo inter sponsum & sponfam. 133. d
Alleluia est quoddam gaudij stillicidium de supernæ Hierusalem diuitijs. 10. d
Alleluia significat æternum angelorum & electorum cõuiuium. 10. d
Alleluia cur tẽpore paschali magis frequentat. 42. c. 11. a
Alleluia post graduale canitur, quia iubilus quidam est consolationis futuræ. 10. d
Alleluia non omnis laus dei dicitur, sed Christus, deinde etiam ecclesia. 42. a. c.
Alba, uestis sãga & stricta, longe aliud q̃ tunicæ pelliceæ primorum parentum significat. 6. d
Albæ affixa sursum lingua, coelestem Christi doctrinam significat. 10. d
Altare sacrificij missæ, sacrariū est propitiacionis. 5. c
Altare, signum uisibile fidei. 21. b
Altare præminet in templo, sicut Christus in corpore ecclesiæ. 73. b
Altaria cur uino & aqua lauantur tempore passionis domini. 74. a
Aman, affectans adorari, diaboli typum gessit. 50. d. 59. a
Amictus, caput sacerdotis obnubens, carnē Christi significat. 6. c
Amor diuinus in seipso substantia est, in hominibus accidentale donum. 150. c
Angeli in scala Iacob descendentes & ascendentes quid significanc. 35. c
Angeli etiam habent causam ut gratulentur super incarnatione uerbi. 126. a

Angeli an in aduentu iudicis tremant non. 118. b
Angeli dicuntur sancti prædicatores uerbi dei, & hitre- 10. d
ment. 10. d
Animalis uita in corpore domini consecrato non adest, 36. b
nec prodest. 16. d
Atalia in circuitu sedis dei sunt catholici doctores. 18. b
Animæ sanctorum in celo iam nunc consolantur. 48. a
Anima fidelis, nō solum per uerbum, sed & per spiritum sanctum concipit & impregnatur. 133. d
Anima, tanq; spūs, quomodo alligitur in amore dei. 135. b
Anima arreptij hominis non substantialiter recipit in se dæmonem. 137. a
Anima iusti, & angelus bonus tria habet in se, quæ sunt effigies trinitatis diuinæ. 137. b
Antiphona ad introitum missæ, antiquoꝝ patrum expectationem significat. 8. d
Anulum duas ob causas portat episcopus. 7. d
Apostolorum metus & silentium à pascha usq; ad pentecosten. 4. a
Apostoli sunt coeli enarrantes gloriam dei. 38. a
Apostoli post ablatum sp̃solum semper in fletu & ieiunio erant. 46. a
Apostolorum fuga & silentium significatur silentio campanarum & horarum regularium. 74. b
Apostoli quomodo dicuntur filij excussorum. 90. a
Apostoli octauo die paschæ fuerunt iterum simul, non quidem in Hierusalem, sed in Galilea in monte Nazareth. 100. a
Apostoli exploratores fidei & ueraces. 106. a
Apostoli quoq; ianuis clausis exierunt carcerem. 107. c
Apostoli quomodo dicitur fuit os lampadis. 114. c
Apostoli uiderunt Christum post resurrectionem eius die octauo in Nazareth in domo Mariæ. 115. d
Apostoli post passionē Christi separati & eieci erant. 118. b
Apostoli baptizati sunt in morte Christi, confirmati uero spiritu sancto de celo. 130. c
Apostoli uere diuersis linguis & scripserunt & loquuti sunt. 140. b
Apostoli longe aliter quàm Babylonij, turrim ædificauerunt. 10. d
Aqua, populus Christianus, frumētum Christi, in azy- 22. a
mis denotatur. 22. a
Aqua ex latere Christi proflua, prima fuit origo baptismatis. 74. a. 79. b
Aqua illa cur sanguini sociari debuit. 79. c
Aquæ Mara per lignū crucis portabiles factæ sunt. 81. b
Aquæ baptismi, fluius dei, iustificans ciuitatem. 92. d
Aqua benedicta cur diebus dominicis super populum aspergitur. 98. d
Aqua de templo egrediens à latere dextro, quomodo intelligitur. 10. d
Arca testamēti & ecclesiā & corp; Christi designat. 119. b
Archiepiscopus origo & patriarchæ differentia. 8. b
Archiepiscopus Remē. in Francia cur primatum obtinuit. 10. d
Arrius fatue contumeliosus deo, negans ei, generare sibi simile, quod deus creaturis concessit. 152. a
Arri; aialis hō, defluxione ex carnaligitatione fingēs. 10. d

INDEX

Ars humana potest sine defluxione sui communicari, quanto magis ars & sapiētia dei sine patere substantiæ defluxione nata est. 106. d
Arundo in manu domini quid mystice designat. 78. c
Asina seu pullus asinæ genus humanum significat. 25. b
Auctores uerbi, & non factores, cui assimilantur. 123. b
August. à Gregorio missus, primus Anglorum Archiepiscopus Cantuariensis. 8. d
Augusti. de miraculo quod Petroniæ contigit. 106. d
August. de 7 gradibus cognitionis dei p̃ 7. spūs dñi. 108. c
Aurū & argentū in tẽp̃s p̃ deo facti est. 21. c
Azyma tā ex euāg. q̃ ex legali autoritate, p̃fecta sunt. 21. c
Azyma non sunt abolenda, quia optimam habent significationem. 10. d
Allamī & oleæ prerogatiua. 68. a
Baptismus Iohannis in die paschæ, non Epiphaniæ, fieri debet. 39. b
Baptismus Iohannis lōge minoris & turis fuit q̃ Christi. 10. d
Baptismus septiformi spiritu, præfiguratus in 7. lotionibus Naaman. 51. c
Baptizandus preparatio ad bap. p̃ 15. dies ieiunij. 54. b
Baptismo passionis baptizatus est Christus. 79. b
Baptismi sacramenti in mari rubro præfigurati. eod. d
Bap. lucrosū facit cõmurationē duplicis mortis n̄g. 85. d
Baptismus liberat à morte animæ, non corporis. 10. d
Baptismus noster riuus est, fons in cruce & latere Christi profuens totam ecclesiam simul tunc baptizauit. 66. d
Baptizati passione Christi sunt omnes apostoli alijq; fidei credentes. 87. b
Baptizati stant super mare uitreum. 53. a
Baptizati cur danē calcementa & uestis candida. eod. d
Baptizati spiritu sancto, & accipere spiritū paracletum. 120. b
Baptismus Iohannis in die pentecostes, ad exemplum sancti Petri. 131. c
Baptismi effectus à spiritu sancto est. eod. d
Baptismus Christi etiam à puero celebratus reiterari non debet. 133. a
Baptismus Iohannis non fuit in spiritu sancto sicut bap. Christi. 10. d
Baptismus extra ecclesiam, baptismus quidem est, sed sine gratia. 144. a
Benedicamus domino, in missa, quomodo differt ab Ite missa est. 19. c
Benedict; pater monachor; sp̃s oim iustor; plen; 104. d
Berengerus abbas f. Lau. Leodiē. sub quo monach; erat Rupertus. 106. c
Berthania domus obedientiæ, gētiū populū significat. 49. c
Berthania à Hierusalem solū quinde cim stadijs distat. 58. d
Bethleem, typus ecclesiæ, in qua natus est homo Christus. 37. d
Botrus, quē duo in uectē portabāt, Chr̃m significat. 106. a
Cæcus secus uiam clamans ad Iesum, genus humanum repræsentabat. 44. d
Cæcus à i. uitate, itidem genus humanum significat. 54. c
Cærei flammantes, gaudiū in ortu saluatoris significat. 9. a
Cærei ad locū euāgeli; simul cū thuribulo cur portat. 11. b
Cærei Paschalis bñdictio à Zoziimo papa instituta. 84. a
Cæres illi Christi typum gerit. eod. b
Cærei laudes propter Christum sunt. 10. d
Cærimoniæ instructio, in obsequium & mysteria Christi. 10. d
Cærimoniarum causas nosse expediat. 10. d
Cærimoniæ operarij, non sine fructu sunt, etiam si causas ignorent. 10. d
Calicem Christo dedit pater, amore, non ira, gratia non uindicta. 7. a
Calumnia in euangelistis tanq; contrarios adinuicē. 97. d
Cappanæ nunc populū conuocant, sicut olim tubæ. 4. d
Campanæ prædicatores designant. 7. a
Campanarum classicum trinum in diebus festis. eod. c
Campanæ cur non sonant tẽpore passionis domini. 7. a
Candelæ accensæ, quæ portantur in festo purificationis quid significant. 40. c
Candelæ multæ in matutinis trium dieꝝ cur extinguntur. 72. b
Canonis sacri mysteria nullis uerbis sufficenter explicari possunt. 106. a
Cantus Terrardi, garrulitate cõsinnus, sicut alaudæ matutinae. 101. b
Cappæ superindutæ futuram corporum immortalitatem significant. 23. d
Carnalium tumultus in ecclesiam. 139. c
Caro Christi, sicut granum trumenti, crescit in altari, fructificat in mētibus, ac mūdū uniuersum impleuit. 17. d
Casula, uestis integra & uindicta, ecclesiam significat. 7. a
Charitas est oculus cordis, quo qui caret, cæcus est. 45. a
Charitas facit homines uenire ad dei similitudinē. 157. c
Charitas fratrum, bonum maximum. 105. d
Christinate uengendum primum Moyses instituit. 67. d
Christinate nunc omnes Christiani, olim reges tãtum & Pontifices ungebantur. 10. d
Christinate consignare episcopis proprium. 10. d
Christinate inungere baptizatos, non in fronte, sed in uertice, presbyteris concessit. B. Syluester. 10. d
Christinate non signantur frontes in die cenæ dñi. 68. b
Christus in missa præsentialiter exhibetur nō in umbra, sed in ueritate, non in figura sed in re. 5. d
Christi uita, continua pro nobis & perpes oratio fuit. 9. c
Christus abiuitus hinc in sacrarium coeli, sacrificij ritū instituit. 16. a
Christus cur ultra scripturam, aliā nobis sui memoriam reliquit. 17. b
Christus, ut homo, nos reconciliat, ut deus, absoluit. 19. c
Christus feria prima, id est, dominica die natus est. 34. c
Christus cur nocte natus est. 10. d
Christus Iohannis non fuit in spiritu sancto sicut bap. Christi. 10. d
Christus repromissus est, ad Abraham homo, ad David rex, ad Ioseph deus. 36. b
Christus cur die dominica nasci, sed feria sexta concipi ænari uoluit. 144. a
Christus dicitur primogenitus uaria ratione, 37. b
Christus rex, cui humanitas est coronā gloriæ, diadema pietatis. eod. c
Christi nomen est, accelera spolia detrahere. 38. c
Christus per baptismū non querebat renasci, sicut nos. 59. c
Christus à baptismo per annū sine discipulis fuit. 40. a
Christus in baptismo nos sanans præfiguratus est per angelum piscinæ. 49. d
Christus ut rex & sacerdos tuba clangorem dedit. 49. c
Christi passio, magno est exemplo iustis, ne moueantur, dum prosperantur mali. 64. b
Christus uenit, tinctis uestibus de Bofra. 66. a
Christus propter nos fact; paup; pro nobis orauit. eod. c
Christus nos gratis redemit gratis uendit. eod. d
Christus in ultima cenā primū sui sacerdotij officio tinctus est. 67. b
Christus in die cenæ immutauit uultum suum, id est, sacrificandi ritum. 69. d
Christus quomodo nobis in cenā ministrat. 70. c
Christus est altare de terra, quod tempore passionis nutriti. 73. c
Christus cū gustasset, noluit bibere, ppter mysteriū. 78. b
Christus bis immolatus est, primo suis manibus in cenā, deinde ab inimicis in cruce. 81. d
Christus in cruce hyssopo aspersit, & lauit oēs retro fidei uindicta. 7. a
Christus uoluerit animas in lymbos, uelut speculata illu minauit. 96. c

I N D E X.

Christus matris suae ante omnes apparuit resurgens. 101. c
Christus cor non ita tam post resurrectione ascendit. 105. a
Christus mystice piscis est a fusus, hic quidem in igne passio nis, in coelo aut igne amoris in conuivio beatorum. 112. c
Christus est pastor bonus substantialiter, non ex acciden tali dono. 119. a
Christus per mortem abiit, rogaturus patrem ut det pa ractum. 120. c
Christus in terris rogauit patrem pro nobis, in coelo non rogat sed dat. 121. d
Christus quomodo in caelis interpellat pro nobis. eod. b
Christus & Spiritus Sanctus non locuti sunt a semetipsis. 122. c
Christo mox ab initio conceptionis suae data est omnis potestas. 124. d
Christus quomodo petri clarificari claritate quam ha buit ab initio. 125. b
Christus uinculū societatis inter creatorē & creaturā. eod. d
Christus secundū humanitatem sedet a dextris patris. 128. d
Christus ascendit super coelum coeli ad orientem. Ibid.
Christus duo, id est, duas naturas habet, sed non duos, id est, duas personas. 133. d
Christus, sicut sedens in equo, non duas personas sunt. 134. a
Christi filij dei, maxima dignatio, qua pro inimicis suis mortuus est. 137. b
Christus humilitate & charitate nos docet scipue. Ibid.
Christus boni regis officium gessit, dum prior ipse ad im pleuit mandata. eod. d
Christus reficit nos in antiquo statu, salua iustitia. Ibid.
Christiani in die passionis domini cur gaudere non de bent. 76. a
Christianorum triplex unctio, prima in baptismo, secun da in confirmatione, tertia in die iudicij. 89. b
Cineres cur super capita spargimus. 46. b
Circuncisio non aperuit ianuam regni caelorum, sicut baptisus. 87. a
Circuncisio spiritalis, baptizatis necessaria. 117. c
Coccinea chlamys designat geminam dilectionem dei & proximi. 79. b
Codices euangelici cur auro argentoq; & gemmis ornantur. 23. b
Cognitio dei est per amorē, qui est Spiritus sanctus. 134. a
Cognitio patris & filij per spiritum sanctum, uera est con solatio. eod. b
Colletae, secundum orationes Christi dicuntur. 9. c
Collina ignis, quae carereus praese fert mystica. 84. c
Communicantes unū sunt corpus ecclesiae, sicut ex mul tis grauis unus panis. 15. c
Confidendum est, non in hominem, sed in solius dei testi monio. 30. d
Consecratio panis & uini in corpus & sang. Christi. 17. a
Consecrationis uerba sunt uox uerbi incarnati, uox aeter ni principij. 16. b
Consecratio olei pro infirmis aliter fit q̄ Chrismatis. 68. d
Consilium trinitatis magnum & profundum in creatio ne hominis. 152. b
Consolatio ecclesiae super absente patre. 26. b
Consolatio super aere Hierusalem, in dominica laetare. 48. c
Conuuiuium diuinae cognitionis in scripturis, quinq; pa nibus praefiguratum. Ibidem. b
Corpus Christi unum idemq; in coelo & in altari. 13. c
Corpus unum Christi, unumq; sacrificium in omnibus missis. Ibidem.
Corporale altaris, cur lineū potius q̄ ferreū esse debet. 23. a
Corrigiam calcamentorum Christi soluere, nullus san ctus potuit. 30. d
Credere in Christum plus est q̄ credere Christo aut Chri stum. 133. d
Crescens discipulus Pauli, Moguntij, & Coloniae primus Christum praedicauit. 8. d
Crucis signū, in locū ueteris laminae aureae successit. eod. a

Crucis sanctae pulchra praeconia. 8. a, 78. a, 81. b
Crucis frontes signatae, Episcopis proprium est. 8. a
Crucis signacula super sacrificij altaris non uane sunt. 15. b
Crucis duae quae pinguntur ad latus calicis, quid signifi cant. 18. d
Crucis pulchra mysteria. 78. a
Crucem portantibus in Parasceue cur respondetur lati ne & Graece non autem Hebraice. 80. c
Crura Christi non fracta sed integra quod significant. 79. a
Curiosa quaestio, ubi & quomodo sit in coelo corp? Chri sti. 129. b
Daniels exaltatio per humilem orationem. 103. d
Dauid corā Achis spumans, uelut insaniens, Chri sty tum Missam instituentis gerebat. 5. d, 69. d
Dauid, in tyrum Christi, sacerdotis agebat officij. 69. d
Dauid primus regum praecipuus prophetarum, Christi praefigurabat. 125. b
Dauid in persecutione Saul gessit tyrum Christi in mul tis. 124. d
Dauid in peccato suo grade praefigurauit mysterij. 147. c
Decedentes in pace quilibet uir tuos, uenturum iudicem timere debent. 127. c
Deposuit potes de sede, scilicet scribas & Phariseos. Et exalt. humiliter a postolos. 28. d
Descensus in Aegyptum, figura est lapsus Adae. 33. b
Deo cuncta creata ad nutum obediunt. 107. c
Deus ex beneficijs suis glorificandus. 137. a
Deus solus immutabilis & sine materia. 148. d
Diabolus auctiorem damnationem habet ex lapsu ho minis. 33. c
Diabolus per ora impiorum magicæ arti ascriptis quæ in baptismo geruntur. 89. b
Diaboli inuidia homini plus profuit per Christum quam nocuit. 127. a
Diaconus & subdiaconus cur non procedunt simul, sed unus post alium. 9. a
Diacono euangelium lecturo cur datur benedictio. 11. b
Diaconi stola atq; Dalmatica quid significant. Ibid.
Diaconus, euangelium lecturus, cur ab Austro uadit uer sus Aquilonem. 38. c
Dies coenae domini, missam in laetitia, horas in tristitia peragit. 69. d
Die coenae domini cur oēs ianuæ ecclesiae patent. 69. d
Dies resurrectionis dominicæ duplici munere solennitas est inenarrabilis, inestimabilis, ac finitæ dignitatis. 76. b
Dies, in quo exiuit de terra Aegypti, Christus est. 114. b
Dies rogationum a S. Mamerto instituti. 123. d
Dij plures esse non possunt. 149. a
Doctores ecclesiae idipsum dicunt omnes. 145. b
Dominicæ diei praeconia. 29. c
Dominica die & mundus creatus est, & Christus na tus. 34. c
Dominica die, propter gaudium resurrectionis, non ie iunatur. 46. a
Dominica palmarum duas habet processiones. 63. b
Dona & munera quomodo differunt. 15. b
Duo ministri altaris, duo denotant testamenta, legem & euangelium. 9. a
Duo Cherubim, respicientes in propitiatorium, duo te stamenta sunt. 34. b
Duae missae in nocte natalis Christi, propter duas eius natiuitates. 35. d
Duae meretrices de puero contententes, synagoga & ec clesia. 53. a
Duae tabulae legis, priores Iudaeorum lapidea corda, po steres gentium in Christum credentium integritate significabant. 55. a
Duo testes sunt pater & filius, sed non duo dij. 57. a
Duo animalia, lex & propheta, per Moysen & Heliam si gnificata. 76. d
Duo cae

I N D E X.

Duo caeci a Christo sanati, duos populos gentes & Iudgos significant. 145. d
Duplex in bonis praetatis spiritus, ut sint nunc mites, nunc zelo feruidi, nunc in uirga, nunc in mansuetudine ue niant. 123. d
E
Ecclesia concinens suo David in missa. 6. b
Ecclesia quicquid canit, Christo praecentore didi cit. Ibidem
Ecclesia offert uerbum dei, filium dei, nouum & uerum immolans sacrificium. 13. a
Ecclesia est illa mulier magna, amicta sole &c. Ibid.
Ecclesia est unum corpus Christi, maiorem habens pleni tudinem gratiae q̄ habent singuli. 13. c
Ecclesia & Christus unū corpus, sicut uir & mulier una caro. 17. d
Ecclesia in exteriori ornatu res inuisibiles imitatur. 23. a
Ecclesia regina est, quae amicta uarietibus assistit re gi. eodem. c
Ecclesiae rectores maiori egent consolatione q̄ alij. 27. c
Ecclesia ex Iudaeis dicitur filia Sion & filia Hierusalē. 37. d
Ecclesiae aetates ab Adam usq; ad Christum. 43. a
Ecclesia comparatur mulieri parturienti. 76. a
Ecclesia de genibus per Mariam Magdalenam foris stan tem significata. 113. b
Ecclesia de genibus etiam per Eunuchum aethiopem pre figurata. eod. d
Ecclesia sicut luna, semper indiget lumine solis. i. gratia spiritus sancti. 136. c
Ego & pater unum sumus, hoc dicto Arius & Sabel. con uincitur. 61. b
Elemosinarum odor, praefiguratus in unguento Marie Magdalene. 62. b
Emittit spiritum tuum & creabuntur &c. 134. c
Epiphaniae celebratae tres habet causas. 39. b
Epistola, uox legis est, apostolicas quoq; literas comple tens. 10. a
Epistola super erogatio est ultra duos denarios, scilicet le gem & prophetas. Ibid.
Epistola sedendo, euangelium stando auditur. eod. b
Error est negare corpus & sanguinem Christi in sacrificio altaris. 12. d
Error Heluidij contra uirginitatem perpetuā Mariae. 37. a
Esaias, nobilis propheta, magnus & uerus euangelista. 31. a
Esdras iustitia priuilegij in uerbis habet & factis. 167. b
Euangelij maiestas legem & prophetas literasq; aposto licas praecellit. 10. b
Euangelium cur in sublimiori loco legi solet. 11. c
Euangelium cum summa reuerentia audiendū est. eod. d
Euangelium est omnium quae in missa dicuntur princi pale. 12. a
Euangelista in resurrectione Christi cur tacet de eius matre. 101. c
Euangelium secundum Marcū cur in die paschae legit. 103. a
Eucharistia sine fide sumens, est sicut asinus ad hyrā. 16. c
Eucharistia propter duas causas instituit dominus post coenam. 140. d
Executio mortis domini in rocturnis iugillis trinum die rum. 71. d
Extendens coelum sicut pellem. 134. c
F
Facere mansionem apud pios, patri quoq; & filio si cut spiritui sancto ascribitur. 141. d
Faciamus hominem ad imaginem & similitudine nostram. 155. c
Fenestra in latere Arcae quid designat. 115. b
Feria quarta & sexta ac sabbatum cur magis q̄ alij dies ie iunio destinantur. 29. a
Feria sexta Iudaeis dicitur parasceue uel coena pura. 117. d
Fides sine operibus mortua. 117. d
Fides sola non sufficit nobis ad salutem. 118. c
Fides apostolorum aduentu spiritus erat infirma. 143. a
Fides Apostolica est ianua ad ouilem Christi. 144. a
Figurae morales non abolerent, sicut figurae pmiffionū. 22. d
Filij prodigi ornamenta in sacerdotibus quae a Christo ac cepit. 8. b
Filij quomodo portant iniquitatem patrum. 88. d
Filius dei cum humana natura ascendens ad patrem, non facit quaternarium. 154. a
Fimbriae, stola & manipuli bonorum operum persecutorū significant. 13. a
Flumen aquae uivae quid est. 137. b
Forma uerborum in baptismo, maxime uirtutis est. 132. d
Frater iunior in parabola, populus gentilis, senior popu lus Iudaicus. 94. b
G
Galilea dicitur etiam locus in tempore, ubi suprēma statio processionis terminatur. 63. b
Galilaea transmigrationem denotat. 99. d
Galilaea & primam & ultimam Christi praedicationem habuit. 100. c
Genua cur non flectimus in horis, diebus festis. 5. d
Genua cur non flectimus tempore Paschali. 107. a
Gregorius antiphonarum centonizauit & canonem auxit. 20. d
Gregorius stationum urbis ordinator. 25. d, 27. d, 41. d
Gregorij scripta, digito dei dictante, coepta sunt. 28. a
Gregorius diuinorum officiorum ordinator. 41. d
Gregorij deuotio erga S. Andream. 104. b
Gregorij aratus, Felix quartus, Pontifex Romanus. eod. c
Gregorius ex monacho factus Pontifex Romanus. eod. d
Gloria in excelsis deo, hymnus angelorum, a Telepho ro missa additus. 20. a
Gloria patri cur tacetur tempore passionis dñi. 59. b
Graduale, poenitentiae lamentū, catus asper & grauis. 10. c
Graduale infra pentecosten cur non canit. Ibid.
Graduale a gradibus humilitatis dicitur in conuulsi plora tionis. eodem. d
Graduale propter baptizatos prima hebdomada paschae cantatur. 101. c
Graeci de Azymis Romanae ecclesiae nimis pertinaciter resistunt. 26. c
Graecia haereticis ferme hata. eodem. d
Graecorum inepta ratio pro fermentato, tumidus Mariae uterus. 21. a
Gratia spiritus sancti non datur in Eucharistia nisi lotis. 71. a
H
Haereditas in testamento Christi est paracletus in remissionem peccatorum. 68. d
Haereticus, ut Cham, patrum instituta derident. 1. b
Haereticos erroris stercorea foetore pascent. 14. c
Haereticus, instar Achis, semper dicunt, Quod est. 16. a
Haereticus, uulpecula, uipeam dñi demolientes. 106. b
Haereticus dicitur corpus Christi resurgens pharasticū. lbi. 107. b
Haereticorum per miracula confutatio. 107. b
Haereticus loquuntur a semetipsis, ideo loquuntur bella & scandala. 123. a
Haereticus suam, Catholici, Dei gloriam quaerunt. 144. c
Haereticus lupi rapaces. 160. b
Hebdomadae passionis dñi breuis decursus. 14. d
Hebdomada passionis domini respondet hebdomadae creationis. 14. d
Hebdomada paschalis secundum septem spiritus domini peragitur. 108. d
Helias Christi, Helizaeus Apostolorum typus gessit. 127. c
Helizaeus bñ petri, ideo duplex factus est in eo spūs. eod. d
Hester, temperantiae speculum. 167. b
Hieremias & dictis & factis passionem Christi praefigurauit. 59. b
Hieroboam, typus haereticorum. 166. d

I N D E X.

Hierusalem ecclesis, in qua plenitudo est gratia, torrens uoluptatis & caminus ignis plenus & indeficiens. 130.c. Hodie geniti te. In eternitate enim semper hodie, id est praesens est. 37.a. Hoiem cur deus permittit per serpente[m] decipi. 75.d.33.c. Homo feria sexta conditus est & redemptus. 74.d. Homo ad imaginem & similitudinem dei creatus. 90.b. Homo ad loquendum tardus esse debet, ne scilicet loquatur a semetipso. 122.b. Homo cum omni creatura participans dicitur minor mundus. 126.a.129.c. Homo Christus in comunione trinitatis sine personarum augmento admissus. 126.b. Homo Christus quomodo habet omnia cum trinitate sibi communia. 127.a. Homo post lapsum per Christum maior factus est, quam antea fuit. Ibid. Homo in solis naturalibus miser & egenus. 133.c. Hoiis ideo nimis ingrati, tradunt in reprobilium. 135.b. Hominis est praeparare animum, domini autem, gubernare linguam. 136.a. Homo non potuisset melius conditum conditus est. 135.a. Hora canonica non omittunt nisi a uacuis & ingratiss. 2.a. Hora canonica pro beneficiis dei uectigales sunt gratiarum actiones. Ibid. Hora canonica & initium & fine in deum referunt. 3.d. Hora canonica cur per triduum passionis carere initio & fine. 4.a. Nostria altaris plenitudine diuinitatis & gratia continetur. 13.c. Humaniformis, haereticis, deo humana membra tribuentes. 128.c. Humaniformiorum ridiculum signum. 132.b. Humana natura in Christo exaltata & immutata maxima. 128.d. Humana natura in Christo ante passionem ut aqua, post, ut crystallus. 129.a. Humanus genus per primos parentes surdus & mutus. 101.c. Humilitas conferuat unitatem domesticorum dei. eod.b. Hymnus angelorum, gloria in excelsis, propter pacem ad Christum factam. 9.b. Hymnus trium pueroꝝ cur sabbathis 4. tempoꝝ cantat. 29.d.

Iacob, seruans pro Lia & Rachel, Christum praefigurabat. 7.a. Ieiunium quadragesimale, decima totius anni. 46.a. Ieiunium primitiue ecclesiae multo prolixius fuit quam nunc est. eod.b. Ieiunium aetatis in hebdomada pentecostes. 144.d. Ieiunium non cohercet solennitatem spiritus sancti. Ibidem. Iesus filius Naue Christi typus & noie & opere gessit. 92.c. Ignis per triduum ex lapide aut crystallo quod significat. 72.c. Ignis, quem Christus uenit mittere in terram, spiritus sanctus est. 138.d. Ignis multiplex effectus & commoditas. 139.a. Ignis inuisibilis, quomodo differt a uisibili. 147.b. Imago dei semper mansit in hoiie, sed non similitudo. 90.c. Imber matutinus & serotinus, doctrina est euang. 145.c. Incarnationis mysterium diabolo fuit occultatum. 125.a. Incensum altaris significat corpus Christi in igne spiritus sancti repletum. 9.b. Incensum, quod imponitur caetero paschali, quod significat. 85.a. Insignia passionis Christi, omnia in scripturis praedicta. 59.a. Inspiratioe diaboli apperuerit ad Eua esse scitum. 137.a. Instructio nostra ex figurabilibus ueteris historis. 105.c. Intentio Christi sacramenti corporis & sanguinis, sui institutio. 17.a. Intentio euangelistae in texenda linea Christi. 36.a. Iob demonstrat, scientiam esse causam effectuum lucis & poenitentiae. 111.d. Iohannis euangelium de passione domini legitur in die parasceues propter duas causas. 77.b.

Ionas putatur filius Sareptanae fuisse quem suscitauit Helias. 57.a. Ionas Christi typum gessit quando fluctibus maris se traiecit. 60.c. Iosaphat regis historia, cur in uigilia natiuitatis legis. 31.a. Ioseph cur permissus est uenire in Aegyptum. 32.d. Ioseph nutricius Christi, supremus scalae gradus, cui innoxius est dominus. 37.a. Ioseph uenundatus a fratribus suis, typus Christi gessit. 51.a. Irriguum superius, amoris inferius, timoris est fectus. 110.a. Iudaei cur dicuntur Aegyptii. i. seipso dirigentes. 32.a. Iudaei per Isaac, Gentes per Ioseph significantur. Ibid. Iudaei in fine seculi in Christum credituri sunt. 38.d.166.b. Iudaei salices sunt illae, ad quas suspensa sunt organa cantionum. 61.c. Iudaei conuincti filij Edom contra Christum. Ibid. Iudaei dum timerent proximum, irruit super eos nix. 62.a. Iudaei promissiones & ritus suos ad terrena conuertebant. 94.b. Iudaei irae & irae filij, gentibus inuident salutem. 116.b. Iudaei per Thomam incredulum praefigurati sunt. 118.d. Iudaei desertum dicuntur, quia deserentes deum, deserti sunt. 119.c. Iudaei recusant uenire ad nuptias. 165.a. Iudith fortitudinis specimen. 107.b. Iustitia dei summa, qua propter Adae culpam omnibus claudebatur reg. coelorum. 88.b. Iustus in principio est accusator sui. 124.b.

Kyrilleleson omnes uniuersalis ecclesiae preces significat. 9b.

Lapis Iacob erectus in titulum, figura Christi lapidis angularis. 15.d. Lateranensis ecclesia in nomine saluatoris & honore Iohan. Bapt. a Constantino imp. constructa. 45.a.117.b. Lateranensis ecclesia cur ad Lateranas dicta est. 117.b. Latus Christi in cruce apertum, praefiguratum latere Adae dormientis. 79.d. Latio in cruce, de latere Christi profuente aqua baptizatus est, sicut omnis, quae tunc super terram uel subus terram erat ecclesia. 87.d. Laurentij mors pretiosa, sicut sanguis Abel, clamauit in coelum. 42.d. Laurentius piscis magnus & albus. 113.a. Lazarus pauper, gentilis populi typum gessit. 138.c. Lazarus, amicus Christi, mortuus, qualem peccatorem praefigurabat. 56.d. Lazarus prima die nouae lunae ante passionem Christi factus. 58.c. Lectioibus pmitte[n]da oratio, atq[ue] petenda benedictio. 4.b. Lectioibus cur subdit, Tu autem dicit, & deo gratias. eod.c. Lectio[n]em epistolae semper sequitur graduale, exceptis paucis diebus. 60b. Lectio[n]es matutinales noui testamenti a pascha usq[ue] ad pentecosten. 130.d. Lectio[n]e libri Regum post pentecosten. 166.c. Legati uictoris Christi, sacerdotes sunt in baptizando. 85.c. Leo pri, addidit in Canone, sanctum sacrificium immat. host. &c. 20.b. Lex quod se habet ad euangelium, & quod praecedit. 9.d. Lex uictoriae, quado fortis armatus debellatur. 85.c. Lex, sicut puer medici. 102.b. Libri Salomonis designat doctores ecclesiae in pace. 106.d. Liber Iob, contra tentationes legitur. Ibidem. Liber Machabeorum, uirtutum contra uitia pugnas representat. 107.c. Libri prophetarum deinde usq[ue] in aduentum domini leguntur. Ibid.

I N D E X.

Lignum scientiae boni & mali quid est. 157.a.34.a. Ligneus malleolus in tabula sonans, Christum in cruce significat. 73.b. Linea Christi in Matth. secundum descensum. In Luca, secundum ascensum. 35.c. Linea Christi, uelut linea piscatoris. 36.c. Linguarum diuersitas apostolis necessaria fuit. 140.c. Loqui a semetipso, & non loqui a semetipso, quomodo differunt. 122.c. Lucas, uiculus discretus, sanguineum Christi sudorem solus describit. 63.c. Luctus duplex, unus mortuorum, alter poenitentiae. 111.a. Macedonius haereticus, aeterni delicti reus. 136.d. Magi, gentium primitiae. 39.d. Mala de praesentibus, sed non praedestinant. 33.d.75.b. Mandatum in cena domini duplex, locutionis pedis, & refectionis pauperum. 71.b. Manipulus dignos poenitentiae fructus significat. 10.b. Manna, typus uerbi dei. Ros, spiritus sancti. 31.c.32.b. Mana cur sabbatho non comeditur, sicut alij diebus. 32.b. Mansio spiritus sancti per substantiam non est stabilis in moralibus sicut mansio per fidem. 142.a. Manus sacerdotis oleo sancto pro clausis passionis Christi signata. 15.a. Marcus cur assimilatur leoni. 103.a. Mare uitreum in circuitu sedis dei, baptismi figura est. 158.b. Maria, templum domini, sacrarium spiritus sancti. 48.b. Maria, thalamus sanctitatis, trilineum diuini consilij. 30.c. Maria, porta caeli maxima. 35.a.32.a. Maria dicitur Hierusalem, dicitur etiam mors myrrhae & thuris. 102.a. Maria regina angelorum, mater fidei nostrae, eodem b. Maria speculum humilitatis. 109.c. Martij baptismus maioris gratiae est quam baptismus aquae. 91.a. Matera sacrificij duplex substantia est, diuina scilicet & terrena. 16.b. Matutinarum ratio & mysterium. 2.d. Maturing in triduo passionis cur non dicantur in silentio sicut horae. 74.c. Medus octis uigiliae multa habent mysteria. 3.b. Mel de petra oleum de saxo durissimo, quid est. 92.d. Ministri altaris cur in aduentu non utuntur consueta uerba. 25.d. Miracula duo, in testimonium Christi clauso prodeuntis sepulchro. 106.c.d.107.a. Miracula non contra naturam, sed supra naturam. 107.b. Misericordia & ueritas obuoluerunt sibi. 89.a. Misa ablata, refrigeret mox memoria Christi & ueritas expressum. 17.c. Misa decor cum tempore per Romanum pontificem uarie adactus est. 19.d. Misa dicitur, quia ad placandum deum ualens & idonea mittitur legatio. 22.b. Misa cur hora tertia, non post coenam, celebrari debet. 141.a. Monachi cur festis diebus stant in albis. 23.c. Monachorum mos antiquus in madato pauperum. 71.c. Monachi per totum annum dies dominicis habent duodecim lectiones in matutinis. 104.d. Mors & sepultura Christi, hora nona cum planctu recollitur. 76.d. Mors animae ex uindicta, mors corporis ex misericordia est. 36.b.136.b. Mors corporis potius optanda quam fugienda. 86.c. Mortem corporis intulit homini pater misericordiarum in bonum eius. 156.a. Moyfi intercessio, p[ro]fuit Iudaeis usq[ue] ad occisionem Christi. 53.c. Moyfi exemplo rectores ecclesiarum debent se opponere.

re pro peccatis subditorum. 151.d. Mos antiquus circa baptizandos. 53.d. Mos ille rationabiliter mutatus. Ibidem. Mulier Sareptana gentium populo praefigurabat. 50.c. Mulier Samaritana, ecclesiam de gentibus praesignauit. 52.c. Mulieres per noctem ambulabant e Bethania ad sepulchrum. 97.c. Multitudinis credentium cor unum & anima una. 126.b. Muscae morientes, haereticis. 14.c. Mysterium incarnationis uerbi dei nullus sanctorum comprehendit. 30.d. Mysterium in tribus muneribus magorum. 36.c.39.d. Mysterium reditus Christi ex Aegypto in Iudaeam. 38.d. Mysterium refectionis quinq[ue] militum de quinq[ue] panibus. 48.b. Mysterium in Moyse uirga bis petram percutiente. 52.d. Mysterium scrutationis in quarta feria post Legare. 54.a. Mysterium in resuscitatione pueri per Helisam. 56.d. Mysterium agni paschalis, quo uictus est Pharaon. 62.c. Mysterium in duabus ampullis ad altare deportatis. 69.a. Mysterium lotionis pedum, ne fordidi peccatis eamus ad altare. 71.a. Mysterium in Maria lauante pedes domini. 21.b. Mysteria scripturarum per passionem Christi nobis reuelata. 80.d.81.a. Mysterium paschae in plenilunio. 83.b. Mysterium caeteri paschalis accensum. 84.d. Mysterium euocationis discipulorum in Galileam post resurrectionem domini. 99.c. Mysterium in statione processionis dominicalis. 100.d. Mysterium ueteris historiae de Esau & Iacob. 147.c. Mysterium historiae David, Iob, & Iriae. 147.b.

Nataria Syloe, lauacrum spiritus sancti. missi. 54.d. Nemo intrat coelum, nisi baptizatus. 87.d. Nemo, praeter Christum, pro prima culpa Adae satisfacere potuit. 68.b. Nemo filioꝝ Adae sine peccato, excepto Christo. 89.a. Neumꝝ plures ad unam syllabam in iubilo Alleluia. 11.a. Niger habitus Monachorum, salubris tristitiae humilitatis & conscientiae signum. 23.c. Noctis paschalis mira praecognia. 83.a. Noe inebriatus typum Christi gessit. 1.b. Noe in arca Christum praefigurat & nomine & factis. 115.a. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem. 113.c. Nomen sanctae Trinitatis quando coepit innotescere mundis. 147.a. Nomen Trinitatis a Christo primum post resurrectionem uerba charitas, muta fieret fides, spes claudicans. 17.c. Nomen dei uini signatum in frontibus nostris. eod.b. Nomen Trinitatis sciunt etiam haereticis & carnales, sed non significantur. Ibid. Nouem leprosi, haereticos mystice designat. 162.c. Nouum pascha in azymis sinceritatis & ueritatis. 102.c. Numerus lectionum in nocturnis non idem apud omnes. 3.d. Nuptias ne quis uideat absque nuptiis. 105.a.

Oblatio altaris, publice salutis est legatio. 15.c. Oblatio benedicta, a scripta, rata cur dicitur. eod.d. Octaua, scilicet dies resurrectionis dominice solentitas solennitatum est. 95.b. Octaua sanctorum cur celebrantur. 108.a. Octaua beatitudo, eadem que prima. eod.c. Octaua Paschalis cur celebratur. 107.d. Octaua chorda in musicis eadem est que prima. 108.b. Octo anime in arca quid praefigurabant. 115.b.

I N D E X.

Odium diaboli contra filium dei ab initio. 156.c
Offerenda signifi. falubrē pcurētis mulieris cruciatū. 13.b
Offere debemus primo nos ipsos, & spiritualiter arietes bonos & hircos. 18.b
Officia diuina attentū & religiosum requirunt auditorē. 1.a
Officiū cuiusq; pontificis in die cenae domini. 67.c
Officiū paschale, transitum ad patriā & gaudia superne Hierusalem insinuat. 102.c
Omnia quae habet pater, mea sunt. 122.d
Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. 126.d
Omnia substantia creata subiaceret accidentibus, quia non est id quod est. 149.b
Operatio dei duplex, alia per filium, alia per spm sanctū. 156.b
Opera trinitatis circa hoīem, personis appropriata. 154.b
Operis profectū ex diligentia, quae in diuinis est spūū. 155.b
Opera trinitatis in reparatione hominis personis appropriata. 156.a
Orationes nostrae cur concluduntur ita? per dominū nostrum Iesum Christum. 59.d
Oratio dñica in missa dicēda, à Grego. primo ē instituta. 18.d
Orones pro oī statu ecclesie cur fiunt in die parasceues. 80.a
Oratio pro Iudaeis cur non hēctimus genua. 60.d
Ordinationes sacrae in die dominica aut uespere sabbathi fieri debent. 29.a
Ordinationes à ieiunio ieiunantibus cōferri debent. 60.d
Ordo consecrationis episcopalis pius ac uenerabilis. 67.c
Organum preciosum humanitatis Christi, à Iudaeis contractum. 61.b
Organa scripturarum, Iudaeis suspensa, nobis dulciter canunt. 60.d
Oculo Iudae infamatus est collegium apostolorū. 95.b
Ossa Christi cur frangi non debuerunt sicut ossa latronum. 77.c.79.a

P

Pallium Archiepiscoporum, humilitatis & sapientiae corques est. 8.b
Pallii iugatio, est missio episcopi à sede apostolica ad Metropolitim. 1.b
Pallia in templi parietibus appensa significant gloriam ecclesiae in regno Christi. 23.b
Panis & uinū in corpus & sanguinē Christi trāserūt. 13.b
Panis nō Mariā impregnata, sed ecclesia significat. 21.b
Panis consecratus non significat, sed est corpus dñi. 1.b
Panis uini, qui Chrī est, utilitas longe maior q̄ mānā. 32.b
Panis subniceritius, panis est poenitentiae. 50.c
Panis uerus quō ad uos uenit per portas caeli. 112.d
Parabola de rege cum decē milibus occurrente regi qui habet uiginti milia. 127.d
Parabola de diuite stulto dicēte, destrua horrea mea. 162.d
Paralyticus mystice hō dissolutus & absq; opib; bonis. 104.c
Paralyticum offerentes domino, praelati sunt. 60.d
Paschali tempore cur tres tantū leguntur lectiones. 1.b
Paschalis solennitas tres praecipue causas. 82.d
Paschale gaudiū etiā ex praecedēti ieiunio ampliā. 83.d
Passio dñi uarie cōmemorat in missa sub actione. 18.d
Passiois dñicae breuis & pulchra cōmemoratio. 73.c.75.a
Passio Christi cur nō celebratur cum gaudio, sicut passiones martyrum. 75.a
Pastores aīas quō uigilare & annunciare debent. 37.c
Pater meus usq; modo operatur. 56.b
Pater in angelis & hominibus alia per filium, alia per spiritum sanctum operatur. 133.c
Pater in diuinis substantialiter est uita. 150.a
Pater in diuinis nō sterilis est in se, qui oīa fecit. 151.d
Pater generādo filium, nihil de substantia sua dimittit. 152.c
Paulus dux uerbi praecipuus & seminator uerborū. 44.a
Paulus, magnus & mirabilis catechizator orbis terrarū. 56.a
Paulus ministrorum primus atq; fidelissimus. 94.b
Pauperibus recte datur, sed ob id non minus exornādis est cultus dei. 22.d

Psalms

I N D E X.

Psalms in missa instituit Coelestinus papa, e quibus Sabbathum sancto cur in missa, solennia quaedam desunt. 1.b
Psalms in introitus, gradualia, offertoria & communionibus. 19.d
Psalms 112. Laudate pueri dominum, ad gentes baptizatas dicitur. 103.d
Quacūq; die ingemuerit peccator, saluus erit, quomodo intelligitur. 70.a
Quadragesima, dies dominicos in ieiunio non computat. 46.a
Quales inueniri debemus in secūdo Christiani aduentu. 98.b
Quarta aetas mundi sub regibus & prophetis. 45.c
Quarta feria, caput ecclesiae Christus uentus est, ideo luctuosa est. 65.b
Quarta die sol corporalis creatus est, sol iustitiae uentus est. 66.d
Quatuor uirtutes, secundum quatuor dimensiones crucis. 78.a
Qui stat, uideat ne cadat. 160.d
Qui se humiliat, exaltabitur. 163.d
Quingui vulnera Christi, quinq; foramina petrae uicēti. 18.a

Raab & Ruth, mulieres alienigenae in linea Christi. 37.b
Ramusculi, quibus lauatur altaria, significant flagella quibus caesus est dominus. 47.b
Rasura uerticis cur nullo ornamento tegitur. 24.a
Rasura designat nos filios esse ueri Iherosolimitae propter nos in monte Caluarie. 1.b
Rasura uerticis cur corona uocatur. 170.d
Redemptio hominis diabolo erat abscondita. 156.d
Relatiuis nominibus magis exprimitur diuinae naturae arcana, q̄ substantialibus. 148.c
Relatiua non in omnibus conuertuntur. 170.d
Relatiuis nominibus maxime glorificatur deus. 60.d
Relatiua in deo non sunt accidentia nec ex tempore adueniunt. 149.d
Responsoria debite aptanda lectionibus. 4.d
Resurrectio Christi cur per mulieres nunciari debuit. 85.a
Resurrectio corporum cum immutatione & immortalitate. 86.a
Reus corporis & sanguinis domini quis dicitur. 16.a
Rogationes Mamerti centum annis antiquiores sunt lectionibus Gregorij. 124.a
Rogote, habe me excusatum, humilitas in uoce, superbia in actione. 158.d
Romanus sedis episcopus, propter excellentiam principis apostolorum, dicitur apostolicus. 8.c
Romanorum pontificum diuersa & multa addita in missa. 19.d
Romanae ecclesiae sinceritas in fide. 20.d
Romanae ecclesia, excelsum fidei tribunal. 170.d
Romana ecclesia, super petram aedificata, contra omnes hereses murus perstat inexpugnabilis. 22.b
Romana ecclesia mille clypeos omnemq; armaturam fortium habet. 170.d
Roma caput aīas, super quam sedet Christus. 25.d
Romanus pontifex quando maxime fungitur uice Christi & S. Petri. 29.d
Romanae ecclesiae fides uere Apostolica. 34.d
Roma spiritualiter Babylon dicta est. 61.a
Romanae ecclesiae miranda diligentia in ordinatione diuinarum officiorum. 102.d

Sabbathum quatuor temporum cur sex habet lectiones. 29.a
Sabbathum ante palmas uacat, propter eleemosynas papae. 62.b
Sabbathi sancti praeconia. 82.b
Sabbathum sancto cur lectionibus non praefigitur titulus. 93.b
Sabbathum sancto redditur gaudium, canitur hymnus angelicus. 94.b

Sabbathum sancto cur in missa, solennia quaedam desunt. 1.b
Sabbathum sancto redditur nobis Alleluia. 94.c
Sabbathum Iudaeorum, memoria creationis mundi, prima sabbathi, reparationis est. 98.b
Sabbathismus iure in octauam translatus est. 60.d
Sabellius, confusor personarum in diuinis. 152.d
Sabelliani cur Patri passiani sunt dicti. 170.d
Sacerdotes uestes neq; in uet. neq; in nouo testamento carere ratione. 65.b
Sacerdos sedens prope altare, Christi uictoriam de tentatore significat. 11.b
Sacerdotum & ministrorum Christi officium quale est. 70.a
Sacerdotes, qui propter decimas & oblationes praecipue ministrant, reprobi sunt. 52.b
Sacerdotij ueteris deferendi, nouij instituti signum fuit mysticum, q̄ Iesus abscondit se & exiit de templo. 59.d
Sacerdotes ad deum legatione funguntur pro populo. 69.b
Sacerdos in altari personam uicemq; Christi gerit. 70.c
Sacerdos & Leuita praereuerentes uulneratum quod dignant. 128.a
Sacramenta maiora sequuntur in missa post euangelium. 12.b
Sacrificium altaris, ipse Christus, hostia uociferationis dicitur. 60.d
Sacrificium illud, uerum dei uerbum, uerum dei filium continet. 170.d
Sacrificium noui test. longe melius & sanctius q̄ uet. 13.a
Sacrificium per legem praefiguratum, per euangelium ad altare peruenit. 60.d
Sacrificium altaris, non animale, sed spiritale in se uitam habet. 16.d
Sacrificium nostrum acceptū sicut munera Abel, sacrificium Abrae. 18.b
Sacrificij noui ritum per primos apostolos accepit Romana ecclesia. 19.d
Sacrificij uerū in ultima cena Christus tradidit. 67.b
Sacrificij missae cur in die parasceues non celebrat. 75.a.76.b
Sacrificium uespertinum & matutinū in die pasche. 85.b
Samaritanus uulneratū à latronib; curas, Christus est. 162.a
Sanguis Christi quomodo clamat de terra. 82.b
Sapientia dei patris, fons uitae, lumen de lumine. 57.c
Sapientia dei, accidens quidem est homini, sed in se ipsa uere substantia est. 150.b
Sapientia dei naturaliter est filius dei. 170.d
Sapientia deo patri coaeterna, sicut & amor. 150.d
Sapientia ludens coram deo omni tempore, qualis ludiculus do. 151.b
Sandalia pontificis significant dominicae incarnationis calcamentum. 7.c
Sandalarum corrigie significant copulam carnis cum diuinitate in Christo. 170.d
Scenopogia Iudaeorum, id est festa tabernaculorum, scenopogij mystica & uera celebratio. 135.a.c
Scientia multiplex in ecclesia Christi. 145.a
Scriptura sacra dicitur mystice firmamentum. 19.c
Scripturarum scientia est causa effectiua luctus poenitentiarum. 111.a
Scrutinia circa baptizandos. 54.a
Scrutinia olim septem fiebant. 170.d
Secunda dies, tum creationis iterum, tum passionis domini, minor est q̄ reliqui dies hebdomadae. 64.c
Sedere à dextris dei, quid est. 128.c
Sedes apostolica, temporibus Ruperti in ecclesia Lateranensi. 117.b
Septuagesima non à 70. diebus sed à 7. diebus ita uocatur. 41.b
Septem aetates mundi. 60.d
Septuaginta septem generationes Lucae 3. ab Adam usque ad Christum. 43.a
Septima aetas ecclesiae in aeterna beatitudine. 48.a
Septem dominice, praecedentes dominicam passionis sunt uelut pompa funebris. 59.a

I N D E X.

Septem mulieres apprehedentes utrum unum. i. septem dona spiritus sancti apprehedentes Christum. 92. b
Septem donaxat no. u. discrimina in musicis. 108. b
Septem spiritus dei tanq. sepe gradus ad cognitione dei. eod. c
Septem officia peccatores se adu. i. sepe dona spiritus. 122. b 146. b
Sermo diuinus, frumetu est. litera, palea. spiritus medulla. 143. d
Sibilus auræ tenus quid est. 137. b
Sicut, no. quacitas, sed similitudinis e, i sacrificij acceptioe.
Silentium missæ post offerendam, mysterio non caret. 14. a
Sordida uestimenta Christi quid sunt. 79. b
Spinea corona, nostrorum portatio est peccatorum. 78. d
Spiss. datur in confirmatione, tanq. tutor pupillis. 68. a
Spiss. ante passionem Christi nus. q. dictus est paracletus. 69. a
Spiss. Jaf. no. bis per Christum, sicut ignis per lapidem. 72. d
Spiritus dei ferebatur super aquas,
Spiritus sancti præconia.
Spiritu pietatis beati sunt mites.
Spiritus scientiæ facit hominem lugere & seipsum & alios peccatores.
Spiritus fortitudinis dat esuriam sitimq. iustitiæ.
Spiritus consilij misericordes facit.
Spiritus intellectus, oculi purgat cordis, ut deum uideat.
Spiritus sapientiæ pacificos facit.
Spiritus in sanctus datur, ut paracletus, quando datur in remissionem peccatorum.
Spiritus sanctus est donum optimu atq. perfectu, sine quo & angeli & homines miserunt.
Spiritus sanctus dupliciter donatur nobis.
Spiritus sanctus de meo accipiet, cur no ait, mea accipiet. eod. d
Spiritus sanctus nobis necessarius multipliciter tanq. tutor hereditatis nostræ.
Spiritus sanctus est b. benedictio qua benedicuntur omnes gentes in semine Abraham.
Spiritus sanctus non est deus recens.
Spiritus sancti potentia & gratia in ecclesia primitiua. ibid.
Spiritus sancti diuinitatem æternarum cumulus.
Spiritus sanctus uere deus est, quia animæ humanæ capabilis est.
Spiritus sancti illapsus quomodo fit.
Spiritus sanctus cur cum sono repetere aduenit in apostolos.
Spiritus sanctus est ignis, quæ Christus uenit mittere in terram.
Spiritus sanctus amor est, ideo & ignis dicitur.
Spiritus sanctus, cur i lingua spe cie apparuit apostolis.
Spiritus sanctus est lingua & calamus scribæ uelociter scribentis.
Spiritus sanctus quanta dulcedine repleuit apostolos.
Spiritus sanctus manet in hominibus duobus modis, uno per substantiam, altero per fidem.
Spiritus sanctus aliter in Christo q. in iustis alijs manet.
Spiritus sanctus repleuit orbem terrarum.
Spiritus sancti quomodo scientiam habet in nobis.
Spiritus sancti non datur extra ecclesiam catholicam.
Statio prima processionis ad oratoriu sanctæ Mariæ.
Statio Romæ ad s. Mariam in die paschæ.
Stola, collo circi posita, Christi obedientiam significat.
Subdiacono cur no dat bndictio, sicut diacono lecturo.
Subdiaconus cur librum ante euangelium lectum, clausum porrat.
Substantia dei simplex est, non formata, sed formata.
Superliminare templi in pass. fractu dicit in euangelio Hebraeorum.
Suscitatio mortuorum duplex.
Symbolum fidei alacriter a catholicis cantandum.
Synagoga per filia archi synagogi in euag. designata.
Templa & altaria recte ornant rebus prætiosis.
Templum uirtutes præsidia dixerit, Transeamus ex his sedibus.
Templum Iudæorum post passionem Christi destrui expe diebat.
Templi, quod Christus est, duo sunt latera, dextrum, diuinitas, sinistrum humanitas.
Tentatio quadruplex, a qua suo liberat dominus.
Tentatio iusti & proficientis.
Ternarij numeri excellentia, scilicet in apud Christianos.
Terra tremet & quiescet, id est, impij cerebuntur & nocere desinent.
Terra fluens lacte & melle, celestis patria.
Terror in aduentu iudicis in die nouissimi.
Testimonia trinitatis in uet. test. præcipue in Genesi.
Thamar de Iuda concipiens, ecclesia de gentibus est mystica.
Tobias, typus prudentiæ.
Tractus, cantus tristitiae, Alleluia, iubilus lætitiæ.
Tractus lugentium, Graduale penitentiu lamentu est.
Traditiones hominum præferebant pharisæi traditionibus dei.
Transitus per mare rubrum, figura baptismi.
Transitus patrum ex ly mbo in paradysum.
Tres pueri in fornace, martyrum uictorias præfigurant.
Tres lectiones in nocturnis uigilijs tempore paschali.
Triduum Christi in sepulchro, tribus temporibus mundidatum est.
Trinitatis commemoratio in principio Genesios.
Trinitatis opera personis appropriata quidem, sed indiuisa sunt.
Trinitatis sacramenta, tum in uita, tum in morte Christi.
Trium personarum appropriata nomina, pater, uita, filius, sapientia, spiritus sanctus, amor.
Trinitas unus deus, & solus, solus qd est, sed no solitarius.
Trinitas ioge supra dialecticor. intellectum est.
Trinitatis effigies in creatura rationali.
Trinitatis fides in antiquis patribus.
Tunica, uestis episcopi, non presbyteri, ratione sublimium significat.
Tunica inconsutilis innuit, ne scriptura hæresibus scindatur.
Vbi corpus, illuc congregantur aquilæ.
Vela cur ante altaria depedit in quadragesima.
Velata facies Christi a Iudæis, ne uideant eam.
Velox cursus uictoriæ Christi.
Venditi fumus miserabili ueditione, redempti gratis a Christo.
Veris iocunditas post hyemis tristitiã in paschate.
Verni temporis prærogatiua.
Vesperarum magna & multa mysteria.
Vesperæ & matutinæ hnt octo partes, reliqua solli septem.
Vesperæ & matutine ordine hymnos & ceteris differit.
Vidit deus, qd esset bonum, Hoc dictum in operibus sex die rum ubiq. reperitur, excepto opere secundæ diei.
Vidua mortuum plangens filium, ecclesia est & ordo prælatorum.
Vigiliæ nocturnæ cur in tres nocturnos dispersiuntur.
Virgineus partus Mariæ per carceolos designatur.
Vita animalis, quin q. sensibus fungitur, sed hæc in sacrificio non est.
Vita diuina omnibus subtilior & simplicior est, ideo nullius capax.
Vita diuina rationabili creaturæ capabilis est.
Vnguentum est spiritus sanctus, caput Christus, barba apostolorum.
Vnguentum Mariæ Mag. mysticum.
Vnicornes, singularis superbiæ, dicitur Iudæi.
Vrius, id est, lux mea dei, superbum populum Iudæorum præsignauit.
Vtilitas summa eucharistij, qd per eam possumus in celum ascendere.

FINIS INDICIS.

AD VENERABILEM
EGGLESIAE RATISPONENSIS EPISCOPVM CV
nonem, epistola Ruperti Abbatis, pro libro de diuinis Officijs.



PRIMITIAS frugum terræ, quam dominus dedit mihi, nunc offero secundum præceptum sanctæ ac mysticæ legis, dum præsens opusculum, quod de diuinis scripseram officijs, diu expetium mitto tibi, Cuno pater mi, hæctenus Abbas cenobij Segebergensis: nunc autem, adaucta super te domini gratia, potifex ecclesie Ratispone. Primitiæ nanq. sunt istæ cunctorum operum, que mihi a domino prouenisse gauisus es, & libenter legisti, no dubitæs ea comendare, & testificari, quod ueraciter sint fruges terræ, quam dominus dedit, id est, ueri sensus sanctæ scripturæ, quam spiritus sanctus condidit. Multa eorumdem operum tuo nomine attulauit, nonnulla nomine domini Colonie. Archiepiscopi Frederici. Hoc autem, quod primum erat, & alia pauca, sine splendore cuiusquam tituli dimiseram, ut ipse nosti. Itaq. primitias quidem frugum obtuleram, & dimiseram eas in conspectu domini dei, & adorato domino deo tuo, epulaberis in omnibus bonis, que dominus deus tuus dederit tibi. Sed primitias istas sub nullius obtuleram presentia sacerdotis, cū lex hoc modo fieri decreuerit. Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & ponas in carallo, pergesq. ad locum, quem dominus deus tuus elegerit, ut ibi inuocetur nomen eius, accedesq. ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum: Profitetur hodie coram dno deo tuo, quod ingressus sim terrã, pro qua iurauit patribus nostris ut daret eam nobis: suscipiensq. sacerdos cartallum de manu eius, ponet ante altare domini dei tui. Cur no secundum ritum hunc mysticum ad sacerdotem accesserim dicam. Nondum alicui notus pontifici, & sacerdos qui erat in diebus illis non curaret, neq. admitteret me ad professionem huiusmodi, neq. crederet saltem, qd mihi exiguo sorte diuisum fuisset quicquam de terra ista intra tribus Israël, in funiculo distributionis. Ego autem sciebam, qd neq. Moyses, neq. sacerdotes, sed solus Iesus sorte diuisisset terrã trans Iordanem tribus Israël, & proinde de sacerdotum patrocinio no multum curas, tenebã cartallum, & primitias frugum huiusmodi congeriebam & ponebam ante altare domini dei, habebam enim inentionem hanc, & desiderium hoc ut placeret oblatio mea in conspectu domini. Audiebam interea tale quippiam, quod me recordari faceret illius ex historia ueteri, quod cū locutus fuisset dominus ad Moysen dicens, Loquere filijs Israël, ut tollant mihi primitias, ab omni homine, qui offert ultroneus, accipietis eas, & illi cel, ut tollant mihi primitias, ab omni homine, qui offert ultroneus, accipietis eas, & illi ceratim offerrent, uenerunt artifices & dixerunt Moysi: Plus offert populus q. necessarium est, oblata sufficiunt & superabundant. Simile huic audiebam, quia dicebatur ad uersum me: Iste scribit quod necessarium non est. Sancti scripserunt, sanctorum scripta sufficiunt & superabundant, non sufficimus legere quæ sancti scripserunt, nedum hæc que isti ignoti sine autoritate de corde suo, scribunt. Hæc & alia multo grauiora surda uere præteriens, ut totus erã possessus ab ea, que me tacere no sinebat dilectione uerbi dei, & primitias istas & alia nonnulla in cartallo meo congeffi, donec uenires tu amicus & patronus fidelis, per quem ego innotescerem sacerdoti domini ecclesie Agrippinens. Ecce aut & tu sacerdos gratuita uocatione domini, tu potifex factus es spontanea electi fiducialiter accedam & dicam: Profitetur hodie coram domino deo tuo, quod ingressus sim terram, pro qua iurauit patribus nostris ut daret eam nobis. Scio enim quod professionem istam libere accipias, ut dicam, quia dominus Iesus, qui populo suo traducto p aquas Iordanis, sorte diuisit terram in funiculo distributionis, id est, qui credentibus & iustificatis gratia ipsius per lauachrum regenerationis & reuocatione spiritus sancti diuisiones gratiarum distribuit, meam quoque paruitatem in eadem distributione cognouit secundum funiculum hunc, quem exprimens euangelista: Tunc (inquit) aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Parum dixi quod libenter accipias professionem huiusmodi, immo & hoc ueraciter dicere possum, quia nimis, & plus quam

Lucæ. 24.
Alibi fatec
ipse auctor
ex diuina
reuelatiõe
se i scriptu-
ris ueritatẽ
esse.
Caralogus
operũ Ru-
perri.

*XIII.

Cõpleuit
ait postea,
i Mathæũ
sane libros
XII. in Da-
uid. XV.

Cõmenda-
tio Cuno-
nis.

Matth. 5

Iohan. 5.

Matth. 6.

Psal. 55.

ibidem.

quellẽ in sistens, etiam me adiurasti, ut non contentus dixisse tibi, scribere quoq; qua-
liter in hac terræ optime partem ingressus sim, cui adiuramento cur obedire necdum
ausus sim, deus scit, & tu mihi conscius, ex parte nostri. Suscipies ergo d sacerdos domini
cartallũ de manu mea, & pones ante altare domini, maiori cum autoritate quàm hæc-
nus feceris, & ego loquar in conspectu domini, quoties uel tu, uel aliquis exemplo tuo,
scripta nostra relegere dignatus fuerit, tanquam fruges terrę quam dominus dedit, cui
dominus benedixit. ¶ Sunt autem præsentium primitiarum libelli. XII. & deinde ceteræ
rosę, quæ cunq; obtuli, numeq; subscribere curaui. Cõmentariolum in Iob librorum X.
abbreviatum ex abundantia sensuum atq; dictorum B. Gregorij. Tractatus in euangeli-
um Iohannis librorum. XIII. Opus de operibus sanctæ & in diuiduę trinitatis librorũ
XLII. Opus in apocalypsin Iohannis librorum. XII. Opus in XII. minores prophetas li-
brorum. XXX. Opusculum de uictoria uerbi dei (quod pene tuum proprium est) libro-
rum. XII. Et opus de gloria & honore filij hominis secundum euangelium Matthei, in
quod tu more tuo me impregisti. Et opus ex libris Regũ, de glorioso rege Dauid, in qd
me dominus meus Coloniensis Archiepiscopus uehementer impulit, quorum in altero usq;
ad octauum, in altero usq; ad undecimum librum processi, in quibus nunc teneor, quæ
cũ uita comite. p̄fecero, dimittã & ista per manũ tuã in cõspectu dñi, & adorato dño epu
labor in oĩbus bonis quæ dederit mihi. Opusculũ quoq; in Canticis canticorũ. VII. libel-
lis explicui, quod tu tãto libetius legisti, quanto fidelius ac deuotius beatã uirginẽ Ma-
riam, dilecti filij dei genitricẽ, diligis, cuius honoridẽ opus totũ dedicare studui. ¶ Hęc
commemorans plurimum congratulor tibi, quod aliquem iam fructũ præcepens ma-
gnę dilectionis, qua uerbum dei te semper dilexiste & diligere optime noui. Hoc uerbũ
flamma tua est, lux tua est, & hoc habens in corde & in ore tuo, lucerna tu es, quã deus
qui accendit, non solum absconditam esse noluit, uerum etiã maiore q̄ eras in domo, ma-
ius te uidens, cõgaudeat propter lucem uerbi, quæ ex ore tuo radiat, credo, tanto
abundantius, quanto plures in domo sunt, in qua lucem huiusmodi ministrare
debes. Ego præcipue exultare debeo in lumine tuo. Nec uero ad horam exul-
tare uolo, aut debeo in hoc lumine tuo, sed in exultationem sempiternã tẽ-
do, quo & te tendere scio. In hoc est enim uera exultatio, non quia ditior
aut gloriosior factus es in hoc seculo, sed quia diuitiarum præsentium
& huius glorię cumulus atq; perfectio manet in cõlo, dũ diuitiæ
præsentis manũ implent ad faciendam eleemosynam, cupiẽti
thesaurizare in cõlo. Et gloria præsens, quoniam secun-
dum deum est, materia fit amplioris dilectionis,
& gratiarum actionis, quia misericordiam
hanc focia roborat ueritatis spes, iuxta il-
lud: Misericordia & ueritas præce-
dēt faciem tuam domine. Mife-
ricordia te hic exaltauit,
Veritas illic te beatum
faciet, scientem
nunc & per-
fectius sci-
turum
tunc
san-
ctorum iubila-
tionem, de quibus ita di-
ctum est: Domine in lumine uul-
tus tui ambulabunt, & in nomine tuo exul-
tabunt tora die, & in iustitia tua exaltabuntur.

RVPERTI ABBA- TIS TVITIENSIS, DE DIVINIS OFFI- cijs per anni circulum, Prologus.



RA QUAE PER ANNI CIRCVLVM, OR-
dine constituto, in diuinis aguntur officijs, & attentum au-
ditorem, & eruditum, ut bene exponantur, expetunt uene-
rabilium scripturarum didascalum atque symmysten. Al-
tissimarum nanque signa sunt rerum, & maxima quęq; con-
tinent cœlestium sacramenta secretorum: quorum ad mai-
statem contemplandã, non nisi eruditus & religiosus quis-
quam aspirare idoneus est. ¶ Si quidem ab his uiris ordina-
ta hæc, atque in obsequium domini nostri Iesu Christi, qui
est caput ecclesiæ, instituta sunt: qui sacramenta in incarnatio-
nis, natiuitatis, passionis, resurrectionis, & ascensionis eius,
& sublimiter intellexerunt, & prædicare uoce, literis, atque
huiusmodi signis fideliter & sapienter curauerunt. Videli-
ter imitati sunt hoc pacto benedictos filios Noë, Sem & Iaphet, qui nuditatem patris, riden-
te maledicto Cham, assumpto pallio post dorsum suum, reuerenti diligentia contexerunt.
¶ Nam quid aliud Noë de uinea sua, quam plantauit, ipse inebriatus dormiensq; & in taber-
naculo suo nudatus, nisi dominũ Iesum Christũ præfigurauit: qui a uinea sua, quam de Aegy-
pto transtulit & plãtauit, inebriatus acetu poenarum, sopitus somno mortis, id est, habitu in-
uentus ut homo, palam, quod passibilis mortalisq; esset, apparuit: ¶ Sed exeat & foris nũciet,
eumq; infirmitatis arguat Cham quod interpretatur calidus, scilicet omnis hæreticus calens
ad rixam, contentiosus & impatiens. Nam in clypeus Sem, & dilatatus Iaphet, uidelicet Ca-
tholici atque Apostolici patres, honesto sacramentorum pallio, propter nos assumptam or-
nant & uenerantur infirmitatem, & hoc post dorsum suum, quia sane infirma illa transierunt,
nec ea præsentis ipsi uidentur. ¶ Hęc uero sacramenta celebrare, & causas eorum non intel-
ligere, quasi lingua loqui est, & interpretacionem nescire. Qui autem lingua loquitur, inquit
Apostolus, ore ut interpretetur. Hoc inter spiritualia charismatum dona, quibus ecclesiam
sua spiritus sanctus exornat, magis æmulari nos hortatur, ut prophetemus, id est, ut ea,
quæ spiritu oramus aut psallimus, mentis quoq; intelligentia capiamus. ¶ Sed non omnino,
quemadmodum si orem lingua, spiritus quidem meus orat, mēs autem sine fructu est, ita de
his quoque sentiendum est. Nam qui mysteria uel signa ecclesiæ fideliter & pie frequentant,
quãuis causas eorum scire non potuerint, non tamen sine fructu sunt. Ideo quippe hæc in-
stituta sunt, ut miro modo secreta dei, quæ a paucis possunt intelligi, pene ab omnibus pos-
sint agi. Nunquid quia in operando soli uident oculi, cætera membra, quæ non uident & ta-
men operantur, sine fructu sunt: Sed unum quodq; membrum suam dignitatem habet. Præ-
minent autem oculi, qui cætera ducunt & dirigunt. ¶ Igitur sacramentorum omnium opi-
ficem in uoco spiritum sanctum, ut qua per sanctos patres hæc ordinauit, eadem mihi secun-
dum sensum & autoritatem scripturarũ, aperire dignetur gratia. ¶ Visum est autẽ hoc opu-
sculum sic ordinari, ut primum ea quæ pene quotidiana sunt, deinde quæ certis temporibus
& causis uariatur, digeram, ipso adiuuante Christo, cuius pio sanguine uniuersa terra purpu-
rata est, cuius uictorijs cœlum floret, cuius mysterijs tempora insignita sunt, cuius me-
moria dies & horæ ornatae sunt. ¶ Illud à bonis omnibus huiusce studij meri-
tum uel dignitas imperare debet, ut quãuis uetus cum suauitate ui-
num bibere assueti sint, nostra tamen musta despuenda non iudicent,
Neque enim autoritati ueterum quicquam detrahimus, Am-
malarij scilicet & aliorum, si qui forte scripserunt de
huiusmodi, sed licuit, semperq; licebit cuique dice-
re salua fide quod senserit. ¶ Primum qui-
dem quotidianum nostræ seruitutis
pensum, uidelicet septem diei
horæ, quas Canonicas,
id est, regulares
dicimus, un-
de cau-
sas
institucionis acceperint, iam dicendum est.

Eruditus
ac religio-
sus hic reg-
itur audie-
tor.

Ephē. 1.
Institutiõ
cerimonã
rum.
Gene. 9.

Noe inebri-
atus typũ
Christi
gestit.
Psal. 79.
Iohan. 19.
Philip. 2.
Hæretici, ut
Cham, pa-
trũ in iusticia
deriaet.
Expedite
noĩse cau-
sas myste-
riorum.
1. Cor. 13.
Nõ sine frũ-
ctu sunt, q̄
operant in
mysterijs.

Inuocatio
auctoris.
Modus p-
cedendi.

Captatio
beneuolẽ-
tiæ.

RVPERTI ABBA

TIS TVITIENSIS DE DIVINIS OFFICIIS,
LIBER PRIMVS.

DE horis Canonicis.

Caput I.

Horas canonicas omnes terere non licet.



SEPTEM CANONICAS HORAS DIEI NON LICET à quoquam, qui in conspectu dei uacuus & ingratus apparere nolit, negligenter præteriri. Hæ siquidem creatori nostro deferunt laudes, & pro certis ac magnis eius beneficijs quasi uectigales sunt gratiarum actiones. Sol nanque uerus & dies æternus CHRISTVS, duodecim habens horas spirituales & sempiternæ secum stantes, hæ septem horas temporaliter currentes, clarissimis misericordiæ suæ radijs illustrauit atque dedicauit. Singularum rationes de thesauro scripturarum proferemus.

Iohan. 11

DE Prima. Caput II.

Prima hora creatori nostro laudes referre debemus, ante omnem curam corporis, qua scilicet hora dominus noster iam cõsputus & illusus, atque alapis caesus, & adhuc obprobrijs saturatus, Pilato propter nos ligatus affixit; itemq; rediuius, stans in littore, cum in captura piscium, à quibus retia rupta non sunt, significasset ecclesiam, qualis futura est in resurrectione mortuorum, mellitum cum septem discipulis celebrasset cõuiuium. Quia ergo primum quærendum est regnum dei, & cætera adhærentur nobis, & in lege iubet dominus omne sibi primitiuum offerri, primâ offeramus horam diei nostro redemptori, & quæramus regnum eius, qui passus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

Math. 27
Iohan. 21

Math. 6
Exod. 13. 23
Roma. 4

DE Tertia. Caput III.

Hora tertia duplici ratione splendet insignis. Nanque hæc hora dominus IESVS spinis coronatus, & linguis Iudæorum crucifixus est. Iuxta illud: Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus, uidelicet quia Pilato iudicante illum dimitti, firmauerunt sibi sermonem nequam, pertinaciter clamando, crucifige, crucifige, & spiritus sanctus, qui in remissionem peccatorum, nõ fuerat datus, ante quam Iesus esset glorificatus: super nascentem ecclesiam in igneis linguis effusus est, & est impletum discipulis promissum domini dicentis: Vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies.

Math. 27
Mar. 15
Psal. 56
Psal. 93
Iohan. 19
7

Act. 2
1

DE Sexta. Caput IIII.

Hora sexta CHRISTVS dominus propter nos in cruce exaltatus est, ut ad se omnia traheret, & extincto modico lumine Iudæorum: de quo ipsa lux uera dixerat. Adhuc modicum lumen in uobis est, currite dum lumen uitæ habetis, ut non tenebræ uos comprehendant: corporalibus quoque super terram irruentibus tenebris lumen uerum transiit ad illuminationem gentium.

Iohan. 12
Ibidem.

DE Nona. Caput V.

Nona quoque hora, iure in laudem dei clamamus, quando clamans dominus IESVS Suoce magna emisit spiritum, latrone admissio in paradisu, & uenia quis sero, ueraciter poenitentibus & confitentibus dedicata, & rescisso uelõ legis & prophetarum, cœpimus reuelata facie contemplari gloriam domini. Tunc etiam, latere eius perforato, formandæ ecclesiæ proflexerunt, & elementa, sanguis, quo redimimur, aqua, qua abluimur.

Math. 27
Luc. 23
Marc. 15
1. Cor. 3
Iohan. 19
Alia sacra
menta.

DE Matutina & Vespertina Synaxi. Caput VI.

Vespertinæ atq; matutinæ laudis sacrificium, magnis est nobis sacramentis dedicatum. Omitto quod in umbra ueteris instrumenti, mane & uespere iugiter offerebatur holocaustum, de quo dicit lex: Sacrificium est domino in odorem suauitatis oblatione perpetua in generationibus uestris. Ad Euangelicam enim prope-
ro gratiam. Inde harum splendida clarescit horarum dignitas. Vespere dominus panem & uinum assumens, & ueritate sui corporis & sanguinis representans, suis portatus in manibus, testamentum scribit suis hæredibus: humilitatem scilicet & charitatem, lauando pedes discipulorum, maxime commendans, iterumq; recumbens, longi solennitate sermonis, amicis & filiolis iam morturus ultimum uale dixit. Item in uespere sepelitur, in uespere nihilominus apparens uiuus in habitu peregrini, cognoscitur in fractione panis, & hospitalia discipulo-

Exod. 29

Math. 26
Luc. 22
Hebr. 20. 9
Iohan. 13
March. 27
Luc. 24

DE DIVINIS OFFICIIS LIBER I. III.

rum corda iniecto suæ charitatis igne succendit. In matutino Petrum, qui ter negauerat, gallicantus redarguit. Dominus respicit, & negator poenitens ad lachrymas confugit. Item diluculo sanctis mulieribus resurrectione domini à dealbatis angelis annuntiata, tristitia fidelium iam incipit conuerti in gaudium. Quæritur uiuens cum mortuis, & uiuui se ostendit, tan-
gi quoque dignatur & adorari. Notandum, quod cum cæterarum septenarum sint partes horarum, id est, uersus, Deus in adiutorium meum intende, cum Gloria Patri, Hymnus, Psalmi, Lectio, Responsorij uel Versus, supplicatio Letania, & oratio Completuaris horis octauum additur canticum de Euangelio, quia scilicet canuntur pro octaua: spectant enim in beatitudinem resurrectionis, qua maxime insignitæ sunt, iuxta sententiam illius Euangelici capituli: **Vespere sabbati, quæ lucelcit in prima sabbati.**

Math. 26
Marc. 14
Luc. 22
Math. ult.
Mar. ult.
Luc. ult.
Iohan. 20
In alijs ho-
ris, 7 partes
In matut.
& uespere.
Math. 29
Math. 14
Luc. 22
Elaia. 69
Ephe. 3
Iohan. 20

DE Completorio. Caput VII.

Hora completorij nobis illud commemorat de passione domini, quod iam egresso Iuda pauere cepit & tædere, factusq; in Agonia, prolixius orauit, & sanguineas guttas prostrato corpore sudauit, torcular tunc solus calcans, & in futuro sanguinem martyrum pro se fundendum præsignans, itemq; illud de resurrectione eius quod prius quam fecerat pacem inter deum & homines legatus fidelis, rediens euangelizauit nobis, stans in medio discipulorum suorum, & dicens eis: Pax uobis.

DE Vigilijs nocturnis. Caput VIII.

Vigilijs nocturnis, de quibus & Propheta, media, inquit, nocte surgebam ad confitendum tibi. Item Euangelicæ nobis gratiæ claritas magnificentius instituit. Nam dominus noster media nocte de uirgine natus, itidem, ut Samson quondam obfessus ab Allophylis, media nocte, contra fractis portis inferi, surrexit à mortuis. Media nihilominus nocte uenturus asseritur in similitudinem Aegyptij temporis, quando pascha celebratum est, & exterminator uenit, & dominus super tabernacula transiit, & in typum nostrarum frontium sanguine agni postes cõsecrati sunt. Vnde reor (inquit beatus Hieronymus) traditione apostolicam permanisse, ut die uigiliarum paschæ ante noctis medium dimittere non liceat populos expectantes aduentum Christi, & postq; aduenerit illud tempus, securitate præsumpta festum cunctos agere diem.

Psal. 119
Luc. 2
Iudicij 16
Math. ult.
March. 25
Exodi 13
Apocal. 7

Cur uespere uel matutini, ordine à cæteris differunt horis. Caput IX.

Cur autem exceptis nocturnis uigilijs, hæ septem sint horæ diei, Matutini, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespere, Completorium: Matutini & uespere à cæteris horis & numero psalmodiarum & ordine hymnorum, non immerito differunt. ¶ Nam ex ueteri quoque testamento, antiquam (ut dictum est) autoritatē trahunt. Nec enim nihil momenti habere debuit in his antiquitas illa matutini & uespertini sacrificij, & ut supra repetam immolatio paschalis agni, quæ fiebat in uespere, & illud quod fiebat in uigilia matutina, quia respexit dominus supra castra Aegyptiorum, & interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas currum, ferebaturq; in profundum. Itemq; illud quod in mundi creatione, alijs horis tacitis commemorantur uespere & mane, in senaria diuinorum operum distinctione. ¶ Iure ergo hymnum, qui est Euangelicæ lætitiæ, exemplo domini, qui hymno dicto exiuit in montem oliuarum, his duntaxat horis psalmi uetustæ autoritatis antecedunt, & quia ex Euangelio maxima sacramenta commemorant, & ob hoc Euangelicis decorati sunt canticis, hymnos eisdem pene coniunctos habent. Completorium quoque quia apud quosdam canticum de Euangelio habet, cum eodem catico post psalmos hymnum habet contiguum. Nec mirum, cum in psalmodiarum quoque titulis, nunc psalmus cantici, nunc canticum psalmi inuenias, & ipsa commutatio ratione non careat. ¶ Omnium in commune horarum dignitatē reuerendam & hoc in dicit, quod earum initium, & finē pariter referimus ad deum. Nam initio deum in adiutorium inuocamus, in fine deo gratias referimus.

Vespere & matutinæ ex uetere testamento. Exodi 29
Deut. 16
Exodi 14
Ordo i psalmis & hymnis hora rii diuersis
Math. 26
Mar. 14
Quæ sint cantica.
Psal. 29
Psal. 65
Horarum dignitas i cõ mune.

DE Ordine horarum in festiuitatibus. Caput X.

Quoties de tempore gratiæ, materiam laudis sumptam habemus, uerbi gratia, diebus dominicis & sanctorum natalicij: genua in ipsis horis non flectimus, stando proferentes libertatem & gratiam, quæ colli nostri, qui eramus curui, fugum ferreum confregit, ut incederemus recti. ¶ Tunc & uigilijs in tribus distribuitur nocturnis, ut nõ solum uerbo sed etiam facto tres uigilijs prædicemus, de quibus ait dominus: Beati serui illi, quos cum uenerit dominus, inuenit uigilantes: & si uenerit in secunda uigilia, & si in tertia uigilia, & ita inuenit, beati serui illi. ¶ Tunc legendi atq; canendi officia, quæ ad ædificandam ecclesiam instituta sunt, numerosius concrepant, ut nos præparatos ad aperiendum domino quacunque hora pulsauerit, ad modum duarum ueteris testamenti tubarum, quæ ad mouendum castra crebrius atque cõcisius clangere iussa sunt. Ipsa autem lectionum pluralitas nõ eadem in omni ordine est. Nam clerici nouem, monachi duodecim legunt. Illis nouenarius est tetragonus, id est, æquis undique quadris lateribus, hoc innuit.

Galat. 4
Ephe. 2
Hier. 29
Elaia. 45
Luc. 12
Apocal. 7
Numer. 10
Cur clerici 9. Monachi 12. Lectioes legunt.

III. RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS,

quod uerbum & opus prae dicatorum aequalia semper esse debent, his uero duodenarius in quilibet constans lateribus. Nam ter quatuor uel quater tria, duodecim faciunt. Hoc insinuat, ut in uo magis extendantur, & exemplo Iacob, cum domino luctantes claudicent, scilicet minus operantes, ut amplius meditari queant hi, qui fidem trinitatis mundo quadrifido prae dicant. Nam in utroque ordine pluralitas lectionum, pluralitate significat prae dicatorum, qui ex tempore gratiae plures in mundum missi sunt. Sic enim profunda nocte gailus rariore atque productiores cantus edere solet, uicina uero die crebriores atque citatores sic ante incarnationem dominicam pauci & rari, post uero multi & crebri praecones uita missi sunt. Paucitatem anteriorum, in tribus priuatarum noctium lectionibus: multitudinem posteriorum, in natali eius domini uel sancto noui testamenti significamus. Ad deo autem causa haec uim rationis obtinuit, ut Romanus ordo (qui diuinarum rerum causas secundum apostolicam fidem laudabiliter executus est) in ipsa nocte paschali non plus quam tres lectiones habere decreuerit. Illa namque nocte praedicatores sancti, scilicet apostoli, & numero pauci, & metu Iudaeorum muti, & de morte domini mactati, uideri fugiebant, audiri metuebant. Nam in ipso crepusculo, referentibus sanctis mulieribus, quod resurrexisset dominus, & quod uisus esset ab eis, non crederunt, & uisa sunt coram eis quasi deliramenta uerba haec. Nec solum illa nocte, sed exinde quoque usque Pentecosten, causam eandem in paucitate lectionum considerat: quando praedicatores sancti & numero plures, & seruire sancti spiritus facundi sunt. Non tamen minus rationi appropinquant, qui maiestatem solennitatis attendentes, integrum & solennem lectionum obseruant numerum: quia & si apostoli muti fuerunt, angelorum alloquia, & ipsius domini strepens uisitatio, ualde celebris & sequenda praedicationis est.

Gen. 22
Mysterium trinitatis & nomen lectionum.

Cur tempore paschali tres tantum lectiones leguntur.
Luc. 24

Matth. 23
Iohan. 20
Matth. 9
2. Mach. 4
Matth. 11
Luc. 8

Vanæ gloriae stimulus.
Matth. 10
Iohan. 13

Esaie 39
Luca 15
Deut. 8
Matth. 4

Matth. 11
Responsoria apud lectionibus.

1. Cor. 1
Olim tubae, nunc campanae populi uocant.
Leuit. 23:25

CVR lectiones oratione praenimus. Caput XI.

Prædictas lectiones ideo oratione praenimus, quia rogare debemus dominum messis, ut mittat operarios in messem, & ut aperiat cor nostrum in lege sua & in praeceptis suis, ne semen uerbi Dei, quod audituri sumus, aut uolucres comedant, aut sping suffocent, aut duritia petrae frustrata radice supplantet.

DE Iube domine. Caput XII.

LECTURUS uero, benedictionem petens, hoc significat, quod nemo, nisi missus aut permissus, officium praedicandi usurpare debeat. Quomodo enim praedicabunt, inquit Apostolus, nisi mittantur?

DE Tu autem domine. Caput XIII.

QVOD in fine dicit: Tu autem domine miserere nostri, hoc innuit, ne ipsum quidem bonum officium praedicandi sine alicuius uel leuis culpae puluere posse peragi. Nam, ut ait beatus Augustinus: Verbum praedicationis securus audivit quam dicitur. Praedicator quippe, cum benedicere se sentit, difficile nimis est, ut non quantumcumque spiritu elationis tangatur. Et quia quasi per terram ambulat, & pedes eius aliquo puluere sordidantur, iccirco misericordia dei indiget, ut in hac parte lauetur, etiam si mundus sit totus.

DE Deo gratias. Caput XIII.

QVOD uero deo gratias succinit chorus, non ad ultimam precem lectionis, sed ad totam lectionem respicit. Gratias namque agimus deo, quod doctrinae suae panem nobis frangere dignatur, ne fame audiendi uerbum dei pereamus. Nam & ad lectiones, quarum in fine, tu autem domine, non dicitur, scilicet ad capitula horarum regularium, quia uerbum dei est, in quo uiuit omnis homo, deo gratias succinamamus.

DE Responsorijs. Caput XV.

RESPONSORIA, quae post lectiones canimus, nobis innunt: sanctis monitis dei, factis nos respondere de bere, ne simus similes pueris sedentibus in foro, Iudeis uero dicentibus: Cantauimus uobis, & non saltastis: lamentauimus uobis, & non plorastis. Dicuntur enim a respondendo. Tristitia namque tristibus, & laeta letis debemus succinere lectionibus. Siquidem neque moris est neque decoris, ut cum lector tristitia dixerit, uerbi gratia, quae sunt poenitentiae, siue lamentum aliquod dominicae passionis: chorus in responso salter de gaudio regni, & gloria resurrectionis. Sed dum lector, uelut Iohannes non manducans neque bibens, praedicat poenitentiam, nos itidem in responso ploramus: dum ille, uelut filius hominis manducans & bibens, cantat nobis de gaudio regni, succinere ei idem, apte saltamus. Quod quia uno praecinente, tamen his qui in caeteris eiusmodi, chorus concorderit sequitur, illud astitit, quod Apostolus obsecrat, ut id ipsum dicamus omnes, & non sint in nobis ichismata.

DE Campanis. Caput XVI.

SONORA esse instrumenta in ecclesia, quibus ad laudem dei populus excitet, diuinae autoritatis & antiquae consuetudinis est. Nam olim tubae, aut campanae, diuersa quidem specie, sed eadem eandem ratione. Legimus in Leuitico, tubas ex iussu domini factas, quae

rum usus esset in Iubilatio, tantae uirtutis, ut ad crepitum earum corruerit Hiericho, & in Paralipomenon inter cantores, nablis arcana cantantes, & inter Leuitas pro octaua canentes, concinente & subsillente Dauid, septem tubarum clangore personante coram arca foederis domini. At nunc ad confitendum domino, & ad annuntium mane miserico diam eius, & ueritate eius per noctem, & aenea signa personant, & ad omnem horam diuini officij, tanquam in exordio praeclearae orationis, has partes tenent, ut attentos docilesque beneuolos diuinae laudis auditores efficiant. Haec igitur ecclesiae signa, atque illae legales tubae, unum atque idem significant, scilicet sanctos ecclesiae praedicatores, qui ad Syon montem & ciuitatem sanctam caelestem Hierusalem, & multorum milium angelorum frequentia, & ad futurum dei iudicium populum inuitant & praeparant, magnitudinem rei magnitudine dicendi qua possunt, exprimere contendunt: ut repositas intrinsecus aures cordis percellere, sensumque surdi auditoris ad audiendum flectere & uincere contendant. Quamuis ad potiora flecteret oratio, praeter eundem non est, quomodo praedicator perfectus, huiusce signi quadam similitudine formetur. Duritia metalli, fortitudine mentis, plectrumque ferreum quo sonus eliditur, constantia sermonis imitatur. Ecce de di, ait dominus, faciem tuam ualde iorem faciebus eorum, & frontem tuam durio rem frontibus eorum, & ut adamantem & silicem faciem tuam. Fugiens quoque terrenam habitationem, & dicens: nostra autem conuersatio in caelis est, sursum cor superpendat, pendensque de turri fortitudinis, quae stat contra faciem inimici, speculatorem se meminerit positum esse domui Israel. Gesserit autem lignum crucis in capite, id est, in principali suo, quod est mens, funemque exinde colligatum, id est, uinculum charitatis, usque ad infirmos fratres, quasi usque ad terram porrigat, quo commonitus, personare, & os suum dilatare nunquam desistat, dicens: Charitas enim Christi urget nos. Ita custos super muros Hierusalem constitutus non taceat, sed quodcumque uiderit uel audierit annuntiet, iuxta illud: Qui reminiscimini domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei, & tora die & tora nocte, in festis opportune, impertune, his qui dormiunt in lectis eburneis, & lasciuunt in stratis suis, non taceat laudare nomen domini, ne usque ad matutinum, id est, usque ad tremendum dei iudicium male pacato confesulti fomno pereant. Ad postremum illud notandum, quod quemadmodum ex tempore gratiae plures praedicatores missi crebrius theologis concrepant symbolis, habentes donationes secundum gratiam quae data est eis differentes: ita signa praedicta quantitate & sono differentia, quoties aliqua donationis euangelice festiua commemoratio fit, tum altius tinniunt, & peronant crebrius, & productius reboant, ut dormientes in nocte & ebrios (qui enim dormiunt nocte dormiunt, & qui ebrii sunt nocte ebrii sunt) ad laudem dei quasi uolenter excitent, & si non euincunt sic, ut eos exurgere cogant ad orandum, ne intrent in tentationem salte securi dormire non permittant. Trinum itaque solennis diei classicum, id est, matutinum, uespertinum & quod ad missam pulsatur in initium, sic imitetur, euangelicus praedicatorum chorus, ut semper praedictet lamentationes praesentis uitae, carmen futurae, & gehennae.

DE Ministerio altaris. Caput XVII.

AM nunc ad thesaurum summi sacramenti, scilicet ad missae secretarium accedere, quotidiani cursus ordo situs exposcit. Quod si mihi peruium fecerit thesaurarius salutis atque ordinator charitatis, si aperuerit clauis Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, gratulari & cantare licebit animae meae, quod eam rex in cellam uinariam introduxerit. Hoc enim sacrarium propitiationis est, hoc illud propitiatorium, in quod uersis uultibus duo Cherubin, id est, duo testameta mutuo se aspiciunt. Nam quod in ueteri testamento promissum, praesignatum & a longe salutatum, in nouo autem datum, reuelatum & palam est factum, hic praesentialiter exhibetur, non in umbra sed in ueritate, non in figura sed in re. Hic illud agitur, in quo noster Dauid insanire uidebatur regi Achis, quando tympanizabat pendens in cruce, & impingebat ad ostia ciuitatis, id est, ad conclusa corda non credentia sibi quando ferebatur in manibus suis, tenens panem & uinum, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus nouum testamentum: quando desuebant saluare in barba, id est, uidebatur loqui in fantilia dicens: nisi manducaueritis carnem meam & biberitis meum sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Fugit quippe ab illo populo suo, quem nunc uocat Achis, id est, quomodo est? eo quod dixerit: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Vocabat autem eum prius Abimelech, id est, patris mei regnum, & accepto regno super uerum Iudaeum, uerumque Israel, nunc iuxta myiticum sentium Paralipomenon, indutus stola byssina, uestitus Ephod lineo, praecentor inclitus, choros ducit sacrificans, & subsillit coram arca foederis domini, O regem, sacros principem. Quid sibi uult tantum tam clari capitis tripudium, dum tendit arcae dei tabernaculum, & indutus Ephod offert holocaustum, & in nomine domini benedicit populum: ad quem cum esset de tribu Iuda, non pertinebat sacerdotium: Sed repulit dominus tabernaculum Sylo, & occisis sacerdotibus Sylo, elegit tribum Iuda, elegit Dauid seruum suum. Ecce

Num. 10
Iosug 7
1. Paral. 15
Psal. 91

Campanae praedicatorum res designant.

Similitudo campanae ad praedicatorum.
Ezech. 3

Officij praedicatoris.
Philip. 3
Psal. 60
Ezech. 3
2. Cor. 5
Esaie 62
2. Tim. 4
Amos 6

Alia similitudo communiter campanae & praedicatoris exciendi.
Rom. 12
1. Thessa. 5
Trinum classicum in diebus festis.

Apocal. 3
Cantico. 2
Exod. 27
Heb. 9 & 10

1. Reg. 21

Matth. 26
Luc. 22
1. Reg. 21
Iohan. 6

1. Paral. 15

1. Paral. 16

Psal. 77
Matth. 22

praegressit rex de tribu Iuda confidenter agere in his, quae deberi sciebat filio suo domino suo in quem haec dicebat: Iuravit dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Ecce imperat sacerdotibus, mandat Leuitis, ut sanctificentur, cantores constituit, eligit qui cantent arcana, qui cantant pro octava, qui clangant tubis, qui personent buccinis, qui concrepent lyris, cymbalis, nablis, organis. In his omnibus ad filium respicit. Ascendens enim in altum captivam duxit captivitatē, dedit dona hominibus. ¶ Scien- dum nanque arcam domini (quae interdum pro quovis rectore ecclesiae accipi consuevit) malo magis convenienter designare humanitatem saluatoris Christi, quam in latere fenestram habet, id est, unius lanceae, quo fluxerunt aqua & sanguis: intus continens manna, id est, uni- tum sibi verbum dei & tabulas testamenti, quia in ipso sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi, & virga sacerdotalis & regie potestatis. Arcam ergo dei nosse David, mor- tis imperio, quasi regno Saul, destructo, deducit in Hierusalem, & collocat in tabernaculo coe- li, quod ipse tetendit. ¶ Quod respiciēs ecclesia diebus proximis sanctae resurrectionis, exem- plo prioris populi se excitat ad concinendum suo David, dum hoc responsum cantat. Decantabat populus in Israele alleluia. Canit ergo uniuersa multitudo Iacob legitime, & ipse David cum cantoribus citharam percutit in domo domini. Quicquid enim Israel canit hoc magistro, hoc praecentore, citharas cordium digito dei percussente, didicit. Ab hoc concitatus tubilus cordis in voces corporeas chorique concertum, nunc acute aut excellenter erumpit, & magni corporis ecclesiae per omnes gentes diffusa, quia una fide resonat, cantus pariter, & in simul ubique & undique multiplex & unus ab ipso suauiter au- ditur. ¶ Igitur ordinem altaris, ordinem magnae & interminatę rationis iam liber attingere, & eos qui praecesserunt in capite, scilicet Christo, sacerdotibus, qui sunt membra corporis, imitationem, ipso aperiēte, uel ex parte cognoscere. Et primum de sacerdotibus uestibus dicendum.

DE Habitu sacerdotis. Caput XVIII.
In habitu sacerdotali nihil esse quod uacet a ratione, apud ueteres quoque consistit. Si- cut Beatus Hieronymus scribens ad Fabiolam testis est. Apud nos ergo quanto sacerdo- tium Christi ueteri sacerdotio dignius est ratio in habitu sacerdotali, causas habere pro- batur dignioris. ¶ Illi enim sacras uestes secundum colorem, materiam, positionem, cuiusque ad quatuor elementa mundi, ad duo hemisphaeria caeli, partesque Zodiaci, ipsiusque caelum referentes, ad ultimum in auri lamina, quae in fronte pontificis erat, inscripta habens ineffabile dei nomen: hoc significari uolentes, quod omnia quae subter sunt, dei arbitrio gubernentur iustum esse commemorabant, ut pontifex creatoris non solum pro Israele, sed & pro uniuerso mundo rogaret, licet nostri & Beatus Hieronymus, iuxta morem suum, in his quoque spiritualis intelligentiae uela pandere soleant. Quoniam ergo nec uetera ratione ca- ruerint, nos exemplaria caelestium supergressi, ipsa potius in uero sacerdotio caelestia con- templentur.

DE Amictu. Caput XIX.
Sacerdos in officio altaris, capitis sui, scilicet Christi, cuius membrum est, personam ge- rit. Quidam amictu caput suum obnubit, donec super os casulae illum reuoluat, & ue- lut caput aut coronam illi coaptet. Illud est quod in Apocalypsi legimus, angelum for- tem descendi disse de caelo, amictum nube, & in Esaiam: Ecce dominus ascendit super nu- bem candidam. ¶ Veniens enim ad saluationem mundi, dei filius, angelus magni consilij, nu- be amictus est: dum diuinitatem suam, quae est caput & principium in nostra carne abscon- dit. Hoc ergo carnis latibulum prima uestis sacerdotis, id est, amictus significat.

DE Alba. Caput XX.
Alba, lineum uestimentum & strictum, quae (ut Hieronymus ait) Hebraice dicitur כְּתֹמֶת, & est ab antiquo sacerdotalis ac Leuitici generis, longissime distans a tur- nicis pelliceis, quae de mortuis animalibus fiunt, quibus post peccatum uestitus est Adam: utpote nihil mortis habens, sed tota candida, nouam uitam sacerdotij eius designat quam docuit, & in baptismo dedit ut de baptismo surgentes, cingamus lumbos in ueritate, & tota pristinorum peccatorum turpitudine celetur. Vnde & David: Beati quorum remissae sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Lingua eiusdem uestimēti, sursum af- fixa, caelestem eius doctrinam insinuat. Vnde Iohannes, qui de caelo uenit, inquit, super omnes est, cuius testimonium qui accipit, signauit, quia deus uerax est.

DE Stola. Caput XXI.
Stola, quae super amictum collo sacerdotis incumbit, obedientiam significat filij dei, & seruitutem quam dominus omnium, propter seculorum salutem subiit. Nam quod cum magna reuerentia cogitandum est, obedienter passus & mortuus est filius dei. Causam quippe mortalitatis, scilicet peccatum, nec origine contraxit, nec actu admi- sit, &

Psal. 109
1. Paral. 15
Psal. 67
Eph. 4
Arca dei de-
signat hu-
manitatem
Christi.
Iohan. 19
Hebr. 9. 9
Coloss. 2
2. Reg. 6
1. Paral. 15
Ecclesia co-
cinensus
David in
Milla.

Ratio ue-
stium sacer-
dotalium in
ueteri testa-
mento.
Exodi 28
creatorum

Apocal. 10
Psal. 19
Esai. 91

Ephobad,
Gene. 3
Apo. 1. 7
Luc. 12
Eph. 6
Psal. 31
Iohan. 3

Stola obe-
dientiae sig-
num.
Galat. 4
Philip. 3

fit, & iccirco morti nil debuit. Sed dedit illi calicem pater, non iudex: amore, non irauolunta- te, non necessitate: gratia, non uindicta. ¶ Et sicut Iacob liber & ingenuus, praeccepto patris Isa- ac, & matris consilio Rebeccae parens, seruiuit Laban, ut Rachel & Lyam in coniugium duce- retis filius dei praeccepto patris, & consilio spiritus sancti obediens, seruiuit mundo, subiectis humeris eius peccata portando, ut synagogam de Iudaeis & ecclesiam de gentibus assu- meret. Cum ergo sacerdos stolam accipit, meminisse debet & scire, quia grande iugum, licet sua- ue: grande, licet leue, super se tollit.

DE Casula. Caput XXII.
Casula magni sacerdotis nostri, Christi, uestimentum, significat illud uestimentum Psa- l. 172
 ueri Aaron, cuius in oram descendit unguentum, quod est in capite. Primum de-
 scendens in barbam ipsius Aaron. Quod est illud uestimentum: sancta ecclesia ca-
 tholica. ¶ Nam barba Aaron, quae interpretatur mons fortitudinis, barba (inquam) Barba Aa-
 Aaron, id est, Christi apostoli sunt atque apostolici uiri, fortes & perfecti. ¶ Unguentum au- ron, ungue-
 tem regale & sacerdotale, spiritus sanctus est, cuius tota plenitudo est in capite, scilicet Chri- tum in ca-
 stotatque inde, primum in apostolos quasi in barbam, deinde in totam ecclesiam, & usque in pite.
 extrema membra ecclesiae, quasi in oram uestimenti descendit. ¶ Casula ergo uestimentum Coloss. 2
 Christi, quod est ecclesia, significat. Est autem integra & undique clausa, ut unitatem uel in- Casula ec-
 tegratatem uerae fidei demonstret. Huic autem super ducitur, & ori eius apte circumponitur clestia de-
 amictus, quo ante caput sacerdotis tegebatur. Quem nubem humanitatis eius, in qua latuit signat.
 diuinitas, significare iam diximus: quia uidelicet, caput, corona, & decus ecclesiae uera huma- Supra c. 19
 nitas Christi est: caput autem humanitatis deus. ¶ In eo uero quod casula, cum sit una & tota inte- Eph. 1
 gra, aptatione manuum, quae extensionem manuum crucifixi domini apte depingit, in ante- 1. Cor. 11.
 riorem & posteriorem partem, quodammodo diuiditur, antiquae ecclesiae quae passionem
 domini praecessit, & nouae quae subsequitur, signum est.

DE Tunica. Caput XXIII.
Quae haecenus dicta sunt, presbyteris & episcopis sunt communia: quae uero sequun-
 tur, episcoporum propria. Tunica quam subter casulam habet pontifex, in uete- Exodi 28
 ri sacerdotio coloris erat hyacinthini, tintinnabulis, & malis puniis in inferiori par-
 te pendentibus, ut totus uocalis incederet pontifex, ne moreretur. ¶ Significat Tunica qd
 autem (ut Hieronymus ait) rationem sublimium, quae non patet omnibus, sed maioribus & defignat.
 perfectis. Hanc habuerunt Moyses & Aaron & prophetae omnesque quibus dicitur: In mon- Esai. 49
 tem excelsum ascende tu qui euangelizas Syon. ¶ Praecipue uero hanc habuit tunicā, Euange-
 licae tritrix doctrinae, sapientia dei, Christus dominus, & dedit illam apostolis suis. Omnia enim quae-
 cunque audiui a patre meo, inquit, nota feci uobis, sed non, nisi spiritu sancto superueniente, Iohan. 15
 induere uel portare potuerunt. ¶ Hanc quoque signauit illa tunica domini, quam sciendere Iohan. 19
 milites noluerunt, eo quod esset inconfutis, desuper contexta per totum: damnum fore ma-
 ximum significantes, his, qui christianae fidei scripturam haereticis scindere conarentur.

DE Sandalijs. Caput XXIII.
Sandalia pontificis illud significant dominicae incarnationis calcamentum, de quo Psa. 59
 ipse in psalmon Idumaeam, inquit, extendam calcamentum meum, id est, gentibus
 notum faciam incarnationem meam. Vt enim sacerdotio fungeret pro nobis filius dei, no-
 stra carne quasi calcatus in hunc mundum uenit. Sandalia ergo pontificis incarnatio-
 nem (ut dictum est) significant filij dei. ¶ Et pulchre quod in amictu capitis idem in calcea-
 mento pedum signatur, nam & in carne diuinitas latuit, & per carnem eius notitia uniuersum
 mundum percurrit. ¶ Per lingulas, quibus ipsa pedibus sandalia constringuntur, idem
 ipsum accipimus, quod Iohannes baptista per corrigiam calcamenti signasse probatur, cum
 de sponso Christo loquens, cuius, inquit, non sum dignus corrigiam calcamenti eius solu-
 re. Copulam ergo illam ineffabilem, charitatem inaeffabilem, uincula sancti spiritus in solu-
 bilia, quibus diuinitas uerbi nostri carni se coniunxit, per sandaliorum corrigias designari
 accipimus. ¶ Praeterea dum tam sacrum, tamque mysticum pontifex pedis sui spectat ornamum,
 meminisse debet & scire, se quoque pedem esse speciosum, iuxta illud: Quam pulchri supra
 montem pedes annuntiantis, & praedicantis pacem, & cetera.

DE Anulo. Caput XXV.
Anulus digiti, donum significat spiritus sancti, quo diues & ornatus ad ecclesiam Rom. 12
 suam descendit filius dei, quodque credentibus in se per multas & diferentes dona- 1. Cor. 12
 tiones secundum beneplacitum suum distribuit, alij dans sermonem sapientiae, alij
 sermonem scientiae, & cetera. ¶ Harum diuisione gratiarum inuisibiles imitatur
 uisibilibus, utpote Christi uicarius, catholicus pontifex, per sacrorum diuisiones
 ordinum, ponens quosdam in ecclesia sacerdotes, alios diaconos, & ceteros sacri altaris
 A 4 officiales

Gene. 28
29
Math. 11
Psal. 172
Barba Aa-
ron, ungue-
tum in ca-
pite.
Coloss. 2
Casula ec-
clesiam de-
signat.
Supra c. 19
Eph. 1
1. Cor. 11.
Exodi 28
Tunica qd
defignat.
Esai. 49
Iohan. 15
Iohan. 19
Psal. 59
Quid corri-
giae sanda-
liorum de-
signant.
Marc. 1
Luc. 3
Esai. 52
Rom. 12
1. Cor. 12
Episcopus
ob duas
causas anu-
li portat.

officiales. Latius autem significatio prædicti extenditur anulo, quia dum omni ecclesiæ famam doctrinam, & fidem integram prædicat, uelut oppignoratam anulo sponfam Christo subarrat. Non ergo ab re in eius digito gemmatus fulget anulus, per cuius ministerium Christus dominus tam fulgida distribuit dona sancti spiritus.

Quod signo crucis aurea lamina cessit. Caput XXVI.

Exodi: 28. S. Igno crucis Christi, aurea lamina veterum pontificum cessit, quod olim erat in fronte micans octauum decus pontificum. Inscripta nunc est pene eadem ineffabilis maiestas nominis. Illic enim erat ineffabile nomen dei, hic est infimabile mysterium crucis. Crux namque infimabile signum est, admirabile uirtus est. Crux spes Christianorum, resurrectio mortuorum, cæcorum dux, claudorum baculus, destructio superborum, consolatio pauperum, sustentatio inopum, spes desperatorum. Crux regum magnificentia, sacerdotum gloria. Crux igitur aurea lamina sacramentum. Nec statim occurrit decus hoc ideo non esse pontificis, quia cum illo toti quoque commune est plebi. Nam illa dignitas habet in hoc aliquid, quod nec inferioris ordinis, sacerdotibus commune sit. Sic enim in fronte sua christolarum signifer hoc uexillum bauiat, ut in subiectæ plebis frontibus soli sibi sacro chrismate pingere liceat. Sicut apotolorum erat, baptizatis imponere manus, ut acciperent spiritum sanctum: sic & hoc ad idem ualens, proprium est episcoporum. Ecce quale quantumque ornamentum accepit in suis sacerdotibus filius ille prodigus, cui reuertit de longinqua regione, ubi porcos pauperat, benignus pater occurrit uultu saginatū fecit occidi. Applaudit sibi tota familia patris in gloria poenitentis filij, frater autē eius maior, ille agrarius, foris stans, inuidia torquetur, & fraternæ salutis cōiuiui participari noluit.

DE Pallio archiepiscopi. Caput XXVII.

Lucæ 13. St tamen octauum archiepiscopi indumentum, pro aurea lamina, quod dicitur pallium ab apostolica sede datum: quod à collo circa pectus dependens, situ suo illam (quæ ualde condecet episcoporum patrem, & eorum concilij principem) patet de signat humilitatis uel sapientiæ torquem. Quam hoc illorum priuilegium habeat rationem, non uidetur prætereundum. Postquam duodecim apostoli per uniuersum mundum dispersi, singulis ciuitatibus præfiderunt, tam ipsi quam successores eorum, misere per contiguas suis sedibus prouincias prædicatores, uelut ipsi apostoli peragerent, ut per urbes cepti fuissent, omnia Christianitatis sacramenta, uelut ipsi apostoli peragerent, ut per urbes comprouinciales episcopos ordinarent. Et aliorum quidem apotolorū successores patriarchæ sunt dicti. Petri autem successor pro excellentia principis apotolicus nominatur. Qui autē ab eis per prouincias missi sunt, tam ipsi qui successores eorum, archiepiscopi uocantur, & qui ab his per urbes comprouinciales ordinati sunt, & qui illis succedunt, usque hodie simpliciter episcopi nominantur. Initium ergo fidei habentes ab apostolica sede, regulam hanc Metropolitanæ obseruant ecclesiæ, ut neminem habeant pontificem, nisi ab eadem sede missum, à qua primus illis prædicator fidei missus est. Illa autem missio, supradicti pallij largitio est, quod (ut dictum est) à collo dependens, humilitatem domini significat, dicentis Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Inter cæteros uero Galliarum archiepiscopus, merito Remensis autoritate præminet, quia uidelicet antiqua metropolis cum esset, accessit & hoc, quod eius pontifex Beatus Remigius (quod magnū est) ab ipso deo missus, & ante quam nasceretur magnifice promissus, gentem Francorum simul cum rege primus perduxit ad fidem catholicam, quam eius missionem & Ormisda pontifex Romanus, à Beato Petro quinquagesimo tertius, ut debuit, approbans, eidem Remensi pontifici uices suas delegauit per omne regnum Ludouici, & Remensis ecclesiæ primatum adaugens, summa auctoritate confirmauit. Treuerensis autem ecclesiæ Materius, à Beato Petro apostolo missus, hæreditatem pallij suis successores dereliquit. Moguntie Crescens, apostoli Pauli discipulus, prædicauit. Traiecti sanctus Vuillibrordus, à Sergio papa missus. Sed primatum Colonia Metropolis obtinuit, ea maxime causa, quia Crescens prædictus Colonia quoque apotolicam uerbi dei uisitationem primus intulit. Cantuariæ uero, nobili Anglorum metropoli, Augustinus à Beato Gregorio missus est pontifex primus, qui toti Anglorum genti, ut Christum cognosceret, strenua prædicationis administratione subuenit. Et de uestibus quidem sacris, quantum ad præsens attinet, pro posse satis dictum.

DE Ante introitum. Caput XXVIII.

Antiphona introitus quid designat. Sacerdote tandem ad sanctum altare ingressuro, debet tam ipse sacerdos, quam & tota præfens ecclesia, dilatare animam suam, & amplo fidei sinu tenere memoriā incarnationis, passionis, resurrectionis, & ascensionis domini nostri Iesu Christi, & memoriam omnium sanctorum, qui tum ab initio mundi uotis expectauerunt, gestis præfigurauerunt, dictis aut scriptis prophetauerunt, & in eorum contēplatione in uoces erumpere, præcedendo antiphonā quæ dicit ad introitum. Nam sicut introitus sacerdotis ingressum filij dei in

dei in hunc mundum: sic antiphona, quæ dicitur ad introitum, uoces & expectationem præferunt patriarcharum & prophetarum. Ingressus ergo antiphona prædicta, non minus semel decantata, cum eius modi pompa quæ significata rei aptissime congruit. Procedunt flammantes cereoli, uidelicet in signum gaudij quod in ortu saluatoris omni mundo effulsi: de quo angelus ad pastores: Annūtio uobis gaudij magnū, & cætera. Præcedunt sacerdotum ministri duo, non pariter, neque à latere incedentes, sed ante subdiaconos. Signant enim hi duo uetus & nouum testamentum, id est, legem & Euangelium: quorum lex tempore prior, Euangelium uero dignitate maius est. Hæc namque salutis ministeria saluator inuexit, qui Euangelium quidem attulit, legem uero non soluere, sed adimplere uenit. Isti sunt duo pedes angelij, qui (ut supra dictum est) descendit de celo amictus nube, & posuit pedem suum dextrum supra mare, sinistrum super terram. Legalis enim moralitas, Iohanne Baptista uel ipso domino docente, tranquillius audita est, contra Euangelicam uero dignitatem, id est, manifestam fidei doctrinam, uerbi gratia, cum diceret, ego & pater unum sumus, & antequam Abraham fieret ego sum, ueluti mirabiles elationes maris, fluxa & falsa corda tumuerunt. Subdiaconus quoque præfert textum Euangelij, quia profecto lex testimonia continet Christi, sicut ipse dicit Iudæis Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit: Portat uero clauum, quia uidelicet ante quam agnus occisus aperuisset signacula septem, clauum erat in libro legis, sacramentum eius passionis.

DE Incenso. Caput XXIX.

Ingressus ergo sacerdos, ubi sancto altari assistit, thuribulum ei qui incensum adoleat, datur in manu. Nam prædictus angelus, sicut in alia periocha Apocalypseos legimus, stetit iuxta aram habens thuribulum aureum in manu sua, dum in conspectu ecclesie ostendit dei filius, habens immaculatum corpus, quod & impleuit igne, quia corporaliter in ipso seipsum spiritus sancti gratia requeiuit. Interim chorus concinit Kyrie eleyson, quod significat omnes uniuersales ecclesiæ preces, quæ sunt incensa uera, de quibus ibidem dicitur: Data sunt ei incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum dei.

DE Gloria in excelsis. Caput XXX.

Mox sequitur hymnus: Gloria in excelsis, quem ab angelorum ecclesia sancta rapuit. Hic hymnus & angelorum est & hominum. Primum autem angelorum congratulantium, quod nato domino accensa iam esset lucerna clarissima, cum qua sine dubio perditā drachmam inuentura esset æterna sapientia. Inde est quod iam præocupantes dicunt, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, quia pacē quam nemo omnium qui sunt in celo, uel qui sub terra, poterat facere inter deū & homines, hic factor omnium deus, propter hoies homo factus, iam factus esset in carne sua, soluto pariete inimicitiarum.

DE Collecta. Caput XXXI.

Quæ post hæc sequuntur orationes, à sacerdote salutatione præmissa, per quam attentis audientes: secundum orationes dicuntur ipsius domini, cuius tota uita cōtinua pro nobis & perpes oratio fuit, quæ & designatur in Apocalypsi per fumum aromatum, quæ ascendit in conspectu dei de manu angeli. Homo namque uerus, passioni propter nos destinatus (cuius illa uox est: Holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixit: Ecce uenio) semper unitum sibi pro nobis orabat uerbum domini, patremque & spiritum sanctum, & (ut ait Apostolus) in diebus carnis sue preces supplicatioesque ad dominum, qui saluum illum posset facere à morte, cum clamore ualido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Quam eius orationē bene psalmus septimus innuit, cuius titulus inscribitur, Psalmus ipse Dauid, quem cantauit domino pro uerbis Cusi, id est, Aethiopsis, scilicet malitiosij populi, qui iam cum Herode uel post Herodem illum persecuti sunt, & maxime Phariseorum, qui ut mali agricolæ uinæ domini, dixerunt: Hic est hæres, uenite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Quod autē in fine orationis subiungitur: Per dominum nostrum, eo respectu fit, quod dominus noster Iesus Christus mediator est dei & hominum, & impossibile est æterna dei beneficia per aliam uiam decurrere ad nos quam per ipsum. Per ipsum ergo petimus & impetramus, sicut sæpe per mediantem cristalli lapidem subiectam escam à longinquo sole cœlestem mutamus ignem. Hucusque missæ initium, quod dicitur Introitus, commemorans nobis introitum saluatoris in hunc mundum, id est, à natiuitate eius usque ad Iohannis prædicationem: quando baptizatus ipse & orans, quadraginta dierum ieiunium celebravit.

DE Epistola. Caput XXXII.

Epistola personam gerēs legis & prophetarum, præcursoris debitam agit officium ante sanctum Christi Euangelium. Lex enim per manum Moysi infantem dei populum, uelut pædagogus, custodiendum suscipiens, futurum Christi aduentum expectare

Cerei, signum gaudij. Luca 2. Duo ministri leges & Euangelium præferunt. Match. 5. Apocal. 10. Luca 3. Mat. 12. 23. Iohan. 10. 8. Psal. 52. Iohan. 5. Apocal. 5.

Apocal. 8. Colol. 2.

Kyrie eleyson. Apocal. 8.

Luca 2. 15. Apocal. 7. Ephe. 2.

Collectæ secundum orationes Christi. Apocal. 8. Psal. 59.

Oratio Christi 2. psalmus præfigurata.

Luca 17. Match. 27. Per dominum nostrum Iesum Christum. 1. Tim. 2. Introitus missæ quod designat. Quod se lex habet ad Euangelium. Galat. 3.

Iohan. 1 expectare docuit, & per os digitumq; Iohannis, iam presentem Christum eidem alumno suo iam adulto, ut eum sequeretur, indicavit. Præcessit namque lex Evangelium, sicut uir ga spiritum mansuetudinis, sicut timor charitatem, sicut initium perfectionem, sicut dominantis preceptum præcedit amanti consilium. ¶ Epistola uero uox legis est, suam in Iohanne in perfectionem profitentis, & ad perfectionem Euangelicam suos auditores transmittentis. Quam uis autem sæpe de apostolicis sumatur literis, tamen in eo gradu est, ac si semper de lege sit & prophetis. Semper enim moralitatem uitamq; actiuam magis quam contemplatiuam sublimitatem, quæ in Euangelio radiat, apostolica quoque lectio instruit & dispensat. ¶ Epistola uero Græce, Latine dicitur supermissio, uel supererogatio. Quod nomen bene congruit literis apostolicis, quia uidelicet Euangelio Christi supererogate sunt. Siquidem ordo apostolicus, sicut uis illi est, cui noster Samaritanus, id est, custos, dominus noster Iesus Christus, hominem illum, quem à latronibus despoliatum, uulneratum, & semiuuū relictum inuenerat, commisit, Proferens duos denarios, id est, legem & prophetas, & dicens ei: Curam illius habebis, & quodcumq; supererogaueris, ego, cum rediero, reddam tibi. Bene ergo literæ, quas apostoli Euangelio Christi supererogauerunt, Epistola appellatae sunt. ¶ Differunt autem, perne pariter ut lex aut propheta, à maiestate sancti Euangelij, quia uidelicet pariter de moribus tractant. Et Euangelij sacramenta illi uentura denuntiant, hi iam præterita commemorant. Igitur (ut supra dictum est) morale legis officium agit epistola, tantum distans ab eo, quod in officio missæ præcedit, sancto Euangelio: quantum seruus à domino, præco à iudice, legatus ab eo, qui misit illum. ¶ Quapropter cum legitur, non iniuria sedemus, cum autem sanctum Euangelium audimus, demissis reuerenter aspectibus, sicut domino nostro assistimus. In eo quod sanctum præuenit Euangelium, Baptistæ Iohannis imitator officium, qui præuicator leges corrigens, & mores eorum Euangelicæ fidei suscipiendæ præparans, implebat quod de illo dixerat angelus: Ipse præbit ante dominum in spiritu & uirtute Heliae, parare domino plebem perfectam.

DE Manipulo. Caput XXXIII.
Manipulus, quem in brachio sinistro gestat subdiaconus, dextero uacante, ut expectatum sit ad ministrandum illud nobis innuit, quod si timentes securim iudicij gemitum, excidat radices arborum posita est, ut omnis arbor que non facit fructum bonum, excidatur, & in ignem mittatur prædictam penitentiam suscipimus, & dignos penitentia fructus fecerimus, manipulos iustitiæ reportabimus, iuxta illud: Eunt ibant & sabant, mittentes semina sua: Venientes autem ueniunt cum exultatione, portantes manipulos suos. ¶ Fimbriæ uero manipuli, uel stola, uel cuiuslibet sacræ uestis, perseverantiam significant eorum dem bonorum operum, uel completionem morum, quia fimbria est ulterior pars uestis. His fimbrijs gloriofa in psalmo circumamicta est filia regis, sicut tarlarturica filius accrescens, & decorus erat inter fratres suos Ioseph.

DE Graduali. Caput XXXIII.
Graduale ad penitentia respicit lamentum, cantus asper & grauis, adeo, ut illud excellentibus efferre uocibus nec usus nec decus sit. Significat enim non iam requiem remuneratorum, sed laborem operantium. ¶ Propter quod diebus post Pentecosten de officio tollitur, quia uidelicet dies illi futurum in regno dei felicem sanctæ ecclesiæ statum significant: quando iam area, Christi uentilabro (quod est in manu eius) purgata erit nullumq; ex residuis granis iam timebit, quod ab horreo dominico debeat in igne palearum inextinguibile proijci. Attamen in prima pasche hebdomada cantari cõsuevit, cuius consuetudinis causa suo melius loco reddetur. ¶ Dicitur autem graduale à gradibus humilitatis: utpote illi conueniens, qui necdum ascendit de uirtute in uirtutem, sed in conualle plorationis positus, iam tamen ascensionem in corde suo disposuit. Quarum ratio cum in multis in ueniatur locis, in mysticis maxime quindecim graduum canticis distincta est. Eiusmodi ascensoris initium & imperfectionem cantor innuens, ad gradum sapius consistit, & inferior eo stare consuevit, qui subsequens alleluia concinit.

DE Alleluia. Caput XXXV.
Alleluia Latine linguæ peregrinum nomen est, cuius mysterium, uelut quoddam gaudij stillicidium, de diuitijs supernæ Hierusalem, primum in mente patriarcharum & prophetarum, post in apostolorum ora plenius per spiritum sanctum delapsum est. Significat enim æternum angelorum, & beatarum animarum conuiuium, quod est semper laudare dominum, & presentis semperq; uidentis uultus dei, nouum sine fine cantare miraculum. ¶ Ad hoc uitæ presentis inopia nullatenus aspirare meretur, scire autem ubi sit & præ gustare illud gaudij spei, scire & elurire quod gustaueris, hæc illa, quæ dicitur, sanctorum in hac uita perfectio est. Quapropter interpretatum hoc Hebraicum nomen remansit, ut peregrinum ab hac uita gaudium, peregrinū nihilominus signaret, potius quam exprime-

exprimeret, uocabulum. ¶ Quoniam igitur futuræ beatitudinis, quasi proprium est uocabulum, iure eo tempore magis frequentatur, quo resurgens dominus, eiusdem beatitudinis spem nobis propinquit, & promissum. Ut autem alijs quoque temporibus ad missam caneretur, olim Romanæ ecclesiæ consuetudo non erat, sed à Beato Gregorio institutum, imò restitutum est. Namque à tempore Damasi papæ, cum prius fuisset eadem consuetudo, defecerat. ¶ Denique cum de hoc & de alijs nonnullis quosdam in murmurare sentiret, tanquam constanter ecclesiæ cõsuetudines sequeretur, non dedignatus est rationem reddere, dicens. Nos in nullo horum aliam ecclesiam secuti sumus. Nam ut alleluia hic non diceretur, de Hierosolymorum ecclesia, ex Beati Hieronymi traditione, tempore beatae memoriæ Damasi papæ traditur tractum. Et ideo in hac magis sede alleluia consuetudinem amputauimus, quæ hic à Græcis fuerat tradita. ¶ Canitur ergo alleluia post graduale, canticum lætitiæ, post lectum penitentia, & summopere nitentes exprimere magnitudinem consolationis, quæ reposita est illis qui nunc lugent: iubilamus magis quam canimus, unamq; breuem digni sermonis syllabam in plures neumas, uel neumarum distinctiones protrahimus, ut iocundo auditu mens attonita repleatur, & rapiatur illuc, ubi sancti exultant in gloria, lætantur in cubilibus suis.

Gregorius ratione reddens de alleluia.

Alleluia cõsolatio post iustum.

Neumas nunc uulgo notas uocant Psal. 194.

DE Euangelio. Caput XXXVI.

Hactenus seorsum sedebat sacerdos, malarum uictor cogitationum, dominicis uictoriam sedendo significans, cui uictor tentatore, sedenti & imperanti ministrabant angeli, sicut scriptum est: Reliquit eum tentator, & accesserunt angeli & ministrabant ei. Surgit tandem ad altare accedens, ita ut opportune ueniat nobis in mentem dominus Iesus, præparata sibi per Iohannem uia ad corda hominum, de deserto tendens, ut doceat ipse, & discipulos suos eligens, mittat ad prædicandum. ¶ Mittit namque sacerdos diaconum ad legendum sanctum Euangelium, petiit dando benedictionem: quod subdiacono prius epistolam lecturo non fecerat. Legem enim & prophetas inuisibiliter misit. Apostolos autem & Euangelistas, quorum diaconus personam gerit, uisibiliter factus, & sanctam ecclesiam, sponsam uidelicet suam, osculans osculo oris sui, uisibiliter misit & docuit. ¶ Accipit diaconus textum sancti Euangelij, quod baiulans ad lectricium, efficitur pes Christi. Præcedunt ceroterarij cum thuribus, per quæ significatur gaudium & bona opinio. Gaudium enim semper est in bono nuntio. Bonæ quoque opinionis se esse nouerunt, qui hoc bonum portant nuntij, qui & confidenter dicunt, Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Quapropter inuentum bonæ opinionis signum, locum ipsum aspergit in quo legendum est Euangelium. ¶ Qui locus si sit dies festiuus, quando solet conuenire populus, eminentior est, ut ex ipso statu commoneatur diaconus, quod is, qui sursum ad dominum desiderem inuitat populum, stare debeat in monte uirtutum, iuxta illud: Supra montem excelsum ascendet qui euangelizans Syon: Exalta in fortitudine uocem tuam qui euangelizas Hierusalem. ¶ Quam eius fortitudinem & stola prædicat, quæ super humerum posita, inde usque ad succinctorum lumborum deducitur, quod fortitudinem ad uocem exaltandam tunc habeat, si fortis sit ad operandum, & succinctus contra pugnas libidinum. Euangelica namque prædicatio, quæ est fons hororum, puteus aquarum uiuentium, non fluit impetu aliunde, nisi de Libano, id est, de corde casto, & de ore candido, quia sordes uitiorum, dum conscientiam coartant, os quoque angustant, ne aquæ uiuæ cum impetu fluant. ¶ Quod dalmaticam non nisi festis diebus induit, hoc significat, quod rationem sublimium sacramentorum, non nisi post glorificatus est dominus Iesus, & spiritus sanctus aduenit, discipuli portare potuerunt. Nam tunicam eiusmodi, ex autoritate Beati Hieronymi, rationem significare sublimium, supra diximus. Est autem clausa circa collum, ut pectus sit opertum: quia (sicut ait Apostolus) Euangelium in his qui pereunt est opertum. Præcedit subdiaconus diaconum, portans quem Euangelio subternat puluillum, quia uidelicet ad omne, quod loquitur Euangelium, lex competens suggerit testimonium. ¶ Summa uero reuerentia debetur ad audiendum Euangelium, quod maxime est uerbum dei: quam reuerentiam prima uoce, quam emittit, satis uenerabiliter exigit, dicendo: Dominus uobiscum. Cuius enim melius quam domini presentia, reuerentes & religiosi auditores petiunt debent præstare silentium? Attenti ergo & beneuoli sunt illi, qui eod cordibus conuersi, & uultibus respondent: Et cum spiritu tuo. ¶ Statim dociles quoque reddit, dicendo: Sequentia sancti Euangelij. Hoc autem dicimus, non quod maiestas Euangelij dignata sit unquam regulis oratorum subijci, sed quia quod in hominibus facere nititur studium eloquentia, hoc in ecclesia sua melius perficit summa natura sapientia. Nam, ut ait Beatus Augustinus: Eloquentia sapientia comes est, & quocunq; domina hæc progreditur, illa ut eius ancilla sublequitur. ¶ Respondeamus gloria tibi domine, glorificantes te dominum, quod misit nobis uerbum salutis, iuxta illud quod in Actibus Apostolorum legitur: Et glorificauerunt dominum, dicentes: Ergo & gentibus deus penitentiam ad uitam dedit.

Quid designat sessio sacerdotis. Matth. 4.

Cur subdiacono epistola lecturo non datur benedictio Cantico. 1.

Cur cerei & incensum simul portant ad loci euangelij. 2 Cor. 2.

Cur locus ille sublimior est. Eiaq; 40.

Cur cingit humerum stola. Cantico. 4.

Cur diebus festis induit dalmaticam.

Hieronymus ad Fabiolam. 2 Cor. 4.

Euangelij cõreuerentia audiendum.

Sequentia sancti Euangelij.

Gloria tibi domine. Actoꝝ 11.

Item

Euangelii, omnium que in missa dicuntur, principale.

Sanctum Euangelium principale est omnium que dicuntur ad missae officium. Sicut etiam caput praeminet corpori, & illi caetera membra subferuntur: sic Euangelium toti officio praeminet, & omnia quae ibi leguntur uel canunt, intellectuali ratione illi consentiunt. Exempli gratia: Dominica prima aduentus domini hoc Euangelium legitur. Cum appropinquasset dominus Iesus Hierosolymam, & caetera. Ut intelligamus, quomodo huic Euangelicae lectioni caetera membra consonent officij, quareamus primo, in quo eadem lectio congruat temporis. Ad hoc breui argumentatione hoc modo respondendum est. Idcirco aduentus Dei filius, ut genus humanum a diabolo peccatorum unguiculis colligatum, misera tus abfolueret, & in caelestium Hierusalem, unde homo captiuus abductus fuerat uias suas dicens, placidus affessor cordium reduceret. Hoc autem proculdubio mysticus Euangelij eiusdem continet intellectus.

FINIS LIBRI PRIMI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE DIVINIS OFFICIIS, LIBER SECVNDVS.

DE Symbolo, Credo in unum deum.

Caput I.



LECTO EVANGELIO, MAIORE QVAE sequuntur egent intentione: quia uidelicet maiora continent salutis nostrae sacramenta. Sicut enim post passionem domini maiora, quam ante, charismatum dona gratia largiente effusa sunt: sic post Euangelij lectionem maiora sacramenta ordinata sunt. Tunc ergo, si sit dies dominica, uel aliqua condigna festiuitate decorata, cantatur symbolum, quod est, credo in unum deum: Maxime enim dominicae resurrectionis, uel pentecostes sacramentum respicit hoc fidei tripudium: quantum noua soboles ecclesie, uitalis fontis ingressu lauachrum, reddebat eius, quam catechizata didicerat, symboli. Hoc igitur concentu bene & consone chorus catholicus doctrine

respondet Euangelicae, & ne dicat ei puer electus, caelestis cantilenae doctor, iocundus musicus: Cantauimus uobis, & non saltastis, cantando & alacri mente saltando ostendit, quam bene suauem cantilenae eius modum retinuerit. Interim subdiaconus apertum circumfert Euangelij librum, omnibus religioso osculo salutandum, quem ad introitum portauerat clausum, quia post predicationem Christi cepit lex credentibus, quam antea gestabat clausam, apertam ostendere fidem Euangelicam.

DE Offerenda.

Caput II.

Post symbolum cantatur offerenda. Offerenda cantus est ecclesie, nomen hoc habes ab offerendo tractum, eo quod tunc canitur, quando omnipotenti creatori nostro incorruptum laudis offerimus uel praeparamus sacrificium. Hic magis ac magis apertum fidei ostium, & animae triclinae ponenda sunt, ut ingrediatur ueritatis opus, quo panis & uinum in uerum corpus & sanguinem domini transferatur: ne efficiamus, sicut Achis ille, de quo supra dictum est. Multi namque fidei oculos non habentes, & in sancto sacrificio praeter panem & uinum nihil amplius intuentes, cum diceretur eis, corpus & sanguis domini est, murmurauerunt dicentes, quomodo est? Latuit enim eos, quas uoces suas septem tonitrua locuta sint, cum clamasset angelus ille fortis uoce magna quemadmodum cum le rugit, & quod ille uoces quicquam attingant ad mysterium sacrificij iuxta Psalmistam dicentem: Circuibis, & immolabo in tabernaculo eius hostiam uociferationis. Nos autem credimus propter quod & loquimur, quia quicquid angelus ille clamauit magno clamore Euangelij eterni, quicquid post clamorem eius, ecclesie suae locutus est spiritus sanctus, donorum uorum septiformi tonitru, uerum dei uerbum, uerum dei filium, sancta ecclesia catholica offert creatori suo, credens corde & ore confitens, pariterque manibus panem & uinum, sicut sibi tradidit ipse Saluator, offerens. Nam pro quora suorum parte beneficiorum gratias ageret ecclesia creatori, saluatori, & illuminatori suo, si nihil aliud ei quam panem & uinum offereret: Solum denique terrenum corpus huiusmodi fructibus alitur & sustentatur. Etiam antequam

Quando de cantandis est symbolum.

Adde, si dei. Alacriter canendum.

Matth. 11. Libri, prius clausi, dein de apertis mysteriis.

Offerenda. Psal. 94.

1. Reg. 21. Supra lib. 1. Error negatiui in sacrificio corpore & sanguinem esse. Apocal. 10. Psal. 26. 2. Cor. 4. Apocal. 14. Roma. 10. Matth. 26. Lucae 22. Sacrificium

tequam creuisset ecclesia, tempusque nuptiarum attingisset, antequam coniuncta uiro suo filium ex eo suscepisset, quem in acceptabile sacrificium offerre posset: non erat sacrificium eius adeo uacuum, ut nihil, praeter id quod uidebatur, in se contineret. Habebat namque causas inuisibiles propter quas inuisibiles hostias offerret, uidelicet opera dei memoria digna, uerbi gratia, matrem, quam extendit dominus super primogenita Aegypti, transiens super tabernacula Israel signata sanguine agni, transiens & saluans, protegens & liberans: transitumque Israel per mare rubrum, & submersionem Pharaonis & exercitus eius & curruum, caeteraque dei magnalia. Haec autem omnia umbratae futurorum erant, quia in figura contingebant illis. Igitur & ipsa sacrificia, quae propter has fiebant causas, sancta quidem, sed sanctorum umbratae: bona quidem, sed meliorum erant figurae. Quales causas tales & causarum memoriae. Non ergo solum panem & uinum, quae corporaliter uidentur: sed & quod non nisi fidei oculis aspicitur, uerbum dei, filium dei offerit sancta ecclesia, nouum & uerum immolans sacrificium, quia iam concipit, corde credendo ad iustitiam, iamque parit, ore confitendo ad salutem. Ipsa enim est mulier illa magna, quae in Apocalypsi uisa est amicta sole, scilicet Christo, quem induit in baptismo, lunam habes sub pedibus, uidelicet omnia mutabilia calcans. Luna enim mutabilis est, atque ideo mutabilem mundum designat, & in capite suo gestans coronam stellarum duo decim, id est, chororum duodecim apostolorum, qui in eius initio praefulerunt, & in utero habens, & clamabat parturientis, & cruciatur ut pariat. Huius in utero habentis, clamantis & parturientis salubrem cruciatum. Offerenda, de qua loquimur, grauis & grandisonus imitatur cantus: quae ne uis distent a sacrificiis, & suis fecunda uerbis, quantumuis longa tubilatione non ualet satis exprimere quod significat. Ne ergo dicas in corde tuo, quis ascendit in caelum, hoc est, Christum inde deducere ut qui in se resurgens ex mortuis iam non moritur, adhuc per facti altaris hostiam in suo mysterio pro nobis iterum immoletur. Prope est enim uerbum in ore tuo & in corde tuo, hoc est, uerbum fidei quod praedicamus, inquit Apostolus. Quoniam ergo prope est in ore tuo, & in corde tuo uerbum dei, uerbum crucis, Christus dominus, si huius uerbi flumen super panem & uinum effuderis, & ordine (qui ab ipso statutus est) ueritatem huius uerbi protuleris, statim de sancto altari panem ipsum & uinum, in corpus & sanguinem suum transferendo suscipit, eadem uirtute, eadem potentia uel gratia, qua nostram de Maria uirgine carnem suscipere potuit, quomodo uoluit. Nec duo corpora dicuntur aut sunt, hoc quod de altari, & illud quod acceptum est de utero uirginis, quia uidelicet unum idemque uerbum, unus idemque deus, sursum est in carne, hic in pane. Alioquin & ille panis quem heri sacrificauimus, & ille quem hodie uel cras sacrificabimus: plura sunt corpora, nec recte dicimus offerri ab ecclesia corpus domini, meliusque diceremus corpora, quia quotidie penitentia offeruntur panes, quot habentur in ecclesia sacerdotis, sed hoc prohibet causa, conuincit ratio, religio respuit. Vnitas enim uerbi unitatem efficit sacrificij. Similiter enim unum uerbum, & olim carnem de Maria uirgine sumpsit, & nunc de altari salutarem hostiam accipit, igitur unum corpus est, & quod de Maria genitum in cruce pendit, & in sancto altari oblatum, quotidie nobis ipsam in nouat passionem domini. Cum autem ecclesia quoque corpus fit Christi, propter eiusdem uerbi uel spiritus unitatem eundem spiritum Christi, idemque in se manens habet uerbum dei, quod uniuersum se carnem de carne Mariae uirginis: scilicet dum est, quod non tantum de uerbo dei, factae hostiae accedit, quantum habet gratiam eiusdem uerbi unus quilibet sacerdos qui ad sacrificandum assistit. Vnusquisque enim suam diuinitatem habet gratiam uel donationem uerbi aut spiritus sancti. In sacram autem hostiam tota se plenitudo diuinitatis infundit, quanta in Mariae uirginis utero descendit, quanta in corpus ecclesiae per gratiarum diuisiones sese distribuit. Nam quomodo deifer panis ille non de uno, sed de multis conficitur granis, & unum illud sacrosanctum non de uno, sed de multis confluit acinis: Sic nimirum non tantum habet uerbi dei, quanta est gratia unius hominis, sed quanta est plenitudo totius corporis Christi, quod est ecclesia, quae de multis hominibus constitit, quaeque per unum quemlibet catholicam fidei hominem uniuersa ad sanctum altare in loco uel tempore quolibet assistit. Sed iam ceptum ordinem prosequamur, & qualiter haec fiat, non sicut supra dictus Achis, qui semper dicit, quomodo est, sed sicut uerus Abimelech, id est, patris mei regnum, cui uere dicitur: Regnum dei intra uos est, quantum possumus admodum fide speculemur.

Item de oblatione.

Caput III.

Cum concentu memorato, suscepta sacra panis & uini oblatio, sic ad sanctum altare peruenit, ut subdiaconus ad diaconum, diaconus ad manus perferat sacerdotis: Vel quod apud diligentiores fit, in ipso componat altari. Lex enim quam per subdiaconum significatiuam diximus, sacrificium nostrae salutis tantum praefigurat in Melchisedech, sed per euangelicam traditionem ad altare, id est, ad solemne ritum ecclesiae peruenit.

etiam in uerbo testimonio ad quod inuisibile continetur. Apocal. 12. Exod. 12. Coloss. 2. i. Cor. 10. Sanctius est melius sacrificium noui testamenti. Roma. 10. Apocal. 13. Eccl. 27.

Offerenda quid designat. Deut. 30. Roma. 10. Deut. 30. Roma. 10. Panis & uinum in corpore & sanguine transferunt.

Vni idemque corpus Christi in caelo et in altari.

In sacra hostia plenitudo gratiae diuinitatis.

Maior plenitudo gratiae corporis ecclesie quam singulorum. Eph. 1.

1. Reg. 21. Lucae 17.

Solitudo si-
lentij est ab-
scio Christi.
Iohan. 1.
Idem. 12.
Idem. 11.

Post hec iam sacerdos silentij solitudine in experit, instante memoria dominice passio-
nis, conuersus ad altare concentu chori finito, & omni ecclesia conticescente. Hoc
autem significat illud, quod dominus noster iam non palam ambulabat apud Iudae-
os, cum cogitarent eum interficere, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitate
quae dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Collegerunt ergo pharisaei & Pha-
risaei consilium, dicentes: Quid facimus? uidetis quia nihil proficimus, ecce mundus totus
post illum abiit. Et prophetauit unus ex illis, nomine Cayphas, pontifex anni illius, quod ex-
pedit, ut unus homo moriatur pro gente, & ab illo die cogitauerunt, ut eum interficerent.

Myfterij il-
lius abscio-
nis.

Hoc ipsum autem a mysterio non uacat. Non enim timore passionis se abscondit, qui ad hoc
uenit ut pateretur, sed hoc pretendebat foris, quod intus agebatur in illorum cordibus. Nam
uere abiturus erat in regionem gentium pedibus euangelizantium, quae erant iuxta desertum
illorum, quibus iam tunc dicebatur: Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta, non in ipsum
desertum, quod erat illi incredulitas Iudaeorum. Sacerdos ergo in silentio stans, & silenter
super oblata orationem, sanctum praeparat sacrificium, quia Dominus noster, etiam
cum se absconderet, nec palam apud Iudaeos ambularet, salutare nobis passionis suae medita-
batur sacramentum. Quia uero proximo iam Pascha, cum multi ascendissent in Hierosoly-
mam, ut sanctificarent seipsum ante Pascha, & requirerent eum, dicentes: Quid putatis, quia
non uenit ad diem festum? Dederant autem Pontifices & Pharisaei mandatum, ut si quis cog-
nouerit ubi sit, in dicit, ut apprehendant eum, uenit Dominus IESVS Bethaniam ante
sex dies Pasche, ubi fuerat Lazarus mortuus quem suscitauit, & fecerunt cenam ibi, & Mar-
tha ministrabat, quia tunc iterum ambulabat palam, ita ut Lazarus esset unus ex discumben-
tibus cum eo. Leuat iterum sacerdos uocem suam dicendo: Per omnia secula seculorum,

Math. 22.
Sacerdos in
Silentio stas

Iohan. 11.
Quid de sig-
nac, rupto
Silentio, per
oia seculae
culorij.

Dile uobil-
cum.

Dicturusque rem attentione dignam, praemittit salutationem, optans quos tales esse, cum
quibus manere dominus, & apud quos conuiuium facere dignetur. In mente enim tunc ha-
bere debet ecclesia mulierem illam formosam, quae attulit ad conuiuium illud alabastrum
unguenti nardi pistici pretiosi, & effudit super caput ipsius recubentis: & audire quod di-
cere incipit sacerdos: Sursum corda, habemus ad dominum, ut & ipsa, sicut uere mulier un-
guentaria, sursum ad ipsam diuinitatem filij Dei leuet cor suum, & illud caput aequale deo
patri fide contingens, unguento perungat Catholicae confessionis, quam sacerdos subsequen-
do canit. Gratias enim agere debemus omnipotenti Deo nostro per CHRISTVM do-
minum nostrum credendo & confitendo, quod per ipsum maiestatem eius laudat angeli, a-
dorant dominationes, tremunt potestates, & cetera. Nimirum hoc est, diuinitatis eius arcanum
contingere principium, & odoriferum super caput eius effundere pietatis unguentum. Hoc
unguentum ex medulla pigmenti confectum est Euangelici, scilicet ex eo quod Iohannes ait
de uerbo, quod in principio erat Deus apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso fa-
ctum est nihil. Huius nunc odore domus ecclesiae repleta est, sed mufca morientes perdi-
derunt eius suauitatem, uidelicet omnes heretici sordibus obuoluiti, quos erroris stercorea fo-
tore pascunt, & uerba ueritatis bono odore interficiunt. Igitur sacerdos post interiectum (ut
dictum est) silentium quasi post domini latibulum, uocem leuans, ipsum palam uenientem in
Bethaniam, palam conuiuantem, & unguento delibutum quodammodo repraesentat. Et
illam sacrae confessionis unctionem sic determinat mulier illa magna, quae est sancta ecclesia,
ut cum angelis & pueris, qui in crastinum obuauerunt domino canentes, ramosque Palmarum
subleuant, decantent hunc deuoti pectoris hymnum: Sanctus sanctus sanctus domi-
nus Deus sabaoth, & cetera. Vbi enim dicitur, Ofanna in excelsis, benedictus qui uenit in no-
mine domini praedictum patris confessionis unguentum demittit, ut non solum caput, sed & pe-
des ungat domini, passionem mortalis hominis fideliter respiciens, ad quam cum praedictis
turbae multae laudibus benedictus aduenit.

Maria Mag-
dalena.

Sursum cor-
da.

Gratias a-
gamus do-
mino deo
nostro.

Myfterium
unguenti.
Mufcae mo-
rietes, here-
tici.

Ecci. 10.

Prefatio qd
designat.

Secus scitis
scitis do. de
us Sabaoth

Math. 21.
Eia. 6.
Mat. 21.

De Secreta.

Caput V.

Dies palma-
rum fuit x.
luna.

Post istam populi acclamationem sequitur historia secreti mœroris, & profundi cau-
sa silentij. Secreta nanque memoria dominice passionis est, quam diu choro silentij
indicit, quae per hebdomadam ante Paschalem ordine hoc occurrit. Eadem die, qua
laudes acclamatae sunt ipsi filio David, decima luna, quando inferebatur in domos lu-
deorum typicus ille Paschalis agnus ingressus est hic agnus Dei ciuitate Hierusalem, & a nequif-
simis lanistis obfessus, multis insidijs querebatur ad mortem, traditus a deo patre, qui proprio
filio suo non pepercit, sed pro omnibus tradidit illum: traditus nihilominus a semetipso: quia
dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Secunda feria & tertia nihil proficiunt, dum
eum contingere non audent populi metu, quod circa illum multus atque ad audiendum illum torus erat sus-
pensus. Quarta feria Iudas, unus ex duodecim, a diabolo supplantatus uendidit illum
Pharisaeis

EXO. 11.

Rom. 8.
Eph. 5.

Decursus
hebdoma-
de passiois,
Luc. 21.

Pharisaeis & tradere spondit, ut caperent eum sine turbis. Feria quinta iam agone pro-
pinquo, testamentum suum scribit heredibus suis, consignans eis thesaurum corporis & san-
guinis sui. Eadem nocte, capitur, ligatur, & illuditur. Feria sexta crucifigitur, primo linguis
Iudeorum, post manibus gentium, tandemque hora nona facta terremoto tradidit spiritum.
Sabbato quieuit in sepulchro. Prima sabbati resurgens a mortuis, pacem discipulis, pa-
cem omni mundo annuntiauit. Hora omnium forma faciesque uera, ita secreta repraesentat-
tatur in Canone, eorumque procurru, & uere uiuo flumine super panem & uinum confluen-
tam ueram diuinitatem ueritatem humanitatem Christi in caelo sedentis & regnantis excipi-
mus quam ueram substantiam ignis a sole, supposita crystalli sphaera exigua, fere quotidie
mutuare possumus. Hoc solae operantur manus Christi, tornatiles, aureae, plenae hyacinthis,
eius, qui dixit: Sine me nihil potestis facere. Manus, inquam, Christi hoc operantur per ma-
nus sacerdotis, quae manibus suis confortatae sunt, maxime quia ut hoc operari cum ipso &
per ipsum & in ipso possint, oleo sancto pro clauis passionis eius signatae sunt. Igitur singula
eorum quae supra digesta sunt, quibus in locis commemorantur in Canone, laboriosum non
est inuestigare, praesertim cum quaedam ex ipsis per se satis euidenter appareant.

Math. 26
Marc. 14
Luc. 22
Marc. 15
Math. 27
Luc. 23
Math. 28
Iohan. 20
Cōsecratio
panis & ui-
ni in corpore
& sanguine
nem.

Cantic. 5
Iohan. 15
Manus sacer-
dotum oleo sancto
signatae.

Roma. 8
Eph. 5

Crucifig-
na signatio
quid de si-
gnat.

Hæc dona,
hæc mune-
ra.

Psal. 115
Cōmunicā-
tes & me-
moriam ue-
nerantes,

Alia quo
niam.

Exodi 12
Leuit. 22
Galat. 6

Te igitur.

Caput VI.

Abinio Canonis, quod est: Te igitur clementissime pater, usque ad eum locum, qui
pridie quam pateretur, quatuor dierum rationes adnotantur, quorum in primo ue-
rus agnus a deo patre uel a seipso (ut dictum est) traditus, illatus est in domum Israel,
ueniens in ciuitatem Hierusalem. Quae illatio uel traditio trina crucis figura signa-
tur, dicendo, uti accepta habeas hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata. In qua
autem a Iuda traditus & uenditus est quæ uenditio uel traditio item tribus crucibus in si-
gnatur, dicendo, benedictam, ascriptam, ratam. Illic ecclesia, quae prius praenimia paupe-
rate non habens hostiam quam offerret dicebat: Quid retribuam domino pro omnibus quae
retribuit mihi, gratias agit sancte trinitati, quod meruit calicem salutaris accipere, & nomen
eius inuocare. Hæc dona, inquit, hæc munera. Eadem sacrificia dona sunt, munera sunt. Do-
na, quia nobis ab ipso data. Munera, quia a nobis illi oblata: Donum enim est quod a superio-
re datur. Munus quod ab inferiore. Illic, inquam, iam in prima actione commemoratio o-
mnium fit, quorum idem sacrificium, quique illi uera similitudine conueniunt, in eo quod cum
sint multi, sic per unam fidem unumque spiritum in unum corpus ecclesiae sunt coniuncti, quo-
modo panis ille de multis confectus est granis, & uinum illud de multis confluit acinis. Hi
autem sunt, non solum apostoli & martyres, sed & omnes fideles, illorum meritis sperantes hoc
sibi proficere ad salutem, quibus iam proficit ad honorē. Igitur quomodo & scriptum est,
alienigena non uiscetur ex eis, quoniam sancta sunt: solum illum assumimus ad eum huius
agni, qui nostrae coniunctus est domui, scilicet omnem domesticum fidei, a principe usque ad
plebeium, ab apostolo usque ad publicanum.

Hanc igitur oblationem.

Caput VII.

In orationis tomo sequenti, sic sacram oblationem, quomodo diligentem publicae salu-
tis legationem, benedictam, ascriptam, ratam, rationabilemque fore deposcimus. Lega-
tio nanque est regis eius, qui cum decem milibus non ualeat occurrere ei, qui cum uigin-
ti milibus uenit ad se, mittens rogat ea quae pacis sunt. Nam quia de solis factis iustifica-
ri non ualeamus cum illo, qui non solum de factis, sed & de cogitationibus rationem exactu-
rus, quasi cum duplici uenit exercitus praesentis sacrificij legationem mittentes, rogamus ea
quae pacis sunt. Magna autem laudis est, sic legationem hanc peragere, ut ab illo, cui mitti-
tur, mereatur benedicti eloquium ecclesiae, sicut benedixit David sapienti Abigail dicens: Be-
nedictus dominus deus Israel, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu quae prohibui-
sti me hodie, ne irem ad sanguinem, & ulciscerer de manu mea, Abigail nanque (quod inter-
pretatur patris mei exultatio) scilicet sancta ecclesia, quondam uxor Nabal id est, stulti,
uidelicet diaboli, legatione praesentis sacrificij, praenit uerum David, id est, manu fortem
uel desiderabilem Christum, perferentem persecutiones Saul, id est, in passione mortis ago-
nizantem, rogatque pacem, ne se ulciscatur manu sua propter stultum Nabal, ita ut ipsa quo-
que cum illo aeterna damnatione pereat. Quae quoniam absque consilio uel conscientia stul-
ti illius festinat, & praemissa munera oratione subsequitur, & adorans loquitur sapienter quae
pacis sunt, oblationem perficit benedictam, dum benedicitur eloquium eius, & ascriptam,
dum nulla obliuione deletur: & ratam, dum data remissio peccatorum, nulla ulterius senten-
tiae mutatione conuellitur.

Hæc obla-
tio publicae
salutis est
legatio.

Luc. 14
Roma. 8

Legatio ec-
clesiae in A-
bigail prae-
figurata.

Benedicta,
ascriptam,
ratam.

Nimis igit
falso & im-
pie, uerbo

M Qui pridie quam pateretur: usque in mei memoriam facite, Caput VIII.
Iraculum tantae nouitatis integritat, & quicquid dicere conamur, collatus cum
re sermo, uix ullius apparet esse momenti. Nam maxime, cum ad summi sacramen-
ti uerticem, cum ad ipsam peruentum est sancti sacrificij mentem, disparet sermo,
B 2 lingua

Item uocatur
sacrum cano-
ne Lutherani.

Iob 38
1. Reg. 21

Verba con-
secrationis.

March. 25
Hæretici di-
cunt, quomo-
do est?

Esaiæ 6
Lucæ 11

Triahic de
germinada
de hoc sa-
crificio.
1. Cor. 13

lingua deficit, & incircumcisa labia mentem nihilominus incircumcisa in suis ceptis, teme-
ritatis, impudentie, coarguunt. Quis enim nouit ordinem cœli, aut ponet rationes eius in ter-
ra? Ordo namque cœli præsentis ex capitulo nobis effulsit, cuius claritatem ferre non ualuit se-
pe nominatus & nominandus Achis. ¶ Abiturus hinc in sacrarium cœli pontifex summus per
uitam passionis, sacrificat modo mirabili secundum ordinem suum, secundum cœlestis sacrifi-
cij ritum, accipiens panem in sanctas ac uenerabiles manus suas, & dicens: Hoc est corpus
meum: accipiens præclarum calicem uini, & dicit: Hic est calix sanguinis mei. ¶ Quid ergo
silebimus, & silentio nostro uidebimur consentientes esse his, quorum polluta labia non terti-
git Seraphim rubenti calculo, quem atulit de altari, & dicit: Tempus: Quomodo est? quomo-
do est? Imò clamemus. ¶ Et ne desit quid clamemus, pulsemus & ostium amici, qui tres panes
commodare consuevit, id est, fidem, spem, charitatem, quæ in hoc maxime negotio necessaria
sunt. Patitur enim nos, non contradicentes, sed nosse cupientes. ¶ Igitur ne omnino nesciamus,
quomodo est, libet nunc in ordine tam ammirabilis sacrificij tria, quæ in opere cuiuslibet
bet autoris egregij requirere consueuimus, id est, materiam, intentionem, causamq; finalem
siue utilitatem. Quæ cum singula nobis, fidei manu pulsantibus, gratiæ clauicula secretarius
ueritatis aperuerit, & si nondum facie ad faciem, saltem per speculum & in ænigmate uide-
bimus quomodo est.

Materia. Caput IX.

Materia hu-
ius sacrifi-
cij non sim-
plicitate est.

Quo fiat
illa cõsecra-
tio.

Apia simi-
ludo.

Quis sine fi-
de sumit
hoc sacra-
mentum, est
sicut asinus
adlyram.

Iohan. 6
1. Cor. 10

Vnus panis
in hoc sacri-
ficio.

Reus cor-
poris & san-
guinis dñi.

1. Cor. 11

Obiectio
de uita sa-
crificij.

Responsio
duplex ut-
raque spiritalis
& animalis

Iohan. 6
Iona 2

Lucæ 22

Vita spiri-

Materia uel substantia sacrificij, quod erat tunc, & nunc est in manibus pontificis
nostri, non simpla est, sicut nec pōtēfex ipse solius diuinæ uel solius humanæ sub-
stantiæ est. Est enim tam in pontifice quàm in sacrificio diuina substantia, est & ter-
rena. Terrena in utroque est, id quod corporaliter uel localiter uideri potest: di-
uina, in utroque, uerbum inuisibile est, quod in principio erat deus apud deum. ¶ Nam cum
diceret idem magnus pontifex panem & uinum tenēs, hoc est corpus meum, hic est sanguis
meus, uox erat uerbi incarnati, uox æterni principij, uerbum antiqui consilij. Verbum quod
humanam acceperat naturam, id est, in carne manēs, panis & uini accipiebat substantiam. Vita
media, panem cum sua carne, uinum cum suo iungebat sanguine. ¶ Que madmodum in cor-
poreis sensibus menti & corpulento aëri media lingua interuenit, & utrumque coniungens
unum sermonem efficit, quo in aures dimisso, id quod audibile est, cito absistitur & transit
sensus autem sermonis & in dicente & in eo qui audit integer permanet & in cõsumptus. Sic
uerbum patris, carni & sanguini, quæ de utero uirginis assumpserat, & panis ac uino quod de
altari assumpit, medium interueniens, unum sacrificium efficit, quod cum in ora fidelium sa-
cerdos distribuit, panis & uinum assumitur & transit. Partus autem uirginis cum unito sibi
uerbo patris & in cœlo & in hominibus integer permanet & in cõsumptus. Sed in illum
quo fides non est, præter uisibiles species panis & uini, nihil de sacrificio peruenit quemad-
modum asinus ad lyram, cum irrationales aures arrigit, sonum quidem audit, sed modum can-
tilenæ non percipit. Tales comparantur Iudæis, uel patribus eorum, de quibus dominus: Pa-
tres, inquit, uerbi manducauerunt manna & mortui sunt. Qui autem cum fide accipiunt, il-
lis comparantur, de quibus Apostolus: Patres nostri, inquit, omnes eandem escam spiritalem
manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Nam alij per incredulitatem
patres sunt Iudæorum & hæreticorum, alij per fidem patres apostolorum atq; creditiōum. ¶ Panis er-
go inuisibilis, qui de cœlo descendit, uita est. Panis uisibilis, qui de terra creuit unus tamē pa-
nis est, quomodo qui de cœlo descendit & qui cõceptus & natus est de utero uirginis, Chri-
stus unus est. ¶ Quapropter qui uisibilem panem sacrificij comedit, & inuisibilem à corde suo
non credēdo repellit, Christum occidit, quia uitam à uiuifica to seiungit, & dentibus suis mor-
tuum laniat corpus sacrificij, atque per hoc reus est corporis & sanguinis domini. ¶ Sed dicit
aduersarius. Viuens & sensibilis in corpore suo mobilisq; est deus & homo Christus. Corpus
autem sacrificij uitam non habet, sensum non habet, mobile non est. Hoc assumpto conclu-
dit sic. Corpus igitur domini nō est. Christus non est. ¶ Ad hæc, inquam, obsecro te, quam
corpore dñi uitam requiris? Est enim uita animalis, est & uita spiritalis. Animalis uita quicquid
sensibus sun gitur, uisu, gustu, odoratu, & tactu. Hęc uita animalis est, carnalis est, caro
est: Dominus autē dicit, quia caro nō prodest quicquid. ¶ Si enim Iudæi carnem, quam crucifixe-
runt, concidere & deuorare, sicut carnem agni maluisse, aut potuissent integrum uiuamq;
absorbere, sicut cetus maris uiuentem absorbit Iona, nihil illis profuisset, imò maiori sacri-
legio cõscientias suas polluissent. Animalis igitur uita, quia caro est, in corpore dñi adesse,
nihil nobis prodesset, ac propter hoc illā requirere superfluum est. Nam quid cœlestis homo
per sacrificiū cœlestē, hoc administraret, qd nobis nō deerat: Non enim prudentiæ eius est, cu-
riositatem nostrā non necessarijs pascere miraculis. ¶ Quærebatur hoc curiosus Herodes quā-
do erat ex multo tēpore cupiēs Iesum uidere, quæ sperabat signū aliqd ab eo fieri. Qd quia nō
fecit spreuit illū, & remisit indutū ueste alba. ¶ Solam ergo uitā spirituale in sacrificio nobis
ammi-

ministrare sapientiam eius decebat. Et nostræ necessitati expediebat, quæ est sanctifica-
tio & benedictio, misericordia & ueritas, iustitia & pax. Hęc autem eius uita spiritalis sic est
in corpore sacrificij absque uita eius animali, quomodo lux solis absque calore eius in corpo-
re lunæ nobis representatur. ¶ Igitur his pariter ex rebus sacrificium nobis construit ponti-
fex summus, quibus totus homo uegetatur, id est, ex uerbo dei, in quo uiuit homo: & ex ter-
ræ fructibus, quibus solum uiuit corpus, his duntaxat qui omnium primi sunt. Panis enim eo-
rum, quæ ad edum, uinum eorum, quæ ad potum pertinent, primum est.

Intentio. Caput X.

Intentionem tanti operis, purissimum oculum tam lucidi corporis, dum quærimus, no-
ster quoque simplex oculus, & lucidum debet esse nostrum corpus, id est, ut ducamur
discendi uoto, non contradicendi proposito. ¶ Vbi ergo inuenimus ammirabile huius
pulchritudinis oculum, scilicet quo tendat tantum tam pulchri operis sacramētum. In
capite ipso in eodem, quod sonuit nobis, uerbo ueritatis. Ait enim: Hęc quotiescunq; fece-
ritis in mei memoriam facietis. Qui habet aures audiendi, sic accipit hoc dictum, sicut lachry-
mabilem morientis pro filijs patris affectum, sicut germanæ pietatis eloquium, sicut præacu-
tum uulnificæ charitatis spiculum. Quia uenerat eius hora, ut transiret ex hoc mundo ad pa-
trem, quia uerum erat quod dicebat discipulis, quo ego uado, uos non potestis uenire. Et Pe-
tro dicenti: Domine, quo uadis? quo ego uado, inquit, non potes me sequi, quia inquam non
poterat eum tunc sequi, hæreditatem illis competentem scribens uisibilem sui memoriam
commēdabat. ¶ Non enim scripturarum solam commonitionem ad hoc sufficere iudicabat.
Obliuiosum namque & ex magna parte indocilem egrotum, scilicet genus humanum, curan-
dum susceperat. Ecce uidemus eius, quæ in sacris scripturis est, medicinalis disciplinæ diffi-
cultatem. Quota enim pars nostri capit illam, quæ in sancto Euāgelio fragrat tam optimis un-
guentis antidotum: illud quod in principio erat uerbum, deus apud deum, per quod omnia
facta sunt, quodq; caro factum est? Nam illud quidem ruminare, medela est probatissima, &
dulcis faucibus amantis animæ, sed tantus cibus ualde paucorum est. Præterea meditatio hæc,
solum mentis pabulum est, solius anime sanctificatio est. At ille utrumque nostrum corpus &
animam sibi astringere ardebat, utrumque infirmum, imò utrumque mortuum, immortalita-
tis medicamento sanare properabat. Magna igitur charitatis arte pigmenta sua dei sapientia
composuit, quibus lethargicam magni ægroti mētem renouata quotidie suæ salutis comme-
moratione percelleret, & infantium edentulam plebem animarum, quæ uerbi antiqui &
æterni principij solidū non poterat terere & ruminare cibum, dulcissimo hoc liquamine con-
fecto, uerbi eiusdem diuinitatem, in panis & uini sacramento forbillare cõsuefaceret. ¶ Aufert
à cœtu ecclesiæ quotidianas Saluatoris nostri huiusmodi exequias, & uide quàm merito di-
cat ipse Saluator, quæ utilitas in sanguine meo? Refrigerante enim ea, quæ hoc modo nunc
ubique calet eius memoria, refrigetet uniuersa charitas, muta erit fides, claudicabit spes, cõ-
turbescet magnus ille clamor sanguinis iusti Abel, qui per traditum tanti sacrificij ritum quoti-
die reparat uocem, quotidie laxat os bibentis, & uociferantis terræ, scilicet ecclesiæ, maledi-
ctum coarguens Cain, & maturam in digne fusi sanguinis uindictam reposeēs. Calente ergo
memoria tam celebri, charitas Christi conalescit, perstat super fundamentum suum & disti-
cium fidei, spes quotidiana peccatorum remissione reuiuiscit.

Utilitas. Caput XI.

Vtilitas hæc est in uirtute huius sacramenti, qd eius ope sit possibile his qui in ter-
ra sunt in cœlum ascendere. Aliter namque illud possibile non est, ait enim Salua-
tor: Nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis qui est in cœlo. Vni & soli, qui de-
scendit de cœlo, filio hominis, quia una persona est cum filio dei, cum uerbo patris,
quod de cœlo descendit, & de corde patris in uterum uenit uirginis, uni, inquam, & soli filio
dei filioq; hominis tan quam suo capiti cuncta membra corporis annectuntur, omnes qui in
fide huius sacramenti, in plenitudine huius charitatis sunt recepti, & sic unū corpus, una per-
sona, unus Christus, caput cum suis membris in cœlum ascendit, dicitq; gratulabundus glo-
riosam deo assignans ecclesiam: Hic nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Est offert-
dens se atq; illam in personæ conuenisse unitatē, & erunt, inquit, duo in carne una. Magnum
hoc sacramentum est. ¶ Caro Christi, quæ ante passionem solius erat caro uerbi dei, per pas-
sionem ita creuit, adeo dilatata est, ita mundū uniuersum impleuit, ut omnes electos, qui fue-
runt ab initio mundi, uel futuri sunt, usque ad ultimum electum in fine seculi, noua consper-
sione huius sacramenti in unam ecclesiam faciat deum & homines æternaliter copulari. Ca-
ro illa unum erat granum frumenti, quod anteq; cadens in terram mortuum fuisset: nunc post
quam mortuum est, crescit in altari, fructificat in mētibus & corporibus nostris, & ascenden-
te magno & diuite domino messis, terram fructiferā, in qua creuit, secū uehit in horrea cœli.

Vnde & memores domine usque, & calicem salutis perpetuæ, Caput XII.

Qualis fuit
hoc sacri-
ficio.

Materia hu-
ius sacrifi-
cij.

Deut. 8
Qualis fuit
Christi hoc
sacrificium
institutiōis
intentione.
Math. 26

Iohan. 13
Ibidem.

Cur uera
scripturæ re-
ligio nobis
Iesum aliam
sui memo-
riam.

Iohan. 1

Quid ad
hęc dicent
Lutherani
Missam ab-
rogātes &
abolentes.
Psal. 29
Math. 24
Gen. 4

Iohan. 3

Coloss. 2

Eph. 5
Gen. 2

Eph. 5

1. Cor. 9
Iohan. 19

Tria huius memorie insignia.

QVONIAM ergo tanta est commendata utilitas memorie, tria sibi beata ecclesia deinceps eiusdem memorie proponit insignia, scilicet tam beatam passionem, nec non & ab inferis resurrectionem, sed & in caelos gloriosam ascensionem. Quorum primum ecclesie uulnerat charitatem, alterum confortat fidem, tertium laetificat spem. Vbi enim dicens, hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum uitae aeternae, & calicem salutis perpetuae, quinarium crucis signaculum panis & uini imprimit substantiae, Christo sedenti ad dextram patris ueraciter (ut dictum est) coorporatae, eruditum contemplatore rerum, ad illam beatam passionem mittit. Nam ab hinc usque dum corporale desuper auferat, pendens in cruce spirat agonem, & passio domini. Haec ergo sunt illa uiuentis petre foramina, in quibus formosa est & immaculata columba, scilicet ecclesia: in quibus tunc certius nidificat, cum intra uerba praedicta uel quinq; crucis signacula, quinq; dilecti sui plasmas, uidelicet duas manu totidemq; pedum, & unam lateris, fida tenet & contemplat in memoria.

Quinq; crucis signacula, propter quinq; uulnera Christi. Hec opinio postea correctae est in concilio Lateranensi Innocentii III. extra de sum. tri. c. 1. Hebraeo. 7. Gene. 4. Sacrificii Abel.

Sicut accepta habere dignatus es munera Abel, & reliqua. Caput XIII. Sicut similitudinis est, non quantitatis. Multo enim acceptius hoc sacrificium est deo, quam quod obtulit Abel, quod obtulit Abraham, quod obtulit Melchisedech. Valet namque amplius res quam umbra ueritas, quam figura. Ipsam ergo similitudinem de fideremus, magis quam acceptiois quantitate. Similes offerendo sumus Abel, si recte offerentes, nihilominus recte diuidimus, quod quia Cain non fecit, peccauit. Sua namque, cui debebat, deo recte obtulit: sed seipsum sibi retinens, & cor suum deo auferens, male diuisit. Abel uero intus in corde suo sacrificium iustitiae obtulit, quia non seipsum sibi retinuit, sed deo subdidit: ac propter hoc ad exteriora eius munera dominus placide respexit. Similiter Abraham, egregia fide totum se prius offerebat, & propter hoc cum offerret sua, placidus offerebat hostias. Quod ut sciremus & imitemur nos, patrios ab illo deus affectus exegit, & immolari sibi uoluit, statimq; promptum eius animum inuenit, imò nobis ostendit. Melchisedech quoque nisi seipsum prius obtulisset, & in sublime altare dei cor suum deposuisset, non poruisset prauidere causas, quarum intuitu panis & uini sacrificii, sine exemplo, primum obtulit. Itaque & nos, si assistentes ad offerendum recte (ut dictum est) diuidimus, id est, prius nos ipsos offerentes, arietinam spiritus proteruiam, taurinamq; feritatem, hircinamq; libidinem iugulantes mortificamus, iuxta illud quod in psalmo canimus, holocausta medullata offerant tibi cum incenso arietum, offerant tibi boues cum hircis, recte diuisimus, & iccirco, sicut munera Abel, sicut sacrificium Abraham, sicut Melchisedech immaculatam hostiam, nostra sacrificia dominus accepta habere dignatur. Et iuxta consequentem orationem, iubet haec per manus sancti angeli sui perferri in sublime altare suum & in conspectu diuinae maiestatis suae in localiter atque inuisibiliter. Vbi que enim est maiestas, in localis & inuisibilis, ubi que sublime altare eius, quod est ecclesiae catholicae fides.

Sicut accepta habere dignatus es munera Abel, & reliqua. Caput XIII. Sicut similitudinis est, non quantitatis. Multo enim acceptius hoc sacrificium est deo, quam quod obtulit Abel, quod obtulit Abraham, quod obtulit Melchisedech. Valet namque amplius res quam umbra ueritas, quam figura. Ipsam ergo similitudinem de fideremus, magis quam acceptiois quantitate. Similes offerendo sumus Abel, si recte offerentes, nihilominus recte diuidimus, quod quia Cain non fecit, peccauit. Sua namque, cui debebat, deo recte obtulit: sed seipsum sibi retinens, & cor suum deo auferens, male diuisit. Abel uero intus in corde suo sacrificium iustitiae obtulit, quia non seipsum sibi retinuit, sed deo subdidit: ac propter hoc ad exteriora eius munera dominus placide respexit. Similiter Abraham, egregia fide totum se prius offerebat, & propter hoc cum offerret sua, placidus offerebat hostias. Quod ut sciremus & imitemur nos, patrios ab illo deus affectus exegit, & immolari sibi uoluit, statimq; promptum eius animum inuenit, imò nobis ostendit. Melchisedech quoque nisi seipsum prius obtulisset, & in sublime altare dei cor suum deposuisset, non poruisset prauidere causas, quarum intuitu panis & uini sacrificii, sine exemplo, primum obtulit. Itaque & nos, si assistentes ad offerendum recte (ut dictum est) diuidimus, id est, prius nos ipsos offerentes, arietinam spiritus proteruiam, taurinamq; feritatem, hircinamq; libidinem iugulantes mortificamus, iuxta illud quod in psalmo canimus, holocausta medullata offerant tibi cum incenso arietum, offerant tibi boues cum hircis, recte diuisimus, & iccirco, sicut munera Abel, sicut sacrificium Abraham, sicut Melchisedech immaculatam hostiam, nostra sacrificia dominus accepta habere dignatur. Et iuxta consequentem orationem, iubet haec per manus sancti angeli sui perferri in sublime altare suum & in conspectu diuinae maiestatis suae in localiter atque inuisibiliter. Vbi que enim est maiestas, in localis & inuisibilis, ubi que sublime altare eius, quod est ecclesiae catholicae fides.

Quid designat tonitruum, uox, uobis etc. Luc. 23.

Oris est plerique ecclesiarum, cum ad id uentum est: Nobis quoque peccatoribus, famulis tuis, paululum expressa uoce silentium rumpere. Namque in illo dominice passionis articulo subuenire nobis debet in mentem latronis confessio, simulq; responsio domini, de tribunali crucis illum paradiso ad iudicantis.

Matth. 27.

Andem cum tribus illis crucibus, quibus edicit sacerdos, per quem haec omnia domine semper bona creas, sanctificas, uiuificas, benedicis: passio domini consummata, & illud nobis commemoratur, quod clamans uoce magna emisit spiritum. Quapropter statim corporale auferitur, quia uelum templi scissum est, imò quia quae de

Luc. 15.

illo scripta erant, haec clausa & operata fuerant, & erat uerbum absconditum ab eis, quicquid ipse de passione sua praedixerat: nunc autem ubi consummatum, etiam reuelatum est.

Matth. 27.

Quod discoperito calice trinum de hostia super calicem pingitur crucis signaculum, dicendo, per ipsum, & cum ipso, & in ipso, confessionem exprimit cum uoce Centurionis, qui uiso terram motu, & his quae fiebant, clamauit uoce magna, Vere filius dei erat iste. Duae uero crucis, quae pinguntur in latere calicis, dicendo, omnis honor & gloria, sacramenta nobis sanguinis & aquae representant, quae patefacto latere domini lancea militis, in derempione in saluti nostrae, profuxerunt. Tunc accedit diaconus, & exaltatum parumper sacrificium de altari, reuerenter, tam ipse quam sacerdos iterum deponit, quia uenit Ioseph ab Arimathea cum Centurione, & Nicodemus quoque & impetratum à Pilato corpus Iesu deponentes sepeliebant. Sepeliebant, inquam, quod nobis in eo significatur, quod calix iterum corporali cooperitur, & ubi competere Beatus Gregorius dominicam orationem dici constituit, incongruum esse astruens, ut cum super Eucharistiam oratio diceretur, quam scholasticus composuit, ipsa oratio non diceretur, quam per se ipse dominus noster dicitur. Quod cum à Graecis accepisse uideretur, in hoc tamen differre uoluit, ut cum apud Graecos ab omni populo dicatur, apud

Duae crucis ad latere calicis. Representatio Christi sepulchra. Oratio dicitur sibi ex instituta oratione Grego. 11.

apud nos à solo sacerdote cantetur. Tunc ergo quia Iesus (ut dictum est) clamans uoce magna tradidit spiritum, Centurio clamauit dicens: Vere filius dei erat iste, & mulieres lamentabantur flentes dominum, leuati sacerdos uocem, dicens: Per omnia secula seculorum, & dominicam orationem. Similiterq; chorus respondendo, imitantes paucos fideles, qui contrito & contracto corde lugebant dominum, ueluti quondam occisum Abel, inuidi furore fratris maligno, pauci parentes impatienti dolore, & in consueti cordis dolore lamentati sunt. Post hoc iterum breue silentium fit, sabbatum respiciens, quo dominus in sepulchro quieuit.

Vox sacerdotis, per oia secula seculorum, Responso Chori.

Pax domini sit semper uobiscum. Caput XVI. Tunc rursus eleuatio uocis bonum significat nuntium dominicæ resurrectionis, dicente sacerdoti: Pax domini sit semper uobiscum, quod nobis illud commendat, quia dominus noster stans in medio discipulorum suorum dixit eis: Pax uobis. Interim tenens corpus domini, quia cognitus est in fractione panis, tripartita fractura, suam sanctæ trinitati assignat hostiam, particulamq; unam quæ personam insinuat filij, sacro sanguini demissam immergit.

Repraesentatio resurrectionis. Iohan. 20. Luc. 24.

Agnus dei qui tollis. Caput XVII. Statim ad gloriam ascensionis memoria gaudentis ecclesiae transcurrit, dicendo: Agnus dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Quis sedes ad dexteram dei patris, miserere nobis. Ad dandam enim poenitentiam, & remissionem peccatorum deus illum suscipit, & principem & saluatorem exaltauit.

Hebraeo. 10. Acto. 3.

DE Communione. Caput XVIII. Tunc religiosa consuetudine legatum nobis à sacerdote damus & accipimus in uicem pacis osculum, gaudentes atque hoc commemorantes, quia reconciliati sumus deo per mortem filij eius nosq; colligari debere signantes osculo pacis, quod est uinculum perfectionis. Cantus quem communionem dicimus, quem post cibum salutare canimus, gratiarum actio est, iuxta illud: Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum.

Osculum pacis. Roma. 5. Coloss. 3. Psalmo 118.

DE Collecta. Caput XIX. Colleat, quæ dicuntur ad complendum, orationes sedentis in caelo capitis nostri Iesu Christi signant, qui mortuus est, inquit Apostolus, imò qui & resurrexit, qui est in dextera dei, qui etiam interpellat pro nobis. Interpellat enim pro nobis pontifex summus, quia nos per id, quod nostri est similis, reconciliat, & per id, quod patri est æqualis, absoluit.

Roman. 8.

DE Benedicamus domino. Caput XX. Vltimam particulam diaconus adiicit, id est, Benedicamus domino, & hoc dicto populum excitat ad agendas deo gratias pro acceptis beneficiis, quia profecto redepere ad dexteram patris sedente & interpellante pro nobis, perseverat eius Apostoli, dicentes nobis, semper gratias agite, sine intermissione orate. Si autem solennitas aliqua sit, in illud tempus respiciens, quo nostræ salutis missio celebrata est, & diaconus dalmatica indutus perfectionem designat futuræ beatitudinis, tunc dicit: Ite Missa est. Hæc enim populi solennis dimissio est, reuerenda modulantis enuntiatione nitens rei dignitatem exprinere, & quasi extrema manu in abeuntis populi cordibus memoriam eius stabilire. Hoc autem sacrosanctum altaris mysterium iccirco Missa dicitur, quia ad pacationem & solutionem inimicitiarum, quæ erant inter deum & homines, sola ualens & idonea missio est.

Benedicamus domino. Ephe. 5. 1. Thess. 5. Ite Missa est. Ephe. 1.

Quomodo uel à quibus Missæ officium ordinatum sit. Caput XXI. Lim non tanto exterioris apparatu decoris missarum solennia celebrabantur, nec ab uno quolibet hæc omnis religiosi obsequij gloria consummata & perpolita est, Pontificis quippe sacri, splendida Romanæ sedis luminaria, sicut diuersis temporibus affuerunt ita paulatim studiij sui claritate, uenustatem huius salutaris officij perciperunt. Et sicut traditum à domino per Moysen sacrificij ueteris ordinem, præcipue David & Salomon, sacerdotum & Leuitarum ministerio, cantorum multiplici numero, psalmodum diuorum tripudio, templi uel altaris illius gloria, factorumq; multitudine usorum, splendidus amplificauerunt. Sic traditum à domino mirabilem noui sacrificij ritum, per primos Apostolos sancta Romana ecclesia suscipiens, religiosa fide amplexata est, fidelij cura conseruauit, diligentij apparatu exornauit. Quæ ergo quique eorum contulerint, iam dicemus, magis secundum ordinem illorum quæ ordinata sunt, quam eorum quod dinauerunt.

Decor Missæ est tempore adau. Reg. 7. Paral. 23. cætera. Cultus dei nouo testamento auxit sancta Romana ecclesia. Ex psalmis Introitus, Gradualia etc. per Coelestinum.

INSTITUTIO COELESTINI PAPAE. Coelestinus, Papa quadragesimus primus, constituerat, ut psalmi David centum quinque ginta ante sacrificium canerentur antiphonatum ex omnibus, quod ante non fiebat, sed tantum epistola & Euangelium recitabatur. Ex hoc instituto excerpti de psalmis introitus, B gradualia.

gradualia, offertoria, communiones, cum modulatione ad Missam in ecclesia Romana cantari ceperunt.

GREGORII.

Gregorius, LXI. Antiphonarium regulariter centonizavit & compilavit. Kyrie eleison a clero ad Missas cantari precepit, quod apud Græcos ab omni populo cantabatur. Alleluia extra Pentecosten ad Missas dici fecit. In Canone tria verba hostiæ superaddidit, diesq; nostros in tua pace disponas, ab æterna damnatione nos eripe, & in electorū tuorum iubeas grege numerari. Orationem quoq; dominicam post canonē super hostiam censuit recitari.

SYMMACHI.

Symmachus, XLIX. constituit omni die dominico, uel natalicijs martyrum Gloria in excelsis ad Missas cantari quem hymnum Telephorus papa, a beato Petro VII. nocte tantū natalis domini ad Missas, a se in ipsa nocte constitutas, cantari instituit, & in eo, ad angelorū uerba, quæ se quuntur, adiecit.

GELASII.

Gelasius, XLVII. tractus & hymnos composuit, & sacramentorum præfationes cauto & elimitato sermone distulit.

INNOCENTII.

Innocentius, XXXVIII. pacis osculum ante communionem dari decreuit.

LEONIS.

Leo, XLIII. qui in homelijs declamandis multum ualuit, addidit in Canone, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

DAMASI.

Damasus, XXXV. Credo in unum deum, cantari instituit ex decreto sanctæ uniuersalis synodi, a CL. episcopis Constantinopoli celebratæ.

ALEXANDRI.

Alexander, VI. ad consecrationem eucharistię instituit, quod sicut de latere crucifixi domini effluxit sanguis & aqua, ita aqua uino miscetur in ipsa cōsecratione: nec uinū sine aqua nec aquam sine uino debere offerri, decernens.

SIXTI.

Sixtus, VII. hymnum, Sanctus, Sanctus, Sanctus cantari instituit.

SERGII.

Sergius, LXXX. ultimum hoc instituit, ut inter communicandum, agnus dei, a clero cantetur. Sic studiose diuine legis ecclesia Romana paulatim protulit de thesauro suo noua pietatis monumenta, & quoddam uelut ex auro lapidibusq; pretiosis religiosi officij sancto sacrificio fabricauit diadema. Non quidem sanctus hinc est, quā erant prius * ad sola uerba domini, solamq; dominicam orationem consecrabatur: sed maxime decuit, ut fides, quæ adhuc erat illo tempore rudis, & (ut ait quidam, tam doctus quā fidelis) agrestis turbida cultu, nuda humeros, in tonsa comas, exerta lacertos: Vbi ornari potuit, maxime in hac parte, tanquam in capite suo, deauraretur, & earum rerum, quæ superius dictæ sunt, ueneranda similitudine fulgeret.

DE Azymo.

Caput XXII.

Utr sancta Romana ecclesia nunquam in sacrificio fermentum admiserit, non otiose quæritur, nec inutiliter scitur, maxime quia cōsuetudini huic tota hactenus Græcia refragatur. Nam de fermentato Græci immolant, & nescio qua autoritate suffragante (quæ proculdubio de authenticis nunquam profecta est scripturis) tam legalem, quā euangelicam Romanæ ecclesiæ consuetudinem, nimis pertinaciter abhorrent. Veris per se per rationibus superati sunt, sed Cōstantinopolitanæ sedis arrogantia, multarum hęresium generis, cedere designata est. Leo, IX. huius nominis papa, a beato Petro, CXLVIII. per epistolam ad imperatorem Constantinum scriptam, animum eius concilians, apocryphos suos Hunibertum Syluæ candidæ episcopum, & Petrum Amalitanorum archiepiscopum, Fridericum quoque, VII. Leuitam & Cancellarium, Cōstantinopolim dirigens, multas Græcorū consutauit hęreses, qui inter cætera Latinos uocabant Azymitas, & eos nimis persequentes, eorum ecclesias clauderant, & Michaelē patriarcham, a gratia & palatio imperatoris remotum excommunicationis gladio percussit. Tantis autem hęresibus fermentata est Græcia, ut mirum uideri non debeat hoc, quod de fermento immolat. Tantæ ecōtra sinceritatis semper fuit sancta Romana ecclesia, ut cui deest scripturarum notitia, uel argumentandi facultas, sola illi de azymo contra Græcos sufficere debeat eius autoritas. Nam Cōstantinopolitana non solum hęreticos, sed & Hæresiarchas protulit multos. Romana uero ecclesia, super apostolicę fidei petram altius fundata, firmiter stetit, & tam Græcię quam totius orbis hęreticos semper consutauit, & de excelso fidei tribunali data sententia iudicauit. Scripturarum

pturarum tamen suffragia deesse non debent, ne ullam tam syncera autoritas uideatur passa esse iacturam. Quæ certius atque commodius peterentur, si uel scripto uel auctore certo constaret, quid rationis super fermentato sibi uideantur habere Græci. Nam Romanæ ecclesiæ consuetudo legalibus, prophetiis euangelicis atq; apostolicis rationibus consona est. Ferunt tamen quidam hanc a Græcis fermētati se audiuisse rationem, eo quod Maria pregnans de spiritu sancto facta fuerit, atq; ideo per fermentatum signari recte dominicam incarnationem, & manifestum uirginis uentris tumorem: Quicunq; ex eis huic inniuntur rationi, longius a sanæ doctrinæ regula absumt, q̄ si nullas omnino supradictæ rei causas redderēt. Quid enim ideo fermentatum offerunt, ut impregnatum & tumidum Mariæ significent uterum? Nempe hoc respectu panem sacrificij Mariam, uitium autem panis, id est, fermentum, Christum eius filium esse uolunt. Hęc ratio duabus ex causis euidētibus infirmata contemnitur. Primo, quia non Marię, sed Christi solius, qui solus pro nobis crucifixus est, corpus offerre debemus. Secundo, quia fermento, ut aliquid boni significare mereatur, nulla omnino facrę scripturæ de ueteri aut nouo testamento autoritas suffragatur. Pulchrius atq; rationalius memoriam dominicæ incarnationis ex sancto Euangelio recognoscimus. Nam quod dixit dominus de pane, quem accepit, hoc est corpus meum, quoties illa sacrosancta actione iteramus, incarnationē eius ita nobis reparamus, ut ad hoc non uterum beatæ Mariæ, sed solam eius fidem, per quam concepit, necessariam habeamus. Est autem eius fidei signum altare uisibile, sicut recte placet doctoribus ecclesiæ. Igitur cum dei uerbum per fidem ecclesiæ descendens, panē accipit de signo fidei, quod est altare, renouatur nobis illud, quod idem uerbum dei, per fidem uirginis descendens in uterum eius carnem assumpsit. Atq; ita incarnationem dominicam nobis reparamus, non sicut fermentum in pane significante Mariam, sed sicut dei uerbum in pane catholicā significante ecclesiam, in eo, quod sicut unus ille panis de multis cōfectus est granis, sic ecclesia de multis hominibus una consistit per fidei unitatē. Significari autē pane illo dixi ecclesiā, non in eo quod offertur & cōsecratur, sed in eo q̄d de multis (ut dictū est) granis cōficitur. Nam in eo q̄d consecratur, nec ipsum in diuiduū corpus domini significat, sed est trāsfusio in se dei uerbo per fidem passionis, resurrectionis, & ascensionis domini. Dominus enim non, hoc significat, sed, hoc est corpus meum, inquit. Infirma ergo & merito contemptibilis est supradicta fermenti ratio. At uero azyma tam ex euangelica, q̄ ex legali autoritate profecta sunt. Nam dominus & in lege, ubi typicum paschæ sacrificium mandauit, fermentū abijci iussit, & in Euangelio, ubi nouum sacrificiū primus celebravit, azyma nihilominus ipse consecrauit. Et ne forte aliter suspiceris, fermentum in domibus Israel tunc non inueniebatur, lege enim domini sanctū erat: Dum ergo a ueterē ad nouum sacrificium proficiscens, azyma non reliquit, sed azyma benedixit, fregit, dedit discipulis suis, dicens, hoc facite in meam cōmemorationem, nunquid de fermento quicq; dixit, aut questus est, quod cogente consuetudine legis, fermentū sibi defuerit? Imō qui in lege de azymis iussit, in gratia quod contrarium erat, statuerē non debuit. Notandū quippe est, & animo memorari retinendum, nullas antiquæ legis consuetudines, contrarijs superuenientibus ex Euangelio deceris, esse destructas. Sed quæ abolitę sunt uel destructę, melioribus non contrarijs cesserunt, ut circūcisio baptisimo. Nam circūcisio bona quidem, sed baptisimus melior. Nec mutabilitate usus est deus, dum bono prætulit melius, præsertim cum bonum illud irritum fecisset ille populus, sicut ipse deus improperat illis per prophetā dicentem: Et irritū fecistis pactum meum, & cætera. Magis autē præputiū oppositum uidetur circūcisioni, scilicet ut habitus priuationi. Sed dñs de præputio nihil dixit, imō de utroq; tacuit, quia circūcisio nihil est, præputiū nihil est, ait Apostolus, sed fides, quę per dilectionē operatur. At uero azymū & fermentū manifeste opposita sunt, ut cōtraria immediata. Igitur non decebat deum, ut tanquam sibi met contraria, abiecto azymo de fermento præciperet, de quo ante prohibuerat, dicens: Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ tuæ. Approbat uero deus azymū, non propter ipsum, sed propter id cuius est signū. Significat quippe sacrificantibus nobis, ut epulemur paschali conuiuio, non in fermento malitiæ & nequitie, sed in azymis sinceritatis & ueritatis. Nec ideo rei tam necessarię significatio hæc rejicienda est, quia de legis antiquæ cæremonijs illam constat, esse & perfectam. Non enim cunctas legis antiquæ significatiuas consuetudines abieciimus. Adhuc quippe plenariam lunæ faciem consideramus, nec unquam in defectu eius pascha celebramus, & cotidie thus sacrum domino in odorem suauitatis adolemus, & oleum unctionis sanctum apud nos est, & pro rubis campanas habemus, & multa eiusmodi. Nam illa quæ significantur, quoniam bona sunt moralia, significationes ipsas omnes quidem lectione, qualdam uero actu quoque celebramus: ut significata ipsa nostris sensibus, opportune importune, ingerantur. Quis hoc improbare audeat? De gentibus quoque, exemplo apostolorum atque doctorū, solemus auferre, si qua ab illis probe dicta uel facta sunt, & tanq; captiuę mulieris unguis pilosq; superfluos amputare, ut ab alienigena falsitate

Ineptia Gregorij ratio pro fermentato.

Reprobatio eius ex duobus.

Matth. 26

Altare, signū fidei.

Panis non Mariam im prægnat, sed ecclesiā significat.

Panis cōsecratus non significat, sed e corpus domini. Exodi 12 Deut. 16

Matth. 29 Marci 14 Lucę 22

Abolito ueteris testamenti non est per contraria, sed per meliora noui testamenti. Malach. 2 Galat. 5

Exodi 23

1. Cor. 25

Lege * pro feciam. Exodi 12 Leuit. 2 Exodi 30 Num. 10

Deut. 21

falsitate mundata sententia, thalamum ueritatis digna sit introire. Nonne ergo familiarius aut iustius antiquitatum suarum reminiscitur ecclesia, quæ in Canticis Canticorum gloriatur & dicit: Omnia poma noua & uetera dilecte mi seruaui tibi. ¶ Igitur azyma non propter hoc abijcienda erant, quia significationis gratia in antiqua lege tradita fuerant, quin potius ideo retinenda, quia quod significat optimum & huic temporis gratia magis congruum est. Si significant enim id, quod apostolica iuba probabiliter sentiedum personat, uidelicet, ut inter Christum, qui de massa peccatrice carnem sine peccato, tanquam azymum assumpsit de fermento: & Christianum populum, ita nequitia & malitia nihil interfit, quomodo in azymo pane cum fermento & aqua nihil ueteris massæ aut alienæ confectiois inuenit. ¶ Aqua nanque populum significat, iuxta illud: Beati qui seminatis super aquas. Frumento autem significari Christum, nullo melius quam ipso autore probamus, qui seipsum mortificandum in se delitare Iudæorum, multiplicandum fide populorum, figurate prædicans: Nisi, inquit, granum frumenti cadēs in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Aqua frumento mixta sine fermento, simplices debere esse significat populos, Christo per fidem coniunctos. ¶ Cum ergo monumentum sit sinceritatis & ueritatis eius, in cuius azymis nos epulari hortatur Apostolus, expurgato ueteri fermento, ut si mus noua conspersio, iure inter utilia legis antiquæ signa, referuata sunt azyma, autore magno pontifice Christo & per succedentem sibi Beatum Petrum, Romanæ ecclesiæ fideliter delegata. Quæ beata, quod in fundamento suo petra illam exceptit, quam suo ueritas ore lau daut & beatificauit, tali structura super illam ædificata est, ut contra omnes hæreses persta ret murus in expugnabilis. ¶ Et quacunq; mundi ex parte periclitata fides ad illam confu git, mille clypeos ex ea omnemq; armaturam fortium, qua se defenderet, pendentem & præ paratam inuenit.

Cantico. 7

i. Cor. 5

Aqua, po-
polus chri-
stianus, fru-
mentū Chri-
stus.

Esaiæ 55
Iohan. 15

i. Cor. 7

Matth. 16

Cantico. 4

DE Ornatu altaris uel templi. Caput XXIII.

Sacro sanctum altaris ministerium iccirco (ut dictum est) Missa dicitur: quia ad placationem inimicitiarum, quæ erant inter deum & homines, sola ualens & idonea mittitur legatio. Cuius diuina ratio, quamuis assidui splendoris sit, cultus tamen exterior in uasis sacris, in apparatu altaris & ministrorum eius, semper quidem sancta, sed pro dierum uel temporum diuersa ratione interdum splendidior est. ¶ Auro & argento, lapidibus pretiosis, pro posse fidelium singulis in locis splendet festiua deuotio, quæ cum in se- cularibus ambitionis insignia sint, in ecclesiasticis & diuinis rebus pietatis officia sunt: non quia deum, qui spiritus est, plus aurea quam lutea, plus gemmata quam nuda delectent corpora: sed quia homines quod diligunt, cum deo libere offerunt, dilectione dei qua illud a se se- parant, quicquid illud sit, deo pretiosum efficiunt. Diligit enim aurum, quod maxime con- cupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum. Cum ergo illud offerunt non indigenti deo, sicut Dauid concupitum libauit aquam domino, proculdubio sanctum & deo placitum est quod offerunt. ¶ Nimis reprehensibiliter sic ungeretur pedes luxuriosorum & nequam hominum, quomodo super pedes domini unguentum effusum est, quod potuit uenudari multo, & dari pauperibus. Sed hoc ideo laudabiliter fecit domino deuota mulier: quia domi- nus, cui non indigenti hoc factum est, in libra unguenti pistici, libram appendit potius pieta- tis & fidei, & ideo pro odore, qui resperfus est in una domo, memoriam prædicandæ mulie- ris spirare fecit in toto mundo. ¶ Igitur dum auro & lapidibus, ac sericis uestibus honoratur Christus in altaris apparatus: poterat & hoc dari pauperibus, sed non ideo iure ornatus men- sæ domini reprehenditur, cuius habitus, dum est incultus, non sine culpa eorum despicitur, qui illum ornare posse uidentur. ¶ Nam quod dominus per prophetam arguit populum di- centem: Mensa domini contaminata est, ideo facere uidentur, quia sine culpa tunc erat, que pu- tabatur contaminatio esse altaris, nuda paupertas. Reuerfus nanque de Babylone populus, alare tantum fecerat fortuitis (ut ait Hieronymus) & impolitis lapidibus, absq; templo, absq; urbis ædificiis, absq; extructione muroꝝ, & putabant minorem esse cultum religionis, quia templi ornatus deerat, nec intelligebant omnipotentem deum non aurum gemmasq; & ho- stiarum multitudinem quærere, sed offerentium uoluntatem. Cæterum ubi opportunitas & opes non deerant, dominus ipse aurea sibi & argentea fieri mandauit opera, summa artificum industria, Nec statim nobis illud obijciatur, ex dictis beati Hieronymi: Quod si hæc ex uete- ri testamento suscipimus, consequenter & uictimarum ritum, & legem sabbati, & his similia suscipere deberemus. Pugnât enim hæc eius sententia, ne aurea uel gemmata diuini cultus or- namenta uelut necessaria requirantur. Nam scribens aduersus Vigilantium, itemq; ad Deme- triadem uirginem, elemosynam quidem pauperum præfert, sed de huiusmodi uniuersisq; inquit, in suo sensu abundat, non damno, non reprehendo. ¶ Sed manifesta ratione colligi- mus, figuram eiusmodi, quales de constructione tabernaculi beatus Gregorius moraliter ex- ponit, præsentia ueritatis non ita dissimili, ut non debeant etiam nunc in exteriori cultu ec- clesiæ

Quod autem
argenti
in templis
gratum
est deo.

i. Iohan. 2

2. Reg. 23

Matth. 26
Iohan. 12

Ornanda
sunt ergo
cæpla & al-
taria auro,
alijq; pre-
tiosis rebꝯ.

Malach. 1
Exodi 25. 28
& 27

Responso
ad uerba.
Hieron. de
auro, &c.
Roma. 14

Figure mo-
rales nō sic
abolentur

clesiæ simili uel eadem ratione proponi: ut in illo nobis eluceat, qualis interioris domus dei, sicut figu-
quod sumus nos, ornatus esse debeat. Quamnis enim auctor ueterum & nouorum, figurata
rum promissionum sacramenta mutauerit, quia promissa perfecit, & denuntiationibus (ut ait
magnus Leo) cessationem imposuit, quoniam denuntiatus aduenit. In præceptis tamen uel
figuris moralibus, nulla prioris testamenti reprobata decreta, sed euangelico magisterio mul-
ta sunt aucta. ¶ Dicitis, factis, puichriam Euangelii quam lex, frequentius Christus q; prophete-
ræ, parabolas uel allegoricas proponit similitudines, cuius magisterium sequens ecclesia, re-
rum habitu uisibilem, res imitatur inuisibiles, non solum in eorum (de quibus supra dictum
est) ministrorum sacro cultu, sed in cæteris quoq; templi uel altaris ornatu. Nam si nulla si-
gnificantur in hoc quoq; spiritualia, cur pretiosa pallia, & holoserica dorsalia parietibus ap-
penduntur, & sacrosanctum domini corpus lineo corporali superpositum obtegitur? Nam
iuxta dignitatem eius, quod pretiosissimum habere possemus, merito illi circumponeremus.
Arcana ergo aliqua, quæ sit & intellectu digna, cum hac discretionem animaduersa sunt,
¶ Nam corporale lineum, in quo dominicæ passionis celebramus memoriam, tribulationem
eius, & singularem designat in eo carnis munditiam. Linum quippe de terra natum, multis
atritum pressuris, ad niuei candoris honorem & leuem subtilitatem peruenit. Grossum &
inglorium e terra confurgit, sed inter manus præmentium opificum subleuatur, & candescit.
Tribulationem ergo domini in lineo corporali aduertimus. Ascendit enim sicut uirgultum,
& sicut radix de terra sitientis, non habens speciem neque decorem: sed propter munditiam
animæ suæ, quam pro peccato nostro posuit, uidebit semen longæ uum, & uoluntas domini
in manu eius directæ est. ¶ Quod diligentiores obseruant, ut duplex corporale sit, in te amina
significant capitis domini, quibus corpus eius aromatibus conditum inuoluit Ioseph. ¶ Pal-
lia uero, quæ (ut dictum est) solenniter appenduntur templi parietibus, futuram sanctæ eccle-
siæ gloriam significant in regno Christi, quod nobis presentes solennitates commemorant,
ubi exhibebit ubi Christus gloriosam sponsam, non habentem maculam uel rugam. ¶ Codic-
ces quoque euangelici auro & argento, lapidibusq; pretiosis non immerito decorantur, in qui-
bus futilit aurum cœlestis sapientiæ, nitet argentum fidelis eloquentiæ, fulgent miraculo-
rum pretiosi lapides, quæ manus Christi tornatiles aureæ plenæ hyacinthis operatæ sunt,
¶ His atque alijs huiusmodi ornatus loquitur quodammodo regina, quæ assistit à dextris
speciosi ac pretiosissimi regis ut uestitū deauratū, & uarietates, quibus ipsa circumamicta est,
omnemq; gloriam eius, quæ est ab in simbrijs aureis, id est, in perseverantia bonorum
operum, recogitemus & ad memoriam reuocemus, & ammoniti de uisibilibus, inuisibiles or-
natus & repositam in caelis eius gloriam auida mente speculemur. ¶ Tunc solenne est canto-
ribus, sed & omni choro psallentium pretiosum de sacrario capere uestitum, & magnis uoci-
bus atque amplificatis cantibus iocundum sacri sacrificij celebrare conuiuium. ¶ Causa po-
stulat quiddam nostri ordinis, id est, monachorum, non præterire proprium. Solemus enim
in huiusmodi festis omnes in albis stare uel procedere: quæ ueste nouam sanctorum uitam de-
signari superius expositum est. Tunc nanque in contemplatione eius nouitatis positi sumus,
de qua nos hortatur Apostolus dicens: Ut quomodo surrexit Christus à mortuis per glo-
riam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. ¶ Itaque cum simus comæ illæ, de quibus
scriptum est: Comæ eius sicut elatæ palmarum, nigra quasi coruus, quia scilicet capiti no-
stro adherentes, humiliter conscientia nigri esse, & uictō mundo sursum tendere debemus: tunc
tamen quando commemoratur eius seculi status, quo cum filiis semper est sponfus, conue-
nienter lætitiā præferentes, quotidianam salubris tristitiæ nigredinem læto candore obdu-
cimus, iuxta illud: Non possunt filij sponsi lugere, quando cum illis est sponfus. Conuenien-
ter ergo in albis procedentes simul etiā omnes à senibus usq; ad infantes manipulos portam⁹,
quia uidelicet in illa uita, quæ per albas significatur, propria uniuersisq; mecedē accipiet, secu-
dum suum laborem, & uenientes uenient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Quid desi-
gnat corpo-
rale lineū.

Esaiæ 55

Corporale
duplex.
Matth. 22
Lucæ 23

Quid desi-
gnat pallia
in templi pa-
rietibus.

Ephes. 5
Codicēs eu-
angelicis auro deco-
rati.

Cantico. 5
Psal. 44

Mos cætorū
in solennita-
tibus.

Cur mona-
chi in solen-
nitatibus
procedunt
in albis.

Lib. 1. ca. 20
Roma. 6
Cantico. 5

Matth. 9

i. Cor. 3
Psal. 155

DE Cappis. Caput XXXIII.

Cappas quoque in maioribus festis superinduimus, ut amplius in deo gloriemur, Cappæ de-
aspicientes in futuram resurrectionem, quando omnes electi, (quibus nunc post
signantur
sunt immor-
talitatis.
Apocal. 6
i. Cor. 15
depositionem carnis in anima tantum remuneratis, singulæ stolæ albæ datæ sunt)
binas accipient stolas, scilicet requiem animarum, & resuscitatorū gloriosam im-
mortalitatem corporum. Quæ cappæ bene ab anteriori parte patulæ sunt, & omnino præter
solam necessariam sibiulam in consuta, quia profecto immutata iam & immortalia corpora
nullis animam obcludent angustijs, corda non contegent, nec obfistent internæ sanctæ trini-
tatis contemplationi. ¶ Fimbrijs quoque subterronatæ sunt, quia nil nostræ tunc deit per-
fectionis: sed quod nunc ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, cognoscemus sicut
& cogniti sumus, quia facie ad faciem uidebimus.

DE Rasura caputum. Caput XXV. Verum.

Cur rasura nullo regit ornatu.

Veruntamen sic subornati, caput intadum praeferimus, & rasura, quam coronam nominamus, nullo ornamento contegimus. Non est enim plenum gaudium nostrum, quia non in re praesentium, sed in spe gaudemus futurorum. ¶ Iccirco autem rasi sumus, quia filij sumus Choro, id est, calui, scilicet domini nostri Iesu Christi, qui in caluarie loco crucifixus est, dictumque est ei, uidelicet uero Helisaeo, a stultis & infensatis pueris cum illusione: Ascende calue: Ascende calue. Rasis ergo capitibus antiquam Nazaraeorum legem immutauimus. Olim namque Nazaraei capillos nutriebant, nos contra capillos decidimus, quia Nazaraeorum princeps, dominus Christus decaluatus, id est, in loco caluarie, ubi damnatorum capita abscindebantur, crucifixus est. ¶ Dalila, id est, pauper-cula, & mentis inops synagoga, rasis caput fortissimi Samson, id est, solis nostri, & tradidit in manus Philistinorum. At ille captus quasi uictus, eos qui se coeperat uicere, pluresque hostium occidit mortuus, quam occiderat uiuus. Mortuus enim dominus infernum confregit, mortem uicere, uitam reddidit. Nos quamuis in supra dictis ornatis de uictoria eius gaudeamus, tamen in rasura capitem decaluationem eius per compassionem lugemus. ¶ Hoc autem humilitatis insigne uocamus coronam, id est, uictoria, quia fidelis illa domini decaluatio, cuius haec rasura signum est, proculdubio uictoria est, triumphus est, honor & gloria nostra est. Mihi autem absit gloriari, aut uas electionis, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Sed nondum apparuit haec gloria quid erit: habetque adhuc tristitia speciem, donec tristitia conuertatur in gaudium, & gaudium nostrum plenum sit.

4. Reg. 2 Numer. 6 Iudicum 13 Iudicij 16

Corona uictoriae insignie. Galat. 6

Iohan. 16

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE DIVINIS OFFICIIS, LIBER TERTIVS.

DE Ordine ecclesiastico ab aduentu domini, Prologus.

In superiori bus difficultior nauigatio.



ANGUSTIORIBVS ATQVE PROFVNDIORIBVS enauigauit oratio, dum superius sacramentum domini corporis & sanguinis pertentans potius quam perlustrans, nullum fidei passus est periculum, satisque confidit in deo iam adulta uel exercitata fide, quia quotiescumque per hoc profundum fuerit nauigandum, nullum alicuius obice laxi incurrit naufragium. Nunc iuxta propositum nostrum, ad ordinem anni, qui circa ipsum agit sacramentum, ingredientibus. Ipsum, quo regimur, sanctum poscimus spiritum, ut placida sui fauoris aura nostrum implere uelum non desinat, dohec propositum opus ad optate consummationis portum perducatur. Quod ab aduentu domini inchoantes, primum cur illud tempus sic nuncupetur, uel quid hoc significet uocabulo, consulta causarum ratione nosse debemus.

De ordine anni agendum deinceps.

DE Aduentu.

Caput I.

Cur Aduentus nominatur certa pars anni.

Tempus quod dominice natiuitatis memoriam antecedit, ideo aduentus nuncupatur, quia totus eius ecclesiasticus ordo iuxta contemplationem aduentus domini dispositus est. Aduenire autem dominus recte dicitur, qui ubique est inuisibili praesentia maiestatis, dum assumpto eo quod uisibile est nostrum, uisibus carnis uisibiliem se ostendit. Quod tunc factum est, quando uerbum, per quod omnia facta sunt, quod erat in mundo, & mundus per ipsum factus est, sed mundus eum non cognouit, caro factum est ut uisibiliter habitaret in nobis itemque futurum est, quod in hunc a dextris dei sedet, & licet nobiscum sit usque ad consummationem seculi, non aliud assumendo, sed quod semel assumpsit nobis representando, & sicut ipse dixit: Videbimus filium hominis uenientem in nubibus caeli, cum potestate magna & maiestate. Illud igitur tempus quod dominice natiuitatis memoriam antecedit, idcirco aduentus nuncupatur, quia haec, quae dicta sunt, partim praeterita, partim futura commemorantur. ¶ Nam prima dominica, primus aduentus iam praeteritus quasi futurus, in persona antiquae commemoratur ecclesiae. ¶ Secunda & tertia dominica, secundus aduentus expectantibus & desiderantibus, iam iam instare, prophetice atque apostolicis tubis denuntiat. Ideo uero secundus aduentus duabus dominicis declamatur, quia primum aduentum sola, quae praecessit incarnationem domini, ecclesia promissum expectauit: secundum autem tam praecedens quam subsequens audiuit, illa prophetice tantum, haec

Iohan. 1

Matth. ult.

Matth. 24

Luc. 21

Prima di-

ca Aduen-

tus.

Secunda &

tertia.

haec autem prophetice pariter atque apostolicis edocta praecognitis. Quapropter in secunda ex ipsis dominicis prophetice personat officium, quod est populus Syon. In tertio uero apostolicis: Gaudete in domino semper. ¶ Quarta dominica, quae semper dominici natalis diem nouissima respicit, tempus illud commemorat, quo impraegnato iam & tumido utero uirginis prope erat dominus, & calcians se diuinitas, corrigiam illam suae ligabat incarnationis, quam in Euangelio eiusdem dominicae Iohannes se non esse dignum soluere profitetur.

DE Prima dominica aduentus domini.

Caput II.

Quod haec cita sint, ex ipsis earundem dominicarum patenter cognosci potest officij. Nam prima dominica non iam retributionem sed initium iustitiae postulat humanum genus. Nec iam patriam attingit, sed uiam sibi postulat ostendi. ¶ Ait enim: Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Vox haec ueteris hominis est, originalis peccati uinculis alligati, & in suam coelestem patriam nescientis redire, nec ualentis. ¶ Propter quod illa tunc Euangelij lectio recitatur, in qua uel maxime commendentur illae domini uiae, per quas illuc, unde corruit homo, debeat & possit redire, scilicet obedientia, mansuetudo & humilitas charitatisque summa. ¶ Obediens namque patri, ut pateretur pro nobis, ultro ad passionis locum uenit mansuetus & humilis, sicut propheta de illo praedixit: Dicitur filiae Syon, ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super pullum asinae. Charitas autem erat illa, quae maior non est, sicut ipse dixit: Maiorem hac dilectione nemo habet, & cetera. Praeterea tota primi aduentus causa, in illa sancti Euangelij lectione typice continetur. Sed de hoc superius dictum est, ubi ad comprobandum quod Euangelio cohaerent, & consentiant caetera membra officij, quemadmodum corpus capiti, huius dominice officij exempli gratia positum est. ¶ A sinam namque alligatam uel pullum eius humanum genus significare nouimus, ad cuius solutionem dominum aduenisse manifestum est, ut sessor & possessor nostri factus, in coelestem Hierusalem per uias suas equitatu salutis nos reduceret. ¶ Igitur ex officio constat primam dominicam primum domini spectare aduentum. Cuius officij constat hanc esse intentionem, ut his, quibus necdum uenit dominus (illis enim necdum aduenit qui fidem incarnationis eius non dum receperunt, illis, inquam, qui necdum in aduentu eius crediderunt) adueniat tanta salus per fide, ut confidentes in domino non erubescant, neque irideant inimici, id est, daemones diutius asinam illam, quam alligauerunt uinculis peccatorum, sed solutae uias dominus demonstrat illi, & semitas suas doceat. Hoc in introitu, in graduali, & in alleluia manifeste conclamatur. ¶ Interuenit Apostolus Paulus, & in lectione epistolae demonstrat asinae uias, quas ambulare uel quas non ambulare debeat. Quatum demonstrationem sic inchoat: Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. Nimirum haec & reliqua dicens, quasi fidus auriga, ascensuro domino, ut dietam suam perficiat. A sinam infrenat, quo rectas uias teneat, ad summum dicens, sed induimini dominum nostrum IESVM CHRISTVM, quod idem est, ac si dicat eidem asinae: Ascensorem suscipe regem Syon. ¶ Quod autem post Euangelium, idem clamat offerenda quod antiphona ad introitum, hoc innuit, quod asina illa, etiam cum accepit sessorum suum dominum, secura esse non debet, priusquam perueniat cum equite suo in supernam ciuitatem Hierusalem. Potest enim fieri, ut offensus eques suum uelit mutare uehiculum, quod prius probasse uisus est, ideo perseuerat in offerorio dicere ecclesia, quod in introitu dixerat, addendo: Dirige me in ueritate tua, & caetera. ¶ Communio quoque: Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Manifeste uox est antiquae ecclesiae, primum, domini expectantis aduentum, quando de benignitate spiritus sancti terra nostra, id est, uterus uirginis concipiens, dedit fructum suum, deum & hominem proferens, benedicta in aeternum. ¶ Ea quae dicta est ad introitum collecta, quaeque super oblata, quaeque ad complendam, manifeste ad idem, scilicet ad primum domini respiciunt aduentum.

Quarta Math. 8 Luc. 8

Introitus Psal. 24

Euangelij.

Obedientia Christi. Zacha. 9 Charitas eius.

Iohan. 15 Lib. 1. in fine.

Pullus asinae genus humanum Intentio officij primae dicitur.

Psal. 24

Epistola Pauli.

Roma. 13

Offertorium.

Comunio. Psal. 24

Collecta.

Cur statio ad sanctum Petrum fiat.

Notandum quoque, quia statio, dominica hac iuxta sacratissimam ordinationem uigilantisimi papae Gregorii, iure ad sanctum Petrum fit: Ipse est unus, imo primus discipulorum, qui ad soluendam illam magnam asinam missi sunt. ¶ Siquidem & in apostolarum circuncisionis deus illi operatus est, & inter gentes cum consorte suo beato Paulo eadem legatione functus, pro Christo Romam ingressus est, ut imperium orbis tanquam praedictae caput asinae solueret, ita ut pulchre nobis illi duo, qui a monte oliuarum missi sunt, ad soluendam illam animalem asinam in typum omnium praedicatorum, in his duobus uidelicet Petro & Paulo representati uideantur, qui caput mundi Romam domini Christi regis aeterni uehiculum & habitaculum currum atque thronum effecerunt.

Statio a Gregorio instituta. Galat. 2 Petrus & Paulus Romam Christo sub iugari.

Cur in aduentu non utuntur cosuetis uestibus sacris Diaconus & Subdiaconus.

EX tunc usque ad sacram dominici natalis noctem, diaconus & sub diaconus imminuti procedunt. Nam neque diaconus dalmaticam, neque subdiaconus induit tunicam, Subdiaconus

C tanquam

tanquam lex, quæ ante incarnationem domini carebat ornatu Euangelij: diaconus tanquam ipsum Euangelium, cuius claritas, quanta sit, nondum apparuerat ante sacramenta natiuitatis, passionis, resurrectionis, & ascensionis domini. Horum enim non præsentiam sed expectationem significat tempus illud: propter quod & aduentum domini (ut dictum est) nuncupatur. ¶ Venturum autem inter dum casulis, quam uestem sacerdotis esse diximus, cum de habitu eius loqueremur. Quod neminem mouere debet. Non enim sic utitur casulis sub diaconus aut diaconus ut in ipsis legant non esse uestem, sed lecturi aut ministraturi illas exuunt, manifeste præfocent, illam suam non esse uestem, nec propter suum ordinem sibi debitam, sed propter dominicæ uel alicuius festi reuerentiam se accipere accommodatam, ut inopem atque indecentem cõsolentur expoliationem. ¶ Eandem ob causam: Gloria in excelsis deo, tunc non dicitur, & Ite missa est intermittitur: quia uidelicet illud tempus signat (ut dictum est) quo adhuc expectabatur gaudium pacis, & illud, quo nunc usque solliciti prestolamur consummationem nostræ salutis.

DE Dominica secunda.

Caput III.

Dominica secunda statio ad sanctam Hierusalem. Totum enim officium eiusdem dominicæ ad lætificandũ cor illius, decantat, quæ primũ filij dei recepit aduentũ, quæq; post fidẽ iustificata, & pacẽ habens ad deũ, desiderat in secundo aduentu uidere gloriosum regẽ suum. Mulier quippe casta est, quæ uiri sui absentiam plorat, presentiam acquirit. Huic ergo desideranti, festinanti, atq; anhelanti, præfens officij lætitiã prænuntiat, spem inculcat, patientiam prædicat. ¶ Primũ Euangelij sententiam cõtemplamur, cui cetera officij partes, plenæ gaudij, plenæ consolationis & pacis, cõsonare probetur. Præmissis signis, quæ gloriosum illum aduentũ præcelsura sunt. His ergo, inquit dñs, fieri incipientibus, leuate capita uestra, quonia appropinquabit redemptio uestra. Leuate capita uestra, ait beatus Gregorius, id est, exhilarate corda. ¶ Iuxta huius ueridici promissi consolationẽ, præcinit ad introitum tuba prophetica populo Syon. Ecce, inquit, dñs ueniet ad saluandũ gẽtes, & audita faciet dñs gloria uocis suæ in lætitia cordis uestri. Paruulus enim & pupillus est in hoc exilio natus populus Syon, peregrina matre, & illo, quẽ nunq; uidit, genitus patre: patrem absentẽ gemitibus querens, & assiduus cœlũ pulsans uagibus, quo patre suum abisse, matre narrante, audiuit, & uix infantulus in tellerit. Cui fleuit & in orationibus uagienti cõmiserens mater, totum hoc officij canticũ iam iam imminere cõtestans desideranti reditũ patri, & audiendũ gaudium uocis eius quando dicit: Venite benedicti patris mei, percipite regnũ. In lætitia, inquit, cordis uestri, quæ tota erit, ut signis eius fieri incipientibus, iuxta dñi dictũ, debeamus leuate capita uestra, id est, exhilarare corda. ¶ Quod quia per nos fieri nõ potest, nisi nos ipse gaudij spiritus sui lætificent: recte in collecta deprecamur dicẽtes: Excita dñe corda uestra, id est, leua atq; exhilara, ad præparandũ unigeniti tui uias, scilicet, ut parata sint, occurrere illi: non per timorẽ fugiendo, sed cum amore aduentũ eius excipiendo. ¶ Ad hæc opportune nobis hæc apostolica lectio recitatur. Quæcunq; scripta sunt ad nostrã doctrinã scripta sunt, ut per patientiam & consolationẽ scripturarũ spem habeamus, & reliqua. Valer enim ad correptionẽ impatientis animæ, & nimis ægre cupiẽtis dissolui, & cum Christo esse, dum abundantia spei nobis oprãdo, moras uenturi dñi nostri ferre suadet, cum pace & gaudio. ¶ Graduale manifeste uenturũ eum canẽs, cuius species decoris ex Syon est, iuxta illud, quia salus ex Iudæis est, eandem lætitiã sanctis eius prædicat, qui cõgregandi sunt ad dexterã eius, eo quod ordinauerint testamentũ eius nouum super uetera sacrificia. ¶ Alleluia domini fecundũ ueribus primo uersu gaudij spei prædicat, eius, cui dictũ est, in domũ domini ibimus, lætitiãq; ex re futuram, ubi stabunt pedes eius in atrijs Hierusalẽ. ¶ Lectio autẽ supradictõ Euangelio præcentore gaudij, & cõfirmata promissione ueritatis, ubi dicit: Cœlũ & terra transibunt, uerba autẽ mea nõ transibunt, iam uelut cõsolatione recepta, gratulatur populus Syon, & dicit credens ueritatẽ: Deus tu cõuertens uiuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te. Viuificabis nos, inquit, scilicet per resurrectionẽ, conuertens nunc per fidem, & plebs tua lætabitur in te. Lætabuntur filij sponsi reddita sibi eius presentia, & pristina tristitia in gaudium cõuersa, pleno gaudebunt gaudio. ¶ Longum nimis est, neq; a nobis propositũ exponẽtis more omnia persequi. Solum enim concordiam cuiuscq; officij, uelut compage cuiuscq; corporis perquirere propositum est. ¶ Summa igitur huius officij est, ut peregrina Hierusalẽ, id est, ecclesia præfens, huius uitæ exiliũ spe patiensissima perferat, & cum secundũ Euangelij iam dicti præmonstratõnem, mundi ruinã imminere cognouerit, leuat caput suum, & iuxta cõmunionis cohortationem surgat, & stet in excelso, terrena respuens & amãs cœlestia, sicut petit collecta quæ dicitur ad cõplendum, & uideat iocunditate quæ ueniet sibi à deo suo, ac uelut propinquante æstate moeroris sui nubila discutiat, quia uitæ dies æterni solis claritate fulgescunt.

DE Dominicæ tertie officio.

Caput III. Domini.

Dominicæ tertie totum officium consolationem decantant, maxime rectoribus ecclesiarum quorum status quanto eminentior, tanto uita iudicij hominum subiectior, & tanto magis per sæpe apud homines laceratur opinio, quanto eorum meritum in diuino fulget iudicio. Venturum nanque illis annuntiat, qui harum illuminet abscondita tenebrarum: quia ipse iudex eorum est & conscius, qui omnino errare non nouit iudicio. ¶ Ut ergo tanto teste uel iudice uenturo gaudeant uel quid de illo sperent uel sciant, opportune recitatur illud præclarum atque famosum, quod de Iohanne Baptista perhibuit testimonium, dicens: Amen dico uobis, inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista. Magnum testimonium grande præconium. Negauit Deus hominem esse illum mollibus uestitum, negauit harundinem esse uento agitatam, enuntiauit officio uel meritis esse angelũ. Ostendit in uno quod in omnibus facturus est, quando ueniens ad iudicium in, conspectu patris & sanctorum angelorum, congrua singulis testimonia reddet. ¶ Quis ergo nõ erubescet flere, eo quod competens suis meritis non habeat ex hominibus testimonium, tanto sibi reposito in cœlis precone meritorum. Gaudete potius in domino semper, iterum dico gaudere, inquit A postolus, (qd cantamus in introitu) modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Quod si oculos suos compresserint, & lucem uestram coram eis lucentibus uideri noluerint, nihil solliciti sitis, dominus prope est, qui lucem uestram uidere uolentibus ingeret, tantummodo petitiones uestræ innotescant apud deum. Vnus enim ille testis, contra omnes criminatores præualebit. ¶ Promissam consolationem hanc subsequens compleri collecta postulat, dicens: Aurem tuam domine precibus nostris accommoda, & mentis uolentibus tenebras gratia tuæ uisitationis illustra. Tenebras enim, quas patimur, in eo quod errantes falso iudicamus, & iudicamus, illustrabit eius aduentus, quem non tardari poscimus, sicut in subsequenti lectione epistolæ ait idem A postolus. ¶ Nolite ante tempus iudicare, quo ad usq; ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordium. Totam enim hæc lectio tendit in hoc, ut nobis pro minimo sit iudicari ab humano die, sicut fuit Iohanni, qui (ut supra dictum est) in Euangelio prædicatur à domino harundo uento agitata non esse. ¶ De eadem re dominus flebiliter postulatur in graduale, præmissa laude competentis. Qui sedes domine super Cherubim, & cetera. Nam in eo quod sedet super Cherubim, id est, super plenitudinem scientiæ, nouit & potest occultam cordium nostrorum abyssum penetrare, & quæcunque ibi latent, uero testimonio in publicum proferre. ¶ Ad hoc iuxta uocem Psalmi, quæ in alleluia personat, excitabit potetiam suam, & ueniet. ¶ Et sicut in offerenda, quasi iam factum, quia proculdubio futurum est, presumimus dicendo: Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob, gaudebunt electi stantes à dextris, testimonio sibi reddito à uero iudice, & libertatem accipiet filiorum dei, iuxta quod in alio loco scriptũ est: Cum auertit sperit dominus captiuitatẽ plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel. ¶ Cuius libertatis spe confortat pusillanimes tuba prophetica in communionẽ: Dicite pusillanimes, cõfortamini, & nolite timere, qui sæpe dum humana cõtra se audiuit præiudicia, quãuis de reposito in cõscientia thesauro debeant cõsolari, tamen ualde trepidant, quia nec dum sciunt quales in illo tremendo dei iudicio inueniendi sunt. Vnde beatus Gregorius, qui multis hominum præiudicij fatigatus, satis & plus alijs multis erat expertus, quod pateretur uel quanta intra hæc consolatione indigerent rectores ecclesiæ, & iccirco hoc illis celebris statione officium de dicauit, scribens ad Mauricium imperatorem, inter cetera dicit: Quod autem dominorum pietas illud mihi pauendum & terribile omnipotentis dei iudicium intente, rogo per eundem omnipotentem dominũ, ne hoc ulterius faciat. Nam adhuc nescimus, quis ibi qualis sit. Et Paulus egregius prædicator admonet, dicens: Nolite ante tempus iudicare, donec ueniat dñs, qui & illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit cogitationes cordiũ.

Cur statio ad sanctum Petrum.

Sciendum uero est, presentis dominicæ officio stationem congrue fieri ad sanctũ Petrum, quia uidelicet ille rectorum ecclesiæ primus & præcipuus est quibus idem officium prædicat gaudium & patientiam in tribulatione, longanimitatem in spe, quorum in animo quanta pressura sit, & præter illa quæ extrinsecus sunt, quanta instantia quotidiana, quanta sollicitudo commissarum sibi animarum, nulli præter ipsos qui experti sunt, perfecte & liquido nouerunt, quãuis frequenti lectione, maxime ex libris beati Gregorii nonnulla ex parte à studiosis & cordatis lectoribus queant cognosci. ¶ Ipse autem beatus Gregorius egregium Romanæ sedis post Petrum apostolum decus, qui optime (ut dictum est) angoris eius conscius extitit, hoc sese cum illis officio consolatur est: quippe qui (ut in libro uitæ ipsius legimus) stationes per basilicas uel beatorum martyrum cœmeteria (secundum quod hæctenus plebs Romana, quasi eo uiuente, certatim discurre) sollicitus ordinauit: per quas & ipse simul discurrens dum adhuc loqui præualuit, uiginti homilias Euangelij diuerso tempore declamauit, reliquas uero eiusdem numeri dictauit quidem, sed lassescente stomacho, languore continuo,

Cõsolatio prælatorũ.

Testimonium Christi de Iohanne Baptista. Matth. 11

Introitus.

Philip. 4.

Collecta.

Epistola. 1. Cor. 4. Matth. 11

Graduale. Psal. 79

Alleluia. Ibidem. Offerenda. Psal. 84. Roma 8. Psal. 13. Cõmuniõ. Esaiæ 35

Gregorius i regit. lib. 4. epist. 11

1. Cor. 4.

Petrus rector ecclesiæ primus

2. Cor. 11

S. Gregor. stationum institutor.

Homilæ Gregorij.

Cur aliquã do uiti casulis. Supra lib. 1. cap. 22

Cur gloria in excelsis uel Ite missa est, non dicuntur.

Desideriũ ecclesiæ p secũdo aduentu Christi. Roma. 5. Psal. 41

Euangelij de secundo aduentu.

Lucæ 21. Introitus. Esaiæ 30. Cõsolatio ecclesiæ de absente patre.

Marci ult. Actõrum 1. Matth. 23

Collecta.

Epistola. Roma. 15

Philip. 1.

Graduale.

Psal. 49

Iohan. 4

Psal. 49

Alleluia.

Psal. 121

Offertoriũ.

Lucæ 21

Psal. 84

Iohan. 16

Sũma huius officij.

Baruch. 5

Apocal. 21

alijs pronuntias commisit. Qui sicut vere dulcissimum sancti spiritus organum, quicquid scripsit, digito dei dictante concepit: sic easdem stationes non sine eodem spiritu disposuit, & tam hæc, quam cætera eius opera, tanquam aurum, rutilant in Christi ecclesia.

DE Quatuor temporum ieiunijs.

Curseria quarta & sexta post simum ieiunatur. Math. 26. Ratio ieiunij quatuor temporu. Ephe. 6. Nter cæteras hebdomadæ ferias, quarta & sexta feria maxime ieiunijs ideo deputantur, quia dominicæ passionis memoria præ alijs insignitæ sunt. Quarta namque feria dominus à Iuda traditor uenditus, & sexta à Iudæis crucifixus est. Itaque & per singulas dominicas proprias Euangeliorum & epistoliarum lectiones habent, & ieiunijs, litanijs atque abstinentijs penitentium magis idoneæ iudicatæ sunt: ut quibus diebus, innocens dominus uenditus, & pro seruis suis passus est, seruus peccator fleat & ieiunet, & lectionem sanctam (quæ est animæ pabulum) solennius audiat. Quapropter quatuor temporum ieiunia per easdem ferias celebrari instituta sunt, addita dominicæ sepulturæ die, scilicet sabbato, ut tres dies ieiunii sint, quatenus trium mensium cuiusque temporis temperiem bonam, trium dierum, quibus ieiunamus, salubri commercio impetremus, & pro mense diem unum domino offerentes, tranquillam & quietam hanc uitam, sub elementis mundi, à spiritualibus nequitijs, & ab aëriarum malignitate tempestatum peragamus.

DE Ieiunio in aduentu domini.

Quarta feria ieiunij. Statio ad sanctam Mariam. Lucæ 1. Introitus. Ephe. 4. Judic. 6. Lucæ 1. Epistola. Ephe. 2. Danielis 2. Graduale. Psal. 23. Tertia igitur dominici aduentus hebdomoda, quarta feria brumalis temporis ieiunium præfixum est: quod propter aduentum domini aliorum temporum ieiunijs celebratius est, & officij tam diurnum quod nocturnum magis plenarium habet, ad ipsum domini pertinens aduentum, ut dum caro ieiunijs affligitur, anima redemptionis sue testimonij, ex lectione sacra, uel cõcentu ecclesie, copiosius letetur. Prima ieiunij die, scilicet quarta feria statio ad sanctam Mariam cõuenienter ordinata est. Ad illud enim templum domini, ad illud sacrarium spiritus sancti in quo totus deus noui mensibus habitans dignatus est homo fieri: totum eius diei officij proprie pertinere manifestum est. Nam ex Euangelio dicitur recitata annuntiatio uel incarnatio, prophetis tubis ante declamata, per angelum præsentialiter allata, per fidem beatæ uirginis suscepta, per incorruptum ei uerbum cõpleta & reddita. Quæ omnia propheticus clangor in introitu breuiter præcensurat: Rorate celi, inquit, & cætera. Dicendo, rorate celi desuper, ministerij angelicæ expressit allocutionis, qua uerbum deus in interioriorem aurem credulæ uirginis, sicut pluuia in uellus, descendit, & per hoc quod ait, & nubes pluant iustum, te atque cæteros prophetas, qui ut nubes iustum, scilicet Christum & fideles eius in terra cordis nostri celestis doctrina depluunt. Aperiat, inquit, terra suscipiendum uerbum & dicendo, ecce ancilla dñi, fiat mihi secundum uerbum tuum, & germinet saluator, benedicta in æternum, deum nobis proferens & hominẽ. Quæ post hæc sequuntur, omnia similiter euangelicò sensui cõsonant. Epistolæ lectione ieiunantium animas dupliciter reficiunt. Primo monte illum prædicat, qui secundum consonum Euangelij, sedem suscipiens David patris sui, & de lapide paruo crescens in montem, & implens orbem terrarum, regnabit in domo Iacob in æternum. Cui lectioni pulchre succinit uersus subleuans gradualis, quis ascendit in montem dñi, & c. Quia uidelicet non nisi innocens manibus & mundo corde, & cuius uita cõcordat cum fide, partem habebit in illa dñi incarnatione. Reliqua officij membra patenter ad eundem Euangelij sensum pertinent, nec ad hoc probandum inuolari opus est, quoniam manifestum est. Igitur hac die secundum huiusmodi officium statio ad sanctam Mariam cõuenienter ordinata est.

DE Feria sexta Ieiunij.

Statio ad sanctos apostolos. Lucæ 1. Deposuit portes de sede. Math. 11. Introitus. Psal. 118. Epistola. Iohan. 1. Lucæ 1. Ephe. 11. Cõmunio. zacha. 14. Sexta uero feria statio ad sanctos apostolos præscripta est. Ratio quidẽ occultior est, sed quæ rentibus parua ex scintilla citius elucet. Nam in Euangelio diei præsentis, in cantico beatæ uirginis dignum illud memoria dictum est, quod patenter ad ipsos apostolos attinet: Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. Nam de sede spirituales magisterij, de cathedra Moysi, deposuit potentes de sede, id est, superbos, scribas & pharisæos, & exaltauit in eandem sedem, humiles apostolos: Sicut alij ipse dominus: Confiteor tibi, inquit, pater domine celi & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Quod quia in ueritate iudicij factum est, & cum hæc diceret beata uirgo, prope erat dominus, scilicet in utero eius, bene congruit hic introitus. Prope esto domine, & omnes uiae tuæ ueritas. Et quia florent tunc uirga de radice Iesse, iam requiescebat super florem eius spiritus domini, ut de plenitudine eius accipiens Iohannes, exultaret in utero Elizabeth: apte concinit Euangelio hæc epistola. Egredietur uirga de radice Iesse, & cætera. Simula percurrere nimis longum est, & quia per se patet, quod ad eandem rem pertinet, fastidiosum est. Communio tandem, ecce dominus ueniet & omnes sancti cum eo, ad eorum rundem perspiciat speculat glorificationem apostolorum, qui cum eo uenturi sunt in secundum aduentu eius ad iudicium.

Cur una tantum lectio legatur ad Missam.

Caput VIII. Quærit

Quæritur autem potest, cur quarta feria prima scilicet die ieiunij, duæ sint lectiones, duosque scripta gradualia, sexta feria una tantum lectio: sequenti uero sabbato legantur sex. Ad quod respondendum, quia cum quarta feria duas legerimus, sexta secundum profectum ieiunij tres legere deberemus, sabbato autem quatuor: Verum quia sabbato solent ordinationes fieri, translata à feria sexta duæ, quatuor sabbati lectionibus apposita sunt, ut his maxime sacri officij proferenda reseruetur opulencia, qua & ieiunantes, & sacrorum ordinum tyrones descripti sunt.

Cur sabbato ieiunij duodecim lectiones titulentur, cum sex tantum legantur. Sciendum quoque, quod cum sabbato sex tantum legendæ sint duodecim in titulis lectiones ea de causa prænotantur, quia cum Romana ecclesia de Latinis & Grecis esset permixta, singulae lectiones in utraque lingua recitabantur. Nam in una lingua recitata, ab utriusque lingue populis intelligi non poterant. Itaque dum unaquæque bis legitur, duplicato senario lectionum numero duodecim computantur. Præterea notandum est, ordinationum sacramenta dominicæ diei deputari, cuius in uespera fiunt, & tam uespera sabbati quam mane prima sabbati posse & licere ieiunijs à ieiunantibus celebrari.

Sententia Leonis papæ, quod ordinationes, cum sabbati uesperæ fiant, ad diem dominicam pertineant.

Caput IX. Dicit enim magnus Leo, scribens ad Dioscorum Alexandrinæ ciuitatis episcopum. Quod à patribus nostris propensiore cura seruatum esse nouimus, à uobis quoque uolumus custodiri: ut non passim diebus omnibus sacerdotalis uel Leuitica ordinatio celebraretur, sed post diem sabbati, hoc est noctis eius, quæ in prima sabbati lucefcit, exordio sub lege diuini officij substituantur, in quibus hijs, qui consecrati sunt, ieiunij à ieiunantibus sacra benedictio conferatur, quod eiusdem obseruantia erit, si mane ipso die dominico continuato sabbati ieiunio celebraretur, à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt: quam ad diem resurrectionis (sicut etiam in pascha domini declaratur) pertinere non dubium est. Nam propter auctoritatem consuetudinis, quam ex apostolica nouimus uenire doctrina, etiam sacra scriptura manifestat, quod cum apostoli Paulus & Barnabam ex præcepto sancti spiritus ad euangelizandum gentibus mitterent, ieiunantes & orantes impouerunt ei manus, ut intelligamus, quanta & dantium & accipientium deuotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter uideatur impletum. Et de pie & laudabiliter apostolicis mores gesseris institutis, si hanc ordinandorum sacerdotum formam per ecclesias, quibus dominus præesse te uoluit, etiam ipse seruaueris, ut his, qui consecrati sunt, nunquam benedictio, nisi in die resurrectionis dominicæ tribuatur, cui uesperæ sabbati initium constat ascribi, & quæ tantis diuinarum dispensationum mysterijs est consecrata, ut quicquid à domino est insignis cõstitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium, in hac per resurrectionem Christi, & mors interitum, & uita sumpsit initium. In hac apostoli à domino prædicandi omnibus gentibus Euangelij tubam sumunt, & inferendum uniuerso mundo sacramentum regenerationis accipiunt. In hac (sicut Beatus Euangelista Iohannes testatur) cum congregatis in unum discipulis, clausis ianujs, ad eos dominus introisset, insufflauit & dixit: Accipite spiritum sanctum, & quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. In hac denique promissus à domino apostolis spiritus sanctus aduenit, ita celestis quadam regula insinuatum & traditum nouerimus, in illa die celebranda nobis esse mysteria sacerdotium, in qua & collecta sunt omnia dona gratiarum.

Item, de Sabbato, cur statio ad sanctum Petrum.

Caput X. Hoc sabbato, & omnibus horum quatuor temporum sabbatis, statio ad sanctum Petrum congrue celebratur. Cui enim primo post Christum ecclesie summum collatum est pontificium, quique primus & princeps sacras in ecclesia celebravit ordinationes, cuius uice maxime fungitur Romanus pontifex, cum ecclesie sanctæ ministros & ouibus Christi pastores ordinat necessarios, congrue, ut tanquam ad summum recurratur, apud ipsum statio celebratur. Cõuenientes igitur ad beatum Petrum ieiunios mater ecclesia filios, uelut ex ore ipsius Petri multiplicatis in anima reficit sacramentis, & ex ipsius autoritate spiritualium diuisionis ministrorum distribuit. Vbi notandum, quinta semper lectionem, quæ super addita doctrinæ nouissima est, non mutari, semperque illam esse, quæ legitur angelus domini cum Azaria & socijs eius in fornacem ignis descendisse. Quod magna & mystica non uacat ratione. Nam quemadmodum pueris ab Babylonio rege missis in fornacem ignis, celestis gratia subuenit, & fecit mediū fornacis quasi uentum rotis flantem sic nos à confusionis rege diabolo, libidinum flammis appetitis, quasi uentum rotis flantem instantia liberat. Hoc denique genus non eijctur, nisi in oratione & ieiunio. Hac ergo lectione prælecta, sequitur & hymnus eorundem pueroꝝ, quo ad benedicendum creatorem

C 3 Omnis

Cur sabbato sex lectiones legitur.

Ordinationes ascribuntur diei dominicæ.

Leo primus ad Dioscorum.

Ordinationes à ieiunijs & confecti debent. Actoꝝ 13. Legemorem. Præconia diei dñicæ.

Iohan. 20. Actoꝝ 2.

Lege collecta.

March. 16. Iohan. 21.

Alijs & cibarijs.

Danielis 3.

Matth. 17. Hymnus.

etiam puerorum.

Esa. 40. Eua ngeliu. Mar. 1.

Episcopa.

s. Thef. 2. Introitus. Psal. 70. Zach. 9.

Psal. 79. Mar. 25. Psal. 94. Psal. 18. Psal. 63.

omnis creatura commonetur, prius sacer dotes ordinentur ut animaduertamus illoru ota manusq, ad benedictiones dandas, & quod maximum est, ad conficiendu corpus & sanguinem domini, iure admitti, qui a confusionis rege succensam fornacem uitiorum potenti fide superauerunt. Iam quæ sequuntur, manifeste secundum domini prædicant aduentu, & uoci consonant clamantis in deserto, parate uiam domino, & cetera. Hoc enim euangelium eius diei est, principium scilicet prædicationis, qua Iohanes peccatorum corda percutit, & ad penitentiam inuitat, gemina uiperarum, securim dicens iam esse positam ad radices arboris, & uentilabrum in manu iudicis, ut purgans aream suam, triticum congreges in horreum paleas autem comburat igne inextinguibili. ¶ Hoc euangelium eodem epistola sensu præcurrit, scilicet secundum prædicando aduentum domini, quo reuelatur prius hominem peccati filium, perditionis interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. ¶ Sed & antiphona ad in troitum: Veni & ostende nobis faciem tuam domine, qui sedes super Cherubim, & salui erimus, manifeste tempus illud respicit, quo (sicut in offerenda quoq; canimus) exultanti filii Syon. Veniet rex suus sanctus & saluator mundi, & sicut in tractu præmissum est Excitans potentiam suam ueniet, & eum, quem deducit uelut ouem Ioseph, segregatum ab hoedis qui a sinistris eius erunt, ad dexteram suam constituet. ¶ Interim tamen plorandum est ante eum qui fecit nos, ne fortis & terribilis, qui iuxta communionem, exultauit ut gygas ad currendam uiam, nemine aduersantium paruulorum ualente sibi resistere, de quibus scriptum est: Sagitte paruulorum factæ sunt plage eorum, cum uenerit, item gygas nobis sit, & multa fortitudine sua nobiscum in iudicio contedat, & magnitudinis suæ mole premat nos.

Cur dominica quarta uacat Caput. XI.

euangelii

Iohā. 5. Iohā. 1.

Psal. 119. 107.

Introitus. Psal. 105. Matt. 3. 17.

Dominicæ quartæ officio præscriptum est. Vacat, uidelicet, quia nulli sanctorum apostolica statione deputatum est. Quod quàm recte cautum sit, considerata eiusdem officij ratione perpendere licebit. ¶ In euangelio dominicæ huius, agitæ uero to pharisaicæ interrogationis, hæc scintilla splendida ueritatis emicat de flamma ignis diuini, qui calebat ardens & lucens in sancta mente Iohannis. Ipse est inquit qui post me uenturus est, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus, ut soluum eius corrigiam calciamenti. Ab hæc probabilis testimoni sententia graui, & digna corde & ore tanti præcur foris, omnia pen dent membra concrepantis officij. ¶ Stat Idumæa illa, quæ uisitantis suæ prophetici illud au dierat promissum: In Idumæam extendam calceamentum meum, & respiciens in illud tempus, quo de accubitu suo, scilicet de sinu patris, egressus rex ille qui hoc promiserat, iam in utero uirginis calceabatur mirabilem illam atq; insolubilem in carnationis corrigiam suis circumdans gressibus. ¶ Illud inquam, respiciens, Idumæa scilicet alienigena gētilitas, clamat in introitu: Memeto nostri domine in beneplacito populi tui, uidelicet in filio tuo, in quo tibi bene placuisti solo ex milibus populi, quicquid tuus fuit ab initio mundi, uisitā nos in eodem salutaris tuo, ad modum medici iacentem ægrorum dignatione gratuita uisitantis. ¶ Quæ deinde sequuntur, id est, collecta, epistola, graduale, alleluia, cuncta pariter iuxta considerationem impregnati uteri uirginis, prope esse dominum, & celerem eius aduentum consonant. ¶ In offerenda uero psalm est, nos, exemplo angeli, salutaris illud tēplū domini, sacrarium spiritus sancti, thalamum sanctitatis, triclinium diuini consilij, in quo ut dicitur est, diuinitas uenit ad nostram salutem, nostra carne calceata est. ¶ Hoc tantum regis Christi mysterium, cui sanctorum, qui omnes officiales eius sunt, ita fuit creditum, ut merito decantetur hoc officium præscripta statione apud quemlibet illorum. Nam quæ apud singulos eorum officia solemnibus deputata sunt stationibus, si rite considerentur, singulorum uirtutibus uel meritis consonare probantur. Sic apud beatum Petrum, qui principaliter ius ob rinet ligandi atq; soluendi, statio fit, quando, ut dictum est, in typum ecclesie nobis euangelizatur solutio ængis quando agimus scrutinia, & catechumini præsignantur, ad * cathedratorem gentium Paulum statio celebratur. Hanc autem ligaturam corrigie soluere, id est, sancte incarnationis Christi mysterium de nudare, ipse Iohannes se indignum asserit, quo maior inter natos mulierum nemo surrexit. ¶ Inuestigare enim quis potest, quomodo corporatur uerbu, quomodo summus & uiuificator spiritus intra uterū matris animatur, quomodo is qui initiu non habet, & extitit & concipitur: Nulli ergo sanctorum hoc mysterium ita fuit creditum, ut apud illum propria statione hoc assignari debeat officium. ¶ Proinde uacat, non quod (ut nonnullis uidetur) minus sit authenticum, sed quod de ordinatissima stationum dispositione, rationabiliter fit exceptum, utpote materiam habes totius salutis & sanctitatis effectrice, sed nulli sanctorum inuestigabilem: omnibus impensam, sed per solum spiritum sanctum administratam, qui in triclinio uirginis uteri solus medius, solus conscius, & unus ccelestium fuit architrictinus nuptiarum, ¶ Nocturnalialia, studio uitandæ prolixitatis, præterit mus officia, maxime, quia per se satis patent, quod à diurnalibus non discrepent. ¶ Notandū uero quod antiqua & uniuersali sancte ecclesie consuetudine, per hoc tempus rationabiliter legitur.

Offerenda. Cur eo die nulli sancto rii deputatur statio.

Petrus. Matt. 16. Mat. 21. rectius * cathedratorem. Iohā. 1. Mac. 11. Mysteriu in carnationis

Luc. 1

legitur Esaias propheta, qui tam primum, quàm secundum domini aduentum eloqueter euf Cur Esaias dens, & euidenter eloquens, nobilis propheta, imò magnus & uetus, nuntiat euangelista. Nam per aduentum per totum annum iuxta rationes causarum uel temporum, facte lectiones probabiliter (sicut tum legit. in sequentibus locis fuxta liquebit) ordinatæ sunt.

DE Officio in uigilia natalis domini. Caput XII.

In uigilia natalis domini frequens ac celeberrimum est in ore ecclesie pulchrum illud diuinæ consolationis oraculum: Hodie scietis, quia ueniet dominus, & mane uidebitis gloriam eius. Iudæa & Hierusalem, nolite timere, & cetera. ¶ Per hoc mirum quoniam nostrum, ad historiam libri Paralipomenon, quando regnante Iosaphat, cōgregati sunt filij Ammon, & Moab cum habitatoribus montis Seyr aduersus Iosaphat, cōgregati sunt Iuda in Hierusalem & in templum domini, ad deprecandam faciem eius. Et stantibus illis coram domino cum uxoribus & paruulis aut liberis, & uociferantibus ad dominum exclamauit Hiaziel filius Zachariæ, filij Barachia, Leuites de medio multitudinis facti super se spiritui domini: O Iuda & Hierusalem nolite timere, cras egrediemini, & dominus erit uobiscum, & cetera. ¶ Illuc (ut dictum est) mittit quenque nostrum ecclesia, summa cura nitens excitare corda nostra, ut uigilanter aduertamus per hanc similitudinem, quam opportune subuenit nobis natiuitas filij dei secundum carnem. Non enim parua similitudo est. Nam quema domum tunc uisibiliter cōgregati fuerant uisibiles hostes aduersus Iudam, scilicet filij Ammon & Moab & habitatores montis Seyr, qui sepe in scriptura sacra pro peccatis, & uitijs & malignis spiritibus ponuntur, nominibus quoque ad hoc ipsum congruentibus. Ammon em̄ interpretatur populus turbidus, Moab, ex parte, scilicet diabolo: Seyr, pilosus uel hispidus: sic ad interitum nostrum congregabuntur peccata & uitia nostra, nec erat qui adiuuaret.

Exodi. 18. 2. Paral. 20

Historia bel li Iosaphat regia.

Cur illa tūc canitur. Deut. 25. Hierc. 4. 8. Ezech. 35. Genec. 19

DE Officio eiusdem diei. Caput XIII.

Ipsum nomen, quod dicitur uigilia, nos excitare debet, ut uigilanter aduertamus ea, que in officio diei huius congesta sunt. Quæ cum perspexerimus, quibus ex scripturarum locis conquisita sint, miranda nobis significatio potius quàm expressio sese offeret profundæ intentionis, qua compositor officij nostras in meditatione diuina mentes occupare per huiusmodi officij intendit. ¶ Primum itaque de introitu dicendum: Hodie scietis, quia ueniet dominus. Hoc de Exodo parua mutatione sumptum est. Nam cum dixisset dominus filijs Israel: Ecce ego, pluum uobis panes de celo, dixerunt Moyses & Aaron ad illos: Vespere scietis, quod eduxerit uos dominus de terra Aegypti, & mane uidebitis gloriam eius. Cum ergo nobis, in expectatione dominicæ natiuitatis mentem uigilantibus, hoc in introitu canitur, quod dictum est, tunc panem de celo, id est, manna suscipientibus, & facile per sentit chorus eruditus, quid inquit piæ calidus intentionis oculus, id est, quo tendat uel ad quid sensus nostros inuitet officij compositor uere sapiens, & scriba doctus magni sibi thesauri conscius. ¶ Denique ad hoc inuitat nos, ut recogitemus, manna illud (quod datum est filijs Israel, de Aegypto egressis, & tendentibus ad terram repromissionis) figuram fuisse uerbi dei quod per uirginem carnem assumens, nos in se credentes pascere uenit, qui eramus à deo ieiuni, solis carnis uitijs, tanquam carnibus Aegypti, distenti atque crapulati. Huius interpretis similitudinis, non quibus hominum, sed ipse est, qui dixit: Ego sum panis uitæ, patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt: Hic est panis de celo descendens, ut si quis ex illo manducauerit, non moriatur: Ego sum panis uiuus qui de celo descendit. ¶ Hoc igitur intelligentes, & magnifice exultantes, amplius ex subiunctione psalmi dilata mur in intellectu gaudio spirituali, dicentes: Domini est terra & plenitudo eius. Quo de psalmo, sumpta est offerenda quoq; cum uersibus suis, Conuenit nanc diei uel rei psalmus hic per oia, quia totius hodierni officij psalmiq; huius, una fere intētio est. Nam & in uigilia præ senti contemplari uidebimur, non solum quod natus sit, sed & cur natus uel quantus sit CHR I S T U S, sicut & cantamus: In tuemini quod natus sit gloriosus iste. ¶ Et in psalmo iuxta titulum qui talis est: Psalmus David in prima sabbati. Agit propheta de uictoria CHR I S T I, quæ facta est in resurrectione, in prima sabbati: exhortans fideles, ut tanto regi semetipsos (sicut decet) præparent aduentanti, tollentes, sicut in offertorio cantamus, portas suas, portas mortis, id est, uitia, uel eleuantes portas iustitiæ, uirtutes: ut introeat rex gloriæ, dominus uirtutum, ad debellandum fortem armatum, cuius est orbis terrarum, quia ipse super maria fundauit eum, dum sicut olim diuisit mare rubrū in diuisiones, ita & nunc orbem, id est, populum Christianum, educens inter dissensiones amaricantium populorum, fundauit in fide, & super flumina præparauit, id est, super principes seculi stabiluit eum. ¶ Nihilominus hoc quod eidem introitu, in graduale transformato, uersus iste subiungitur: Qui regis Israel intende, sensum uigilantem ædificat. Nam psalmus ille oratio est pro Iudæis & Gentibus, qui cito apparente domino Iesu commutandi erant in eum, Et pro perfidis quoq;

Introitus. Exodi 16

Intētio cō positioris huius officij. Matth. 13. Manna p̄g figurabat panē uitæ. Iohā. 6. Psalms 25. huius diei cōueniens. Psal. 42

Hebrco. 7. Psalms de uictoria CHR i in die resurrectionis. Lucæ 11. Psal. 135

Psal. 79

Roma. 10 Iudæis, qui in titulo appellantur Assyrii, id est, seipfos dirigentes secundum reputationem suam, qui iustitiam suam statuerere volentes, iustitiam dei non sunt subiecti: pro perfidia, inquam, Iudæis orant in illo psalmo fideles, ut tandem conuertantur, quod ipsi tandem futurum prævident. ¶ Et in supradicto uersu sub nomine Israel Iudæicus populus, sub nomine Ioseph, quod interpretatur accrescens, gentium designatur multitudo: quæ illis addita est, iuxta illud: Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & cætera. ¶ De Euangelio uel epistola palam est, quod eis introitus supradictus conueniat, uidelicet quia sensus uirtutis, que hoc maxime intendit attestari, qualem per portam cæli supradictum manna nobis dominus pluerit, scilicet per uirginem, dicente angelo in Euangelio: Quod enim ex ea natum est, de spiritu sancto est, pariet autem filium, & cætera. Pauli autem in epistola: Qui factus est ei ex femine Dauid. ¶ Maxima namque portarum cæli, quas dominus, ut hoc manna plueret, nobis aperuit, Maria existit, per quam ad nos uerbum dei, caro factum, de cælo descendit. Siqui dem alia portæ, id est, omnes sanctorum animæ, quæ ab initio uerbum illud in gremio fidei meruerunt suscipere, ore suo uerbum salutis pepererunt, id est, prædicauerunt, sanctamque scripturam composuerunt, dicentes: A timore tuo domine concepimus & peperimus. Spiritum salutis tuæ fecimus super terram. Hæc autem uerbum illud ita plena gratia concepit, ut uisibilem hominem factum pareret, in ueritate carnis: eodem spiritu sancto, & per ora prophetarum uerbum hoc eloquente, & conceptionem eius in utero uirginis operante. ¶ Quod & ipsum cœlestis significatum est, in eo quod de supradicto manna scriptum est: Cumque descenderet mane ros supra castra, descendebat pariter & manna. Ros enim spiritum sanctum, de quo nunc dictum est, quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est: Manna uero (ut sepe dictum est) uerbum dei significabat, quod per operationem eius humanæ naturæ unitum est. ¶ Et quod populus inobediens, de eo quod collegerat, referuauit nec totum uel iustum erat, comedit hoc illud est, quod non totum quod accepit à sanctis prophetis de uerbo dei credere uoluit. Quod autem de manna referuatum est, quale fuit? Computruit, inquit, & scaterere cepit uermibus. Nimirum, hoc est, quod uelut hodie Iudæa de manna comederet, id est, uerbo dei credere refugit: Quod uidelicet putredine, id est, carnem nostram, assumpserit, & uere sit uermis, quod purum manna fuerat, id est, homo uere mortalis sit factus, qui deus, imò uerbum dei erat. ¶ Quod autem die sabbati non computruit neque uermis est inuentus in eo quia pulchre illud significat quod, ut ait Apostolus, Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. ¶ Recte igitur in introitu cantamus: Hodie scietis quia ueniet dominus & mane uidebitis, & cætera: quia hodie, id est, in præsentis uita scimus & credimus, quia de cælo descendit panis uiuus, inane, id est, in resurrectionis gloria, uidebimus non solum humanam, sed gloriosam diuinitatis eius formam, & (ut in communionem canimus) Reuelabitur gloria domini, & uidebit omnis caro salutare dei nostri.

DE EO quod solet quæri, cur deus lapsum hominis euenire permiserit, pro quo incarnatio eius necessaria fuit. Caput XIII.

Quæstio. I mportuna plerumque à nonnullis hæc nobis impingitur quæstio, Cur deus lapsum hominis euenire permiserit, cum utique, ut omnipotens, impedire potuerit, saltem ipsum tentatorem ab ingressu paradisi procul arcendo, malueritque suam incarnationem humano generi necessariam existere, quam compendio serpentem ab hominis colloquutione abigere. ¶ Hoc Apostolus Iudæis scandalum, gentibus autem ait esse stultitiam, nos autem, si spiritu pietatis regimur, ut mites simus, & ideo quærimus ut inueniamus, scienter profitebimur hoc stultitiam dei sapientius esse hominibus. ¶ Quod ut probari possit facilius, liber prius rei tantæ maiestatis aliquam apponere similitudinem, ut quia diuinam iustitiam uel sapientiam in semetipsa radiantem, infirmi perspicere non queunt oculi, tanquam in subiecto speculo contemplantes, speciosam illam esse intelligant per ipsum imaginem. Nunc ergo ab eo, quod scriptum est, & uocauit famem super terram, & omne firmamentum panis cõtriuuit, & paulo post Et intrauit Israel in Aegyptum, & cætera: competentem licet capere similitudinem. ¶ Quærimus nunc ab eis, qui supradicta quæstione moueri solent, Cur deus uoluerit, ut Israel in Aegyptum intraret, unde postea signis atque portentis, cum ipsorum grandi labore, per Moysen & Aaron educerentur. Nam testamentum suum, quod disposuit ad Abraham, quod iurauit ad Isaac, quod statuit Iacob in præceptum, dicens: Tibi dabo terram Chanaan, cum essent incolæ eius, scilicet terræ Chanaan, illud, inquam, testamentum sic poterat ratum facere, ut non uocaret famem super terram, neque intraret Israel in Aegyptum, & ibidem, id est, intra Chanaan, augete poterat populum suum uehementer, & firmare eum super inimicos eius, non relinquens hominem nocere eis, & corripiens pro eis reges: sed maluit (ut dictum est) causam euenire, propter quam intraret Israel in Aegyptum, & illum mittere Moysen seruum suum et Aaron, ponens in eis uerba signorum suorum, & increpare mare rubrum ut excicaretur, & subuersis hostibus deduceret eos per desertum quadraginta annos, & portaret mores eorum, & interim

1. Cor. 1.
Hæc quæstio
p similitudinem
declara.
Psal. 104.
Similis
quæstio.
Exo. 7. 8
etc.
Psal. 104.
Psal. 105.

interim pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis. Hoc ergo respondeat qui altiora quærit, cur tantis morarum uel operum dispendiis reducidos, illuc intrare permiserit. ¶ Dicit fortassis quod in præopto est, & quod uerum est, quia ut notam faceret in genibus uirtutem suam, ut essent quæ utiliter annunciari possent inter gentes opera eius, ut sciremus, quia ipse dominus deus noster, & experimento probaremus, quia in uniuersa terra iudicia eius: ut inquam notus fieret deus, sine cuius notitia non uiuit omnis homo, iccirco quod supradictum est fieri permisit. Et recte, bene, irreprehensibiliter. Si enim homo non debet ob lata occasione omittere quin proferat quod in se utile habet, pro eo quod scriptum est: Sapientia abscondita & thesaurus occultus, quæ utilitas in utroque: quæ tam magis beneuolentia dei ob latam fibimet occasionem debuit amplecti, id est, permittente in seruum uenundari Ioseph, ut sapientia suæ thesaurus utilitatis ostenderet, quia uidelicet illa uel dicitio captiuitatis illorum causa uel initium fuit. Nos enim deo impudendum est illius captiuitatis initium, quia uocauit famem super terram, sed eis, à quibus in seruum uenundatus est Ioseph. ¶ Non ergo dubium est, quin irreprehensibile sit, quicquid illic à deo permittum est uel actum. Quapropter cum descendere in Aegyptum, solus pater Iacob, qui culpæ illius fuerat expers, spe promissionis recreatus est. Audiuit enim deum sibi dicentem: Noli timere, descende in Aegyptum, ego descendam illuc tecum, & ego inde adducam te. ¶ At uero illius diuinæ iustitiæ, de qua supra propositum est, hæc imago est, atque ad exemplar cœlestium hæc in terrenis acta sunt. Eadem simplicitate oculi, id est, intentione utilia faciendi, permisit Adam uolentem descendere in hanc Aegyptum, id est, in tenebras peccati, cum posuisset eum in amoenitate paradysi, cuius illa terra typum gessit, in qua Abraham & Isaac & Iacob peregrinari iussit, repromittens eam illis. Et cuncta utilitas, quæ prouenit ex eo, quod Israel in Aegyptum intrare permisit, tanto minor est illa, quæ de peccato Adæ prouenit: quanto minor est figura ueritate, similitudo re, umbra corpore. ¶ Nam ut cætera nunc omittam, quorum latissima quidem significatio nes sunt, sed alijs temporibus uel locis adhibendi sunt, illud quod pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis, uere magnum & mirificum bonum, quanto minus est isto, quem significabat, pane angelorum, qui est dei uerbum, uerbum deus, uerbum caro factum. Siquidem illud manna uerbi huius incarnationi fuisse signum, non solum in euangelio testatur dominus, ubi ait: Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendit: sed & Moyses in Deuteronomio præscribit. Qui cum dixisset: Et dedit tibi cibum manna quem ignorabas tu & patres tui: statim addidit, ut ostenderet tibi, quia non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod egreditur de ore dei. ¶ Et ut supra dictam diuini oculi simplicitatem, id est, intentionis puritatem utrobique planius perpendas, præoptum est perspicuis probare testimonijs, quo ad erudiendam creaturam, non solum humanam, sed & angelicam, hæc uel illa fieri oportuit. Nam de manna cum dixisset Moyses, quod supra positum est, paulo post adiecit, utique hominibus loquens: Quia sicut erudit homo filium suum, sic dominus deus tuus erudit te. De sacramentum autem uerbi incarnationi Paulus ad Ephesios scribens: ut innotescat (inquit) principibus & potentatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. ¶ Igitur quem admodum in speculo patet subiectæ similitudinis clarissimus & ab omni, quod reprehensione uel nota stultitiæ (ut genibus uisum est) dignum sit, purissimum iustitiæ sol, in dispensatione suæ incarnationis incedit, quia modorum omnium, quibus omnipotens malitiam diaboli peruertere uel cassare potuisse uel debuisse asseritur, à mundi huius sapientia, quam stultam fecit deus, omnium inquam modorum optimus hic modus est, qui deo complacitus est, ut diabolus ad suæ damnationis cumulum hominem decipere permitteretur, & suæ fraudis effectum potius, tum deum per hominem ad iudicium traheretur. ¶ Et sedens in superbiæ principatu Aegypti rex, id est, tenebrarum princeps, primum decem plagis, id est, decem legis præceptorum flagris conueneretur, deinde nobis ad manducandum hoc manna per baptismum concurrerentibus, ipse insectator fluctibus eiusdem, enecaretur, nobisque hoc in manna uerbi incarnationi refectis atque confortatis, terramque eius, id est, cœlestem patriam, quam ille superbiendo perdidit, inuadentibus, ipse eum satellitibus suis, uidelicet spualibus Chananeis trucidaretur, quod in die iudicii futurum est, quæ mirabili & pulcherrima ordinatio hic deus & homo puniet, & quæ in deum & quod in hominem actum est, id est, & superbiæ quæ contra deum tumuit, & inuidiæ quæ hominem decipit. ¶ Hæc omnia deus, priusquam hominem conderet, præsciuit & prædestinauit ipsum autem hominis lapsum præsciuit quidem, sed non prædestinauit, neque uoluit, quinimo sub interminatione mortis ueruit. Nam bona sola deus præsciuit & prædestinauit: mala autem præsciuit tantum, non etiam prædestinauit, sed condigna eis loca iuste deputauit. ¶ Addit adhuc querere aliquis: Cum præuaticatio nulla sit, si præceptum aut lex non fuerit, cur deus homini præceptum dedit quod non seruandum præsciuit? Videlicet quia creator erat ille, iste creatura, & à creatore creaturam erudiri oportuerat, quippe quæ ita creari non potuerat, ut suapte natura perfecta esset, quod solius diuinæ naturæ est: nec igitur posset, quia deus mitis & humilis corde est,

Psal. 78
Responsio
ad secundam
quæstionem.
Psal. 75
Psal. 104
Ecl. 20
Psal. 104
Gene. 39
Permissio
diuina, irre
prehensibi
lis est.
Gene. 45
Tex. te re
uertere.
De cœlesti in
Aegyptum, si
gura est la
psum Adæ.
Panis uiu
logæ maior
utilitas quæ
manæ.
Ioh. 6.
Deut. 8
Oia illa ad e
rudendam
creaturam
fieri oportet
ut
ibidem.
Eph. 3
1. Cor. 1.
Aegyptiæ
diabolus.
Iudicii con
tra diabolum.
Mala præsci
uit deus sed
non prædesti
nauit.
Gene. 2
Cur deus
homini præ
cepta dedit
de est.

de est, nisi eruditione proficeret. At uero præceptum in omni disciplina eruditionis initium est. Igitur præceptum dari oportuerat, illud præsertim, quo ad humilitatē creaturam dispo-

Rom. 12. Ezech. 28.

Lignū scie- tie boni & mali. Humiliter quæredum non insidi- ose.

Roma. 9. Proi carna- tione trini- sati grati- agēdg sunt.

Luc. 17. Cur dug ep- stole legū- tur i natali dñico.

Greg. 13. 2. lib. Homil. 6

1. Ioh. 2. Duo Cher- ubim duo ce- stamēta.

Statio ad sā- ctā Mariā.

Feria priā, idēst die, natus est Christus.

Officia die- creatus est mundū. Psal. 116. Luc. 1. Cur nocte nasci uoluit Christus.

Cur duæ missæ in nocte nata- li domini. Ro. ecclesia Psal. 109. Prou. 9. Cur tunc le- gita liber- gationis. Gen. 28.

Scala Iacob

Cur duæ legantur in natali dominico ad missam epistolæ. Caput. XV. Illud quæstiu dignum est, cur in hac solennitate dominicæ natiuitatis, tā die quam nocte duæ ad missarum solennia legantur epistolæ: quod alias per totum annum eo modo non fit. Quodq; maxime prætereundum nō est, prima semper de ueteri, sequens de nouo testamento sumpta est. Quod inquirentibus nobis splendida beati Gregorij doctrina uiam intelligentiæ protinus aperit. Ait namq; Bene duo Cherubim, quæ propitiatoriū- gunt, sese inuicem aspiciunt, uersis uultibus in propitiatorium. Cherub quippe plenitudo sci- entia dicitur: Et quid per duo Cherubim, nisi utraq; testamenta signantur: Quid uero propi- tatorium, nisi incarnatus dominus figuratur? De quo Iohannes ait: Ipse est enim propitiatio pro peccatis nostris. Et dū testamentum uetus hoc faciendum denuntiat, quod testamentū nouum de domino factum clamat, quasi utraq; Cherubim inuicem aspiciunt, dum uultus in propitiatorium uertunt, quia dum inter se positum in carnatum deum uident, à suo aspectu non discrepant, quæ dispensationis eius mysterium concorditer narrat. Redditam ergo nobis eandem intelligimus similitudinem, dum, sicut duo Cherubim uersis uultibus in propi- tatorium sese mutuo respiciunt, sic duæ lectiones ex duobus testamentis, euangelicam lectio- nem, qua propitiatorium nostrum, id est incarnatum uerbum prædicatur, cōcordibus testi- monijs & uno eodemq; sensu respiciunt. Cur autem ad sanctam Mariā hoc officio statio ce- lebratur, causa euidens est: scilicet quia de utero hæc salus Iudæ & Hierusalem expectata & suscepta est.

Quod Christus nocte natus sit. Caput. XVI.

Dominica nocte natum esse Christum, probabile est: quāuis sacra euangelij de hoc historia tacuerit. Namq; si per regulam cōputi retro percurras, inuenies eius anni quo natus est, concurrentes quinque. Quos addēs regularibus Decembris septem uel (ut compendiosius fiat) regularibus Ianuarij tribus, inuenies diem illum, quo Decembrem inchoamus, quintam fuisse feriam, & eum quo Ianuariū, primam id est diē do- minicam, sublatis uidelicet septem ex eo numero, qui regularibus & concurrentibus cōposi- tis accrescunt. Cum autem Decembris quinta feria, uel Ianuarius inchoatur prima, necesse est diem natalis domini qui post calendas Decembris XXV. & ante calendas Ianuarij est octa- uus, primam feriam, id est diem existere dominicam. Noctē ergo dominicā natus est Chri- stus, consonante mirabilium suorum ordine, ut quo die dixit, fiat lux & facta est lux, eiusdem diei nocte exoriretur in tenebris lumen rectis corde, & uisitare nos oriens ex alto, illumina- re his qui in tenebris sunt & in umbra mortis. Noctē uero congrue natus est, ut ipso die or- tus sui tempore, ad illuminandam noctem nostram se aduenire signaret.

Cur duæ missæ ea nocte celebrantur. Caput. XVII.

De circo nocte illius sacratissimam memoriam duæ missæ à sanctæ memoriæ Telephoro papa institutæ, decentissima ueneratione illustant. Vere apostolica sanctæ Romanæ ec- clesiæ fides, quæ in unius natiuitatis filij dei anniuersaria nocte, geminæ natiuitatis, diu- nge scilicet & humanæ gloriæ, solēnibus uigilijs ita cōmemorari cōstitutū: ut i honore eius natiuitatis, qua ex utero suo, id est ex propriæ secreto substantiæ, deus pater illi genuit ante luciferū, id est ante angelicā naturā, & anteq̄ quicq; faceret, primā missam ordiaret, & in uen- rationē ei, quæ p uerū uirgīs bh̄dict⁹ aduenit i nocte dñi, secū dū laudās & exultās succineret.

Cur tunc legitur, liber generationis, ante primam missam. Caput. XVIII.

Ac nocte ante missarum solēnia legitur nobis liber generationis Iesu Christi, quod pulchro fatis ordine & mystica sanctæ ecclesiæ traditum est institutione: Ecce enim uere diuini structores ordinis, per huius seriem lectionis, scalam illam nobis repre- sentant profundō noctis tempore, quam nocte dormiens Iacob uisit, cui summitate sua cæ- los tan-

los tangens dominus innixus, eidem Iacob apparuit: & semini eius terram hæreditariam re- promisit, quando pro eiusdem propagatione seminis ibat iussu patris sui, ut acciperet uxore de domo & cognatione patris & matris. Nam ut de moralitate nunc taceam, quod secundum hoc, quod omnia in figura cōtingebant illis, scala illa præfigurauit, cui dñs innixus (ut dictum est) apparuit, nisi generationem Iesu Christi, quam sanctus euangelista diuino ore ita conte- xuit, ut per Ioseph ad Christum perueniret. Cui uidelicet Ioseph, supremo scalæ gradui, do- minus paruulus innixus est. An non illi beato innixus est, quando pupillus in hoc seculo, id est absq; carnali patre natus, solatio eius cum puerpera matre sustentari dignatus est? Et ut cætera taceam, nonne tunc uel maxime illi innixus est, quando ne ab inimicis Herode uel ce- teris inueniretur qui quæsituri erant animam eius, in Aegyptum ab eodem nutricio suo de- portatus est, iterumq; defuncto Herode in terram Iudæ relatus est. Cum igitur nos me- dio noctis librum illum generationis Christi audimus, non somno corporeo, sed superno- rum cōtemplatione dormientes, iuxta quod sponsa dicit in Canticis: Ego dormio & cor me- um uigilat: cum inquam generationem illam audimus, tunc prædictam scalam non tam so- mniamus, q̄ uigilanti animo, & certa fide uidemus. Et domium nostrum paruulū propter nos factum, & per portam cæli, quam supremus gradus scalæ, scilicet beatus Ioseph, profalli dignitate contingit, per portam inquam cæli, id est per beatam uirginem, egressum domini nostrum paruulum & uagientem, & eo modo quo iam dictum est, scalæ innixum audimus, nostram id est gentium salutem pro magna benedictione promittentem, immō promissam adimplentem. Nam quod in illo somno Iacob audiuit dicentem dominum, atq; in semine tuo benedicentur omnes tribus terræ, hoc impletur in hac Christi generatione. Quod & uere diuinus euangelista respiciens, Raab meretricem, & Ruth * Moabitē generationi huic no- minatim inferuit, uidelicet innuens hoc, quod Christus non Iudæis tantum, sed & genti- bus secundum carnem uenerit, quippe qui ex gentibus matres habere dignatus sit, quod & propheta ante testati sunt, dicēte Dauid: Memor ero Raab & Babylonis, id est latitudinis cō- sularum gentium Raab enim latitudo, Babylon uero interpretatur confusio. Et ita uero dicē- te in uisione super Moab: Emitte agnum domine dominatorem terræ de petra deserti, ad mō- tem filia Sion. Ac si aperte diceret: Emittes domine agnum tuum Christum de medio gen- tium, ut non gloriatur carnalis Israel, quod * propius eius sit Christus: cui æstimatione eius hoc manifeste repugnet, quod tu eundem Christum de gentibus emittes ad montem filij Si- on. Nam per petram deserti designatur Ruth Moabiticā, quæ stans firmiter in petra solidæ fi- dei, patrios deos populūq; suū obliuiscit cum Noemi, iuncta uiro Booz Bethleemite genuit Obed auum regis Dauid, in quo facta est & parens saluatoris. Duobus igit ex populis, Iuda- ico scilicet & gentili, patres progeniti, tanquam duobus scalæ lateribus, diuersi gradus inseri Christum dominum sustinent, egressum à summo cæli omnesq; angeli sancti descendunt & ascendunt per eam, & omnes electi prius ad suscipiendam incarnationis eius fidem humiliantur, ut postmodum ad uidentem diuinitatis eius gloriam subleuentur. Vnde & alibi ipse do- minus: Amen inquit dico uobis, uidebitis cœlum apertum & angelos dei ascendentes & de- scendētes supra filium hominis, id est subportante & subleuante filio hominis, uidebitis san- ctos omnes ascendentes ad deum, apertis sibi cœlorum claustris per redemptionem filij homi- nis. & ut post ascendere possint, prius descendere ad orationem crucis uel passionis eius in spi- ritu humilitatis. Vtrunq; scilicet ascensum hunc & descensum Matthæus & Lucas innu- re uidentur, dum alter eorum descendēdo, alter uero ascendendo, Christi generationem con- textiuit: quia uidelicet factus homo deus dum uagit in cunis, inuitat nos, ut humiliemur exem- plo suæ humilitatis, baptizatus autem dum cœlestibus incipit coruscare miraculis, humiles suscitāt ad intelligendam gloriam suæ diuinitatis.

LEcta tandem prædicta generatione Christi, protinus laudem deo solēnem chorus ecclesie concrepandum succinit. Et merito: Si enim Iacob cum euigilasset à somno ait: Vere dominus est in loco isto, & cætera. Si inquam adeo demiratus est propter umbram uel figuram futuro- rum quæ in somnis uiderat: quanto magis nos peractam rei ueritatem inuenies, excitari de- bebimus in laudem, & uocare locum hunc, id est, sanctam ecclesiam Bethel, id est, domum dei, ubi uere non est aliud nisi domus dei, & porta cæli, scilicet non aliud quàm beata progenies, & gloriosa uirgo, quæ cæli regem genuit? Et si statim surgens Iacob tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper: quanto magis nos conse- stim, ubi nobis hæc generatio recitata est, atollere debemus summis laudibus lapidem sum- mum, angularē, pretiosum, quem supposuimus capiti, id est, cordi nostro, ut stabile fundamē- tum: & super illum fundere oleum piæ cōfessionis & deuotæ gratiarū actionis? Bene ergo statim Missæ solennia celebramus: & sicut uisi sunt angeli ascendentes & descendentes, nos quoq; ascendimus per fidem primā Missam (ut dictum est) in laudē diuinæ natiuitatis, secun- dam cantantes in confessione & honore humanæ, quam propter nos subiit, generationis. Cur

1. Cor. 10

Ioseph nu- tric⁹ Chri- gradus sca- læ supre- mus, Matth. 2. Quid nobis tunc contē- plandū sit, Cantic. 5

Porta cæli sancta Ma- ria.

Gene. 28. Cur i linea Chri ponit- tur Ruth & Raab. * Moabitic- dem. Psal. 88. Et ita 16

* propius.

Ruth. 1. 4

Angeli in- scala ascen- dētes & de- scendentes Iohā. 1. in fine.

In linea Chri Mat- thæus de- scēsum Lu- cas ascen- sum descē- dit.

Matth. 1. Luca 2

Cur post- libri genē- rationis cā- tas Te dei laudamus. Gene. 28. La pis la- cob erect⁹ in titulum, 1. Petri 2. Dug missæ, propter di- uinā natiuita- tē Chri.

Cur euangelista Christi generationem ita contexuit, ut illam ad Ioseph potius quam ad Mariam deduceret.

Caput. XIX.

textere.

Inferio euā. i linea Christi.

Psal 37

Profapia de orō, scilicet ad quos de us locutus est.

Psal 81 Iohā. 10 Isal. 7

Abraham primus, Ioseph nouissimus. Matt. i Ad Abraham homo, ad David rex, ad Ioseph, deus reprobatur. Gene. 22

Psal. 131 Matt. i

Mythicam nera magorum.

Ad Ioseph optima re-promissio. Līa Christi uelut linea piscatoris. Iob. 40 EIsal. 27

Cur Christus die dominica nasci, sed feria sexta concipi ac pati uoluit.

Gene. 2 Luc. i

Querat nunc forte aliquis, cur euangelista, cum possit ab Abraham uel David illam tenere lineam generationis, qua carnalem beatæ uirginis patrem, & ipsam uirginem matrem, filiumque contingeret ex ea nascentem; cur ita contexere maluit, ut ad Ioseph descenderet, qui sine dubio carnalis pater Christi non est? Ad quod respōdendum, quod sic recte fieri debuisset, si hoc euangelista intendisset, quos uel quales per patres carnalem David uel Abraham generationem caro Christi contingeret. Sed non hoc intendit, quippe cum non sit tam magnum, carnaliter Christi esse propinquum, ut euangelico ore opus esset per totum mundum declamari. Si quidem multi & carnaliter eius propinquit & mali esse poterunt, de quibus dicit: Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquaerunt. Quid ergo potius intendit? Illud utique, ut eorum profapiam texeret deorum, de quibus Psalmista: Ego dixi diis estis, & filij excelsi omnes quos ipse dominus in euangelio testatur deos esse dictos, quia a deo sermo dei factus est. Constat uero sermonem dei, qui ad illos factus est, non alium esse quam hoc uerbum quod caro factum est uicium incarnationem, aut ipsi per spiritum sanctum, ut Abraham, David, aut per prophetas ad se missos audierunt, ut Achaz, cui cum dixisset propheta: Pete tibi signum a domino, paulo post intulit: Ecce uirgo concipiet & pariet filium &c. Igitur illam ob causam generationem huiusmodi contexuit, quia per illos aut ad illos, huius incarnationis promissio facta est. Nec uero dubium quin illorum omnium primus Abraham, ultimus beatus Ioseph extiterit: ad quem tunc idem sermo factus est dei, quando illi dictum est: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Notandum diligenter quod dicitur. Cum in hac generatione, David atque Abraham cateris insignis nominati sint, dicente euangelista: Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Hic quoque beatus Ioseph, non natura carnis, sed affectu & officio, pater dominus minus excellenter nominatur, cum in eadem generatione appellatur uir Mariæ. Hic autem dicitur ei ab angelis: Ioseph fili David & cetera. Cum ergo sint tres primi, tres nominatissimi, Abraham, David, Ioseph nominati inquam inter omnes, ad quos re-promissio facta est: quærendum summopere est, quo euangelista intendit, ut istos excellentius nominaret. Nimirum re-promissionis incrementa considerauit, quibus Christus, homo, rex atque deus, diuersis temporibus istis tribus re-promissus est. Nam Christum quæ ad Abraham re-promissio facta est, hominem uerum protestata est. In femine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes. Quæ autem ad David facta est, non solum hominem, sed & regem signauit. De fructu inquit uentris tui ponam super sedem tuam. Quæ uero ad beatum Ioseph facta est, manifeste deum pronuntiat: Paries, inquit, filium, & uocabis nomen eius Iesum: Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Saluare enim a peccatis, solius dei est. Hæc eadem tria, id est mortale hominem, regem atque deum, tres magi postmodum mysticis numeribus testati sunt, mira sancti spiritus operante gratia, ut quæ diuersis temporibus genti laudicæ promiserat, eadem cum cetera subito addiceret, bruta quondam & indocta gentilitas. Igitur bene & quomodo celestium mysteriorum inspectatorem deuenit, sic sacra Christi generatio contexta est, ut deducere tur ad Ioseph: ad quem (ut dictum est) ultima quidem, sed optima re-promissio facta est, quæ sic finitur: Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Quod & proinde uel maxime delectat, quod hæc eadem generatio, quasi longa linea piscatoris, seculi huius fluctibus iniecta est, in summo hamum ferreum habens in esca, id est uerum deum in carne uera, ad capiendum Leuiathan, serpētem magnum, humanas, uelut pisces exiguos, deuorantem animas. Constat uero, quia non carni, sed ferro linea piscatoris innexa est. In hoc igitur similitudinis pulchritudo perfecta est, quod sepe dicta saluatoris profapia, non secundum carnalem generaturam ad Mariam deducta est, sed secundum diuinam propinquitatem peruenit ad Ioseph: qui cum Christi non carnalis sit pater, sed fidei, & supradictæ promissionis penultimus hæres quasi non carni sed hamo ferreo linea subligata est.

SUPERius iam dictum est, dominicæ nocte Christum unum natum fuisse, uidelicet, ut qua die dixit deus fiat lux, & facta est lux, eadem die uera nobis lux in tenebris exoriretur. Addere nunc libet & illud, quod hic idem mirabilis plastes noster, qui ut dictum est, dominicæ nocte natus est, feria sexta conceptus est. Nam si superius scriptos illius anni quinque concurrentes uni Aprilis regulari adiciās, fiunt sex. Cum autem sexta feria mensis Aprilis incipitur, profecto octauo calendæ Aprilis, sexta nihilominus feria habetur, quando dominicæ annuntiationē habemus. Igitur piū atque pulchrum ordinem prouidamque dispositionem, in hoc salutis nostræ opificæ mirantes ueneramur, qui die qua ueterem formauit Adam de limo terræ, nouum sibi reformare cepit hominem de uera carne uirginis Mariæ, eadem nihilominus die redempturus mortis passione.

De officio primæ missæ.

Caput. XX. Primæ

Primæ nanque missæ officium, dominus dixit ad me filius meus es, ego hodie genui te, diuinam filij dei natiuitatē pene per omnes partes suas manifeste commemorat. Nam hodie (ut ait beatus Augustinus) quia presentiam significat atque in æternitate nec præteritum quicquam est, quasi esse deserit: nec futurum, quasi nondum fit sed presens tantum, quia quicquid æterni est, semper est: diuinitus accipitur secundum id dictum, ego hodie genui te, quod sempiternam generationem uirtutis & sapientie dei, quæ est unigenitus filius, fides sincerissima & catholica predicat. Cum ergo toties hoc ex persona dei patris uenerabile dictum repetitur, in introitu, in gradu, in alleluia, & in communionem: Nam offerenda: Latentur cœli, læ tantibus angelis & gloria in excelsis canentibus succinit, & in collectis natiuitatis quidem domini commemoratio fit, sed incarnatio uerbi nec in illis adhuc exprimitur, sed magis claritas ueri luminis: perspicue, diuinam præcipue generationem filij dei, obsequium huius ueneratur officij. Quomodo ergo consonat Euangelio manifeste humanam eius natiuitatem enarranti? Plane per unum illud dictum splendide & uenerandæ dignitatis, quod impurus Heluidius cæcis non uidentibus oculis, & uenerari nesciens, in contumeliam ueritatis intemperate & perpetuæ uirginis: Hoc enim ibi legis, & peperit filium suum primogenitum. Heluidio quidem puti de argumentanti, quod alios beata Maria filios habuerit de Ioseph, qui fratres domini dicti sunt, eo quod primogenitum illum Euangelista dixerit, primogenitum non dici asserens eum cū fratres non sunt, atque per illud antecedens consequenter hoc debere recipi. Bene & diserte responsum est a beato Hieronymo primogenitum esse omne quod uuluum aperit, omnemque unigenitum esse primogenitum, sed non conuerti, non enim omnis primogenitus est etiam unigenitus. Ceterum uenerabilis accipiendum est, neque Euangelistam disertissimum tam superflue primogenitum posuisse, ut ad matrem referret, quam uirginem matrem esse, quod longe maius est, quam cuius matri sit, primogenitum parere, tota superiori narratione firmauerat. Beda quoque super eundem Lucam id ipsum sentiente. Nam primogenitus est omnis creaturæ dominus Christus, dei uirtus & sapientia, quæ dicit: Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Ipse enim, qui secundum humanam naturam post Iohannem & post alios multos sanctos uenit: secundum altiore gloriam, & gratiæ in labijs suis diffusæ priuilegium, primogenitus est in multis fratribus. Ita ergo accipiendum est & sic distinguendum: Et peperit filium suum, primogenitum: subauditur enim, ante omnem creaturam. Quam generationem eius quæ enarrabit: Quam obrem non potest fieri, ut iuxta tenorem supra dicti ordinis, quæ in cantu laudatur uel memoratur diuina natiuitas, in lectionibus enarretur.

DE Officio secundæ Missæ.

Caput XXI.

Secundæ Missæ officium, totum dictis pastoribus consonat dicentium: Transeamus usque Bethleem & uideamus hoc uerbum & cetera. Pastores animarum, quarum illa uox est: Nos autem populus eius & oues pascuæ eius: pastores, inquam, sancti, qui uigilantes & custodiētes uigilias noctis, id est uitæ presentis, supra gregem dominicū, legendo & canendo erudiunt animas eorum: referunt eidem gregi suo, quod uiderint in Bethleem, id est in domo panis, uidelicet eius qui de cœlo descendit. Et gratulantes dicunt: Lux fulgebis hodie super nos, & cetera. Et subiungitur: Dominus regnauit decorem indutus est. Dum enim dominus deus homo factus est, regnauit super nos, illum indutus decorem, de quo alibi dictum est: Egredimini filia Sion, Et uidete regem Salomonē, in decore, quo coronauit eum mater sua. Ipsa namque humanitas, quam propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, in duit diuinitas, ornatus illi est, ornatus miserationis, diadema pietatis, corona gloriæ, decor gratiæ, pulchritudo charitatis. Quæ deinde sequuntur, cuncta ad eundem spectant sensum. Duæ lectiones, spiritus domini super me. Apparuit benignitas, tanquam duo Cherubim (ut supra dictum est) claris & apertis uultibus, id est, sensibus in illud respiciunt in Euangelio, quod est incarnatus deus, propitiatorum. Ipse in gradu benedicitur, in alleluia decorem indutus, de quo dictum est, prædicatur: in offerenda orbem terræ firmasse laudatur, eundem qui in Euangelio per Bethleem, id est, domū panis, figuratur, uidelicet sanctam ecclesiam, quam in eo firmauit, quod ipse homo natus est in ea, qui fundauit eam altissimus, & ex tunc parata est sedes eius, ex quo in illa homo natus est, qui a seculo deus est. Ipsa est eadē Bethleem domus eius, quam decem sancti in longiudine dierum. Et quæ primus paries ex Hebræis est, quos primitiæ supradicti pastores, fuerunt, cōmunio bene cōgruit: Exulta filia Sion. Proprie namque ecclesia, quæ ex Hebræis est, filia Sion & filia Hierusalē dicitur. Ideo maxime, quia in Sion (quæ & Hierusalē) templum & sancta eorum erant. Vtraque Missæ statio ad sanctam Mariam esse debuit, sed causa intercurrit, ut ad sanctam Anastasiam ageretur, uidelicet passio eius, quæ Romanarum nobilissimarum matronarum, sub Diocletiano imperatore post longum laborem castitatis, & ministerij sanctorum, post diutinos carceris squalores, tandem per manus & pedes extensa, & ad palos ligata, & circumposito igne cremata, ipso die natalis domini cœlo nata est.

Introitus. Psal. 2 Hodie genui te.

In prima Missa diuina Christi natiuitas præcipue commemorat. Psal. 95

Error Heluidij de primogenito. Lucæ 2

Responso sancti Hieronymi contra Heluidium. Alia respōsio primogenito ante omnem creaturam.

1. Cor. 1 Ecclesia. 24 Roma. 5 Esaiæ. 52 Lucæ 2

Pastores animarum quod annuntiet. Psal. 94 Iohann. 6 Introitus. Esaiæ 9 Psal. 92 Cantico. 3 Corona Christi, est eius humanitas. Euge. 2 Dug. episto. 1. Esaiæ 61 Tit. 3 Exodi 25 Psal. 92 Bethleem ff. gura ecclesie. Psal. 85 Psal. 92 Filia Sion, ecclesia ex Iudæis. Ephæ. 2 Lucæ 12 Zach. 9 Statio ad sanctam Anastasiam.

D DE Offi.

Euangelij
Iohannis.
Iohan. 1
Ephæ 66
Ephæ 6
Psal. 18
In omnem
terram exi
uit sonus
eorum.
Psal. 72
Roma. 10
Psal. 75
Introitus.
Psal. 9
Psal. 9
Ephæ 32
Duplex e-
pitola.
Hebræo. 1
Graduale.
Psal. 97
Alleluia.
Offertenda.
Psal. 68
Ephæ 8
Depræda-
tio inferni
p. Christi.
Ibidem.
Psal. 67
Iohan. 1
Psal. 18
Statio ad
sacru Pe-
trum.
Matth. 16
1. Tim. 3
Cur diaconus
ad ag-
lonē uerfus
legit. Euan-
gelium.
Abacuc 3
Ephæ 43
Ephæ 52
Reuocadi
ad fidē tu-
dæi in fine
seculi.
Roma 11
Luca 15
Myfterium
redit. Chri
ex Aegy-
pro.
Matth. 2

Dle sancto natalis domini principalis illa clangoris euangelici tuba personat, quam spiritus sanctus perfans, maiore animauit gratia, dicens: In principio erat uerbum & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, & uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hæc est tuba illa mirabilis, quæ dum caneret in Sion, uocauit gentes, annuntiauit populis, annuntiauit in finibus terræ, & in insulis: quæ procul erant, quia longe à domino recesserant dominum & saluatorē nostrum aduenire dixit. Hic, inquam, sonus ille magnus cæloꝝ, gloriam dei enarrantium, qui in omnē terram exiuit: hic tonitrus firmamenti, opera manuū eius annuntians, qui uerba cæloꝝ eloquentium in fines terræ fecit au dirī, scilicet quod uerbum deus, deus absconditus, in sole posuit tabernaculum suum procedens tanq̄ sponsus de thalamo suo. Nuntiat eñ gentibus cunctis pedibus pulchris, apportatibus nuntii bonum, prædicationē pacis, annuntiationē salutis. Erupit nancq̄ de angustis ludææ finibus, in qua sola notus erat deus, & de carnali Israel, in quo solo magnū erat nomen eius: & hoc salutare dei euāgelica tuba cunctis locuta est gentibus, nec iam fuit loquelq̄ neq̄ sermones, quoy non audiantur supradictæ uoces cæloꝝ. ¶ Hoc est qd̄ in introitu secundum prophetam canimus: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Hæc mirabilia quoy causa in subiunctione cantare dño canticum nouum debemus. ¶ Hoc illud est brachiū, quod secundum prophetā huius diei lectionē, parauit dñs in oculis omnū gentium: Hoc salutare dei nostri, quod omnes fines terræ uiderunt: Hoc illud est quod secundum consequentem lectionem apostolicā, nouissime diebus istis locutus est nobis deus in filio qui multifariā multiq̄ modis olim patribus in prophetis locutus est. ¶ Sic secundum graduale uiderunt omnes fines terre salutare dei nostri, & notū fecit deus salutare suū: Sic secundum alleluia lux magna descēdit super terrā, quia uerbu deus, lux uera deus, quæ illuminat omnē hominem uenientem in hunc mundū: descendit per nubē carnis, descēdit super terrā conuersionem nostrā. Hæc omnia per se satis elucēt, quod prædictio Euāgelio capiti uo consonet. ¶ V num est qd̄ quasi tu dignum est, scilicet offerreda in qua dominatio & potestas dñi nostri Iesu Christi, magni & metuēdi iudicis regisq̄ uictoriosi prædicatur, maxime in eo uersu: Tu humiliasti sicut uulneratum superbu. Nam arbitramur, totū hoc officii ad solam noctē illam respicere, quia dñs natus est. Sed in illa nocte necdū sciebat puer, qui natus est nobis, uocare patrē aut matrē uel delictet per atate susceptæ carnis. In hac autē offerenda, & in supradicto maxime uersu, illa fortitudo laudatur, qua secundum illud propheticū nomen suum, accelera, spolia, detrahe, festina prædari, superbum diabolu humiliasti sicut uulneratū, & ascendens in altum & captiuum ducens captiuitatē, inimicos suos disperfit in uirtute brachiū sui, quod ultimam præmissi particulam spectat Euāgelij, qua dictū est: Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigenitū a patre: Plenum gratia & ueritate. Nam gloria hæc est incarnati uerbi, quod spolia detrahit, & festinanter infernum deprædatus est. Igitur non tantum uagitus infantis & præsepe absconditum spectat hoc officium, sed sonus est apostoloꝝ, qui in omnem terram exiuit, dicentium: In sole posuit tabernaculum suum, totumq̄ annum domini acceptabilem prædicantium, totam salutem annuntiantium, quam fecit uerbum caro factum. ¶ Vnde cum pro excellentia tantę diei tum & ideo, quia beatus Petrus Apostolus hoc salutare dei nostri primus uidit, primusq̄ confessus est, reuelante sibi patre qui in cælis est, & Romanæ arcis nuntium bonū princeps intulit, iure apud ipsum statio fit. O uere magnum sacramentum pietatis, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est mundo, assumptum est in gloria. ¶ Pulchre cum legit hoc, uel quicquid sanctum Christi continet Euāgelium, pene omnibus ecclesijs hæc uetus consuetudo est, ut diaconus tanquam ab austro ueniens, ad aquilonem stet cōuersus. Ecce enim ab austro uenio dicit dominus, & Abacuc, deus, inquit, ab austro ueniet: Ab austro quippe uenit, quia ex operatione spiritus sancti, uenit & incarnatus est filius dei, & per spiritum sanctum semetipsum obuiulit hostiam deo in odorem suauitatis. Pulchre ergo diaconus, tantā salutem recitaturus, ad aquilonem conuertitur: ut per hoc indicet, quod quando hoc salutare dei missum est gētibus, fortia contra diabolum legatio directā est, quod deus dixerat, dicam aquiloni, da.

Dle natalis domini officium, gaudium est, ut diximus, gentium, quæ omnes uiderunt salutare dei, & quarū assumptio uita est ex mortuis scilicet ludæis: hoc autē certe diei sedē nō habens, & pene uiduum reuocandoy in fine seculi præconiū est ludæoy. Non eñ gloriarī debet oleaster aduerfus ramos bonæ oliuæ, q̄ propter incredulitatē fracti sunt & ceciderunt. Ipse autē contra naturam insertus est, & fide stat. Neq̄ dignū est, ut exulter iunior frater, quod se recepto & cōiuiante cū patre, maior frater iratus ingredire recusat, sed inter cōiuiua rogat patrē suum, ut exeat, & blādis delinitum monitis introducatur. Hæc ita esse uel ex cōmunionē præsentis officij satis elucet. Tolle, inquit, puerū & matrē

matrē eius, & uade in terrā Iudæ, defuncti sunt eñ qui quærebāt animā pueri. Nunc eñ puer ille scilicet incarnatus deus, reliquit domū suam, & dimisit hereditatē suam: quia sicut scriptū est: Ascendēs super nubē candidā, ingressus est Aegyptum, abiit ad gentes: quæ antiqui Pharaonis, id est, diaboli fuerant regnū. Tunc autē defunctis his, qui quærebāt animam eius, id est, sopita modernæ inuidiæ flamma, qua sanctorū eius animas quæserunt & sanguinē fuderunt, in terrā suam, id est, in suę gentis notitiā, reuertetur. Tunc, inquam, iuxta mysticū Euāgelij sensum, illato Iesu in templū, id est, in synagogam ludæoy: per sidem: Erant pater eius & mater, scilicet omnis parentela eius carnalis, mirantes super his quæ dicuntur de eo. Et benedixit illi Simeon, id est, ille populus iam iustus & timoratus, atq̄ ita qui nunc positus est in ruinā, tunc ponetur in resurrectionē in Israel. Cuius aduentus, quia sciri à nobis nō potest, tēpus, merito nocti cōparatur, atq̄ ideo in introitu: Dum mediū silentiū, qd̄ præteritū est, canit propter hoc simile futurū. Tunc implebit id, propter quod misit deus filiū suum factū ex muliere, factū sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret: & liberabitur hæres, qui adhuc parulus intellectu, sub elemētis, id est, literali sensu, seruens detinetur. Tandemq̄ obtinebit regnum & sedem Dauid patris sui ipse, de quo in graduali canitur: Speciosus forma.

Sanctus dies Epiphaniæ, cum tribus ex causis sit celebris: ea nanque die à Chaldaeis dominus est adoratus, itemq̄ annorum triginta iam esse incipiens, à Iohanne baptizatus est, atque redeunte anno ex aqua uinum fecit ad nuptias: cum, inquam, tribus ex causis his sit celebris: Primam secundum diurni officij solennitatē rationabiliter accipit. ¶ Videtur in his tribus excedere, quod dominus baptizatus est à Iohanne: propter quod & Græci baptismi sacramētum hac die uenerosius atq̄ solennius celebrare ferūt. Verum sancta Romana ecclesia, semper illa reuelatione, qua Petrus Christiū filium dei cognouit, illustrata, consuetudinem hanc uitandā esse proclamauit scriptis euidētibus. ¶ Dicit eñ Leo magnus, scribens uniuersis Episcopis per Siciliam cōstitutis inter cæteras: Miror uos uel præceptores uestros, tam irrationabile nouitatem usurpare potuisse: ut cōfuso temporis utriusq̄ mysterio, nullā esse differentiam crederetis inter diem quo adoratus est Christus à Magis, & diem quo resurrexit à mortuis. Ac deinceps: proprie, inquit, in morte crucifixi & in resurrectione ex mortuis potentia baptismatis nouā creaturā condit ex ueteri: ut in renascentibus & mors Christi operetur & uita, dicere beato Apostolo: An ignoratis, quia quicunq̄ in Christo Iesu baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti eñ sumus cum illo per baptismum in mortem. Et post pauca: Ipsa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ diem esse legitimum, in quo orta est & uirtus muneris & species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimū ualeat, quod ipse dominus Iesus Christus postq̄ resurrexit ex mortuis, discipulis suis, in quibus omnes ecclesiæ præfules docebantur, & formā & potestatem baptizandi tradidit, dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij & spiritus sancti. De quo utiq̄ eos etiam ante passionem potuisset instruere: nisi proprie uoluisset intelligi, regenerationis gratiā ex sua resurrectione cōcepisse. ¶ Si quis autē Epiphaniæ festiuitatē (quæ in suo ordine debito honore ueneranda est) ob hoc existimat habere priuilegiū baptismatis, quia hoc quidā putat, quod eadem die dominus ad baptismū sancti Iohannis accesserit, sciat illius baptismi aliam fuisse gratiā, aliam rationē: nec ad eandē pertinuisse uirtutē, qua per sanctū spiritum renascuntur, de quibus dicitur: Qui non ex sanguinibus, neq̄ ex uoluntate carnis, neq̄ ex uoluntate uirifed ex deo nati sunt. Dominus autē nullus remissionis indigens peccati, nec querēs remediū renascendū, sic uoluit baptizari quo modo & circuncidi, hostiamq̄ emū dationis pro se offerri: ut qui factus erat ex muliere, sicut Apostolus ait, fieret sub lege, quam nō uenerat soluere, sed adimplere, & adimplēdo finire: & sicut beatus Apostolus prædicat dicens: Finis autē legis, Christus, ad iustitiā omni credēti. Baptismi autē sui in se condidit sacramētū, quia in omnibus primatum tenens, se docuit esse principium: & tunc regenerationis potentia sanxit, quando de latere eius fluxerunt sanguis redemptionis & aqua baptismatis. ¶ Non ergo in tribus causis illud eminet, quod dominus à Iohāne baptizatus est: quia nō tunc, sed quādo de latere eius sanguis & aqua profluxerūt, baptismi sui nobis condidit sacramētū. Eminent autē & præcipuus est illud, qd̄ à Magis utiq̄ gentilibus, adoratus est, & illuminatay cordibus gentiū magnā spiritualium præstat materiam gaudiō. Gentium nancq̄ primitiæ iam tunc in illis assumptæ sunt. Assumpsit eñ illos in unum coniungens populū. ¶ De hoc ergo digne totum Missæ compositū est officium, in quo sancta ecclesia de gētibus electa, profuæ uocationis initio, gratiosum deo pro sua salute laudis offert præconiū. Tota uero laudum materia, dona sunt regum, aurum thus & myrrha. Dona quippe illa fuerunt, fide secunda cœlesti magisterio disposita, per spiritū sanctum intellecta. Quid eñ cœlesti magisterio dignius q̄ auro regem, thure deum, myrrha cōfiteri

mortalem: Nihil tale paries ille de proximo contulit, qui de Iudæis ueniens, in pastoribus angulari lapidi primus sese coniunxit. Nec mirum. Illos enim, scilicet Iudeos pastores, angelicū instruxit magisteriū: Hos autē, uidelicet gentiles, nouam stellā suscipientes, solum diuini spiritus inuisibiliter perdocuit oraculū. Bene ergo regū munera sanctæ ecclesiæ fidē integerrimā testātia, totū huius diei officiū prophetici testimonijs & laudib⁹ personat, uenerat, honorat. De tertia iam dictæ festiuitatis causa, scilicet de eo quod dominus uinum fecit de aqua, quæri solet, qualiter eodem die qua dominus baptizatus est, factū esse cōueniat. ¶ Dominus namq̄ qua die baptizatus est, neq; discipulos elegit, neq; miracula fecit, sed statim duct⁹ est in desertum a spiritu suo, ut tentaretur a diabolo: ubi & quadraginta dierum celebrāuit ieiunium, atque in deuersus, tum demū discipulos elegit, quos & doctrinis instrueret, & miraculis confirmaret. Nunquid annum suę ætatis trigessimum, cuius in initio baptizatus est, totum sine discipulis exegit, & ita redeunte anno eadem die illud admirabile signum primum coram discipulis fecit? Ita sane credendum est quomodo tria hæc, quæ superius dicta sunt, una die celebrata esse secundum sanctæ ecclesiæ autoritatem negare non possumus. Nam antequam Iohānes traditus esset, Christus neq; publice prædicauit, neq; duodecim apostolos elegit. Aperte quoq; liquet, secundum Lucæ narrationem, quod egressus in uirtute spiritus in Galilæam publice prædicans, non statim discipulos elegit, sed ita docebat in synagogis Iudæorū, & magnificabatur ab omnibus, & omnes testimoniū illi dabant, & mirabātur in uerbis gratiæ quę procedebant ab ore ipsius. Et ante perfectionē passus est, ita ut ad præcipitiū duceretur, fugiensq; de ciuitate in ciuitatem, docebat per synagogas sabbatis. Ante & soerum Simonis, quæ tenebatur magnis febribus curauit, & alia nonnulla fecit propter quæ dixerant ei cōciues sui, uenienti Nazareth, ubi nutritus fuerat: Quāta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Tribus igitur miraculis ornatum sanctū diem Epiphaniæ colimus. Nam, ut cantauimus, hodie stella Magos duxit ad præsepia, hac die Christus usq; ad Iohannem baptizatus est, hac die ad nuptias uinum ex aqua factū est. Breui itaq; id est, tredecim diebus, triginta annorū ætatis eius cōmemoratur. ¶ Reliqui tres anni quibus ipse prædicauit, miraculis diuinitatē suam declarauit, tribus illis, quæ sequuntur post Epiphaniā, dominicalibus cōmemorantur officijs. Quæ ideo ad Epiphaniā, id est, manifestationis rationem pertinent: quia quæcunq; per tres suæ prædicationis annos cœlestia diuinitatis suæ sacramenta docuit, quęcunq; manibus suis tornatilibus & aureis, id est, facile operantibus & diuinis fecit: documenta fuerunt, quibus uera per carnem diuinitas innotuit. Vnde in prima dominica illud ponitur Euāgelium, in quo primum testatus est, patrē se habere deum, dicens parētib⁹ suis: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? ¶ In secūda uero legitur Euāgelium, quo inuitatus ad nuptias aquas cōuertit in uinum. Quod uere magnum diuinitatis fuit in dicitū, solus enim deus mutare potest naturā, & nostræ reparationis (qua mortale nostrū induet immortalitātē, & corruptio in corruptelā possidebit) uenerabile signum, pulchrumq; & conueniens signorū eius fuit initium. ¶ In tertia nihilominus dominica, qua dicimus, atq; ad protegendū nos dexterā tuę maiestatis extende, secundū extensionem manus, qua tenuit leprosum dicens: Volo, mū dare. Vera diuinitas eius secundū fidem Ceterionis elucet, dum ab sens corpore sanā puerū Ceterionis, deū se esse designat, q̄ præsens est ubiq; . Tribus igitur dñi calibus officijs dñi manifestatio, scilicet tota triū annorū eius prædicatio cōmemoratur.

Christus p
annū sine
discipulis
fuit ex quo
baptizatus
est.

Lucæ 14

Ibidem.

Tres dñice
post Epi-
phaniā qd
tractant.

Cantico. 5

Lucæ 2

Iohan. 2

1. Cor. 15

Matth. 8

Candelæ
gaudij si-
gnum.

Lucæ 2

Iohan. 1

Virgineus
partus Ma-
riæ per ce-
reolos desi-
gnatur.

scipulis exegit, & ita redeunte anno eadem die illud admirabile signum primum coram discipulis fecit? Ita sane credendum est quomodo tria hæc, quæ superius dicta sunt, una die celebrata esse secundum sanctæ ecclesiæ autoritatem negare non possumus. Nam antequam Iohānes traditus esset, Christus neq; publice prædicauit, neq; duodecim apostolos elegit. Aperte quoq; liquet, secundum Lucæ narrationem, quod egressus in uirtute spiritus in Galilæam publice prædicans, non statim discipulos elegit, sed ita docebat in synagogis Iudæorū, & magnificabatur ab omnibus, & omnes testimoniū illi dabant, & mirabātur in uerbis gratiæ quę procedebant ab ore ipsius. Et ante perfectionē passus est, ita ut ad præcipitiū duceretur, fugiensq; de ciuitate in ciuitatem, docebat per synagogas sabbatis. Ante & soerum Simonis, quæ tenebatur magnis febribus curauit, & alia nonnulla fecit propter quæ dixerant ei cōciues sui, uenienti Nazareth, ubi nutritus fuerat: Quāta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Tribus igitur miraculis ornatum sanctū diem Epiphaniæ colimus. Nam, ut cantauimus, hodie stella Magos duxit ad præsepia, hac die Christus usq; ad Iohannem baptizatus est, hac die ad nuptias uinum ex aqua factū est. Breui itaq; id est, tredecim diebus, triginta annorū ætatis eius cōmemoratur. ¶ Reliqui tres anni quibus ipse prædicauit, miraculis diuinitatē suam declarauit, tribus illis, quæ sequuntur post Epiphaniā, dominicalibus cōmemorantur officijs. Quæ ideo ad Epiphaniā, id est, manifestationis rationem pertinent: quia quæcunq; per tres suæ prædicationis annos cœlestia diuinitatis suæ sacramenta docuit, quęcunq; manibus suis tornatilibus & aureis, id est, facile operantibus & diuinis fecit: documenta fuerunt, quibus uera per carnem diuinitas innotuit. Vnde in prima dominica illud ponitur Euāgelium, in quo primum testatus est, patrē se habere deum, dicens parētib⁹ suis: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? ¶ In secūda uero legitur Euāgelium, quo inuitatus ad nuptias aquas cōuertit in uinum. Quod uere magnum diuinitatis fuit in dicitū, solus enim deus mutare potest naturā, & nostræ reparationis (qua mortale nostrū induet immortalitātē, & corruptio in corruptelā possidebit) uenerabile signum, pulchrumq; & conueniens signorū eius fuit initium. ¶ In tertia nihilominus dominica, qua dicimus, atq; ad protegendū nos dexterā tuę maiestatis extende, secundū extensionem manus, qua tenuit leprosum dicens: Volo, mū dare. Vera diuinitas eius secundū fidem Ceterionis elucet, dum ab sens corpore sanā puerū Ceterionis, deū se esse designat, q̄ præsens est ubiq; . Tribus igitur dñi calibus officijs dñi manifestatio, scilicet tota triū annorū eius prædicatio cōmemoratur.

Cur in purificatione Sanctæ Mariæ candelas portamus. Caput XXXV.

IN purificatione sanctæ Mariæ ideo candelas portamus, ut felici gaudio iusti Simeonis aliquatenus participemus, qui Christum infantem gestans in uinis agnouit, & confessus est paratum ante faciem omnium populorum lumen ad reuelationem gentium. Hoc enim signo commoniti exterius, ipsum uerum lumen, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, in mente nostra fidei uinis arctius astringimus, & absentiam eius corporalem, sursum tendentibus desiderijs, gementes quærimus, quærentes gemimus. Profectus namque in cœlum est, antequam hinc abiret, iam supra infantā, in qua portatus est a Simeone, ætate & sapientia profecerat. Eius igitur uisibile signū portamus omnes in manibus, quem iam uisibiliter portare sicut Simeon, nec necesse habemus, nec possumus. ¶ Bene autē consecrati cereoli, id quod uisibile erat Christi, nobis significant. Nam sicut apes ceram cum melle, uirginali product operet sic Maria uirgo Christum, deum & hominē, salua uteri sui genuit integritate. Apes namque neque ullo concubitu miscentur, neque libidine solouuntur, nullis partus doloribus concutiuntur, & subito magnū filiorum examen emittunt, de folijs & herbis ore suo prolem legentes. Conuenienti igitur signo, uestationem infantis Christi, pro ut possumus, imaginamur, beatitudinem eius corde & ore prædicantes, qui diu uixit, ut Christum dominum uideret, uidit ut adoraret, adorauit ut in pace dimissus, teliciter hinc abiret.

DE Septuagesima.

Caput I.



IN HOC CAPITULO MVLTAE QVAERENDAE SUNT, uidelicet quod uocetur septuagesima, & cur uoce hoc nomine, qua ratione ante passionem domini celebraretur, & cur alleluia de ore ecclesiæ tollatur. Hæc omnia tam ueras tamq; certas habent rationes, ut quicquid aliud dixeris, recalcitret undique tuta ueritas, & oppositorum uel repugnātiū multitudinem inopem & deficientem conficiant reuerberet. ¶ Verbi gratia: cum dixeris septuagesimam ideo nominari, quod ab hac dominica usq; ad sabbatum quo alba deponuntur, septuaginta dies computentur, & per hos dies significari captiuitatem nostram, qua peregrinamur a deo in hoc seculo: Illud statim ualde repugnans nostræ computationi occurrit, quod dies dominicæ resurrectionis, nobilitatis anni, decus mensium, arma dierum, hunc intra numerum computentur. Quis enim dies in dignis captiuitatem significare uidetur quā ille, quo uicto captiuatore, dominus resurrexit? Quis dies libertatē significare merebitur, cum primus dominicæ resurrectionis dies sexagesimus quartus occurrat in numero dierum, qui captiuitatē nostram significant, significatam quondam totidem annis, quando populus dei sub Nabuchodonozor fuit exul in terra Babylonis. ¶ Itemq; illud repugnat, quod cum a prædicto sabbato dominicæ septuagesimæ sit, se quis dominica (quam sexagesimam dicunt) nullo modo sexagesima est, & quinquagesima nullo modo quinquagesima est, & quadragesima nullo modo quadragesima est. Quid ergo septuagesimam nominemus, altius atque constantius pandendum est.

Septuagesima quæ computari nō debet. 2. Cor. 5

Ephē. 4

Hierē. 25. 29
Danielis 9

gnificari captiuitatem nostram, qua peregrinamur a deo in hoc seculo: Illud statim ualde repugnans nostræ computationi occurrit, quod dies dominicæ resurrectionis, nobilitatis anni, decus mensium, arma dierum, hunc intra numerum computentur. Quis enim dies in dignis captiuitatem significare uidetur quā ille, quo uicto captiuatore, dominus resurrexit? Quis dies libertatē significare merebitur, cum primus dominicæ resurrectionis dies sexagesimus quartus occurrat in numero dierum, qui captiuitatē nostram significant, significatam quondam totidem annis, quando populus dei sub Nabuchodonozor fuit exul in terra Babylonis. ¶ Itemq; illud repugnat, quod cum a prædicto sabbato dominicæ septuagesimæ sit, se quis dominica (quam sexagesimam dicunt) nullo modo sexagesima est, & quinquagesima nullo modo quinquagesima est, & quadragesima nullo modo quadragesima est. Quid ergo septuagesimam nominemus, altius atque constantius pandendum est.

Quid septuagesimam nominemus.

Caput II.

SEPTEM dominicas continue sequentes magnis ac mysticis officijs insignes, septuagesimam nominamus, quarum in prima clamat homo a paradisi felicitate & a creatoris sui facie proiectus: Circū dederunt me gemitus, & cætera. In septima redeūte de peregrinatione hac & de conuale lachrymarum dicitur uoce prophetica: Lætare Hierusalem, & diem festum agite, qui diligitis eam, & cætera.

Septuagesima a septē dominicis. Genē. 2

Cur septuagesimam nominemus.

Caput III.

IDcirco autem primam dominicam, quæ septima est ab ultima, septuagesimam potius nominamus, & sexagesimā, quæ sexta est, & quinquagesimā, quæ quinta est, quia idem commemoratur officijs, quod significatum est illa septuagenaria captiuitate populi dei, qua realiter sedit & fleuit super flumina Babylonis. Quid autem illud est? Septenaria distinctio ætatum mundi, quarum prima est ab Adam usque ad Noë, secunda a Noë usque ad Abraham, uel secundum quosdam usque ad Moysen, tertia a Moysen usque ad Dauid, quarta a Dauid usque ad transmigrationem Babylonis, quinta a transmigracione Babylonis usq; ad aduentum domini, sexta ab aduentu Christi usque ad finem seculi, septima iam ætas mundi requies est illa, ad quam quotidie transeunt electorum animæ, & requiescunt inter ubera lætantis matris suę supernæ Hierusalē. ¶ Quia ergo per has septem dominicas illud idem commemoratur, quod per septuaginta Babylonis captiuitatis annos significatum est, dominica hæc prima de septem, recte septuagesima dicitur: quod quæratum sit, posterius ex ipsarum dominicarum officijs clarius lucebit. Nūc qua ratione ante passionem domini ordinatę sint, dicendum est.

Psal. 136
Septē ætates mundi. Eiaizē 66

Qua ratione sic ante passionem domini septem dominicæ ordinatę sint. Caput IIII.

Caput IIII.

BEATUS papa Gregorius, qui (sicut in libro uite eius continerem iam supra diximus) officiorum atque stationum ordinator extitit solertissimus, intellexit eo sensu, quem illi spiritus sanctus aperuit, dignam ac reuerendam memoriam salutiferæ passionis Christi spectare, ut illi ab omnibus sanctis & electis quicunque fuerunt ab initio mundi, testimonia redderentur, cui quasi communes per os præsentis ecclesiæ redderentur exequiæ. ¶ Omnium quippe sanctorum a mundi constitutione una fuit salus & expectatio, passio redemptoris, & concordibus eorum dictis prænuntiata, gestisq; præfigurata est, ac ueluti uni subiecta soli, diuersis licet ex locis eandem imaginem multa reddidit speculariastic plures sancti diuersis temporibus ac meritis uenientes, præcurrentes saluatorem, unam eandemq; uarijs figuris eius præfigurauerunt passionem. ¶ Cum ergo iam dictus ordinator officiorum, cōmemorata iam Christi natiuitate, apparitione, & manifestata triennij eius prædicatione, passionis eius memoriam * anno nostro incisurur esset, laudabilem fecit digressionem, ad

Gregorius

Passio Christi uarie præfigurata.

Ordinator officiorum Gregorius * animo

mundi recurrens initium, & de diuersis etatibus congruas ecclesie uoces colligens, quasi de diuersis locis septenos choros rationabili ac uenerabili ordine produxit. Quid uel quomodo singuli chori presentis ecclesie concinant, paulo post explicandum est. Nunc illud primitus dicendum uidetur, cur de ore ecclesie diebus istis alleluia, quod est laus dei, tollatur.

Cur alleluia dimittatur.

Caput V.

Nō omnia laus dei alleluia.

Recte consideremus, quam laudem dei, alleluia (quod nomen est antiquæ dignitatis & autoritatis) significet: per pulchrum & rationale uidetur, ut uere est, quod de ore sanctæ ecclesie uox hæc consuetudinaliter ablata est. ¶ Significat autem non quamlibet laudem dei, non laudem maiorum aut minorum: creaturarum cæli & terræ, & maris & omnium quæ in eis sunt. Alioquin, si quamlibet laudem dei significet alleluia, frustra diebus istis de ore nostro tollitur, cum à laudibus dei non cessantes, laudamus, quod in principio fecit cælum & terram, quod diuiserit lucem à tenebris, quod fecerit firmamentum, & posuerit in medio aquarum, quod ad iussum eius germinauerit terra herbas uirentem, lignumque afferens fructum iuxta genus suum, quod luminaria fecerit, & in firmamento posuerit, quod pisces, quod uolucres, quod bestias prodire iusserit, quod denique hominem ad imaginem suam creauerit. ¶ Quam ergo dei laudem significat alleluia? Illam utique, illam qui dicit deus pater in psalmo: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Gloria patris, dei filius, perfecta laus & sempiterna musica, ut pote summa sapientia, quæ de corde nata eiusdem patris æterni musici, citharam nostræ humanitatis assumpsit, quam & contractam ab inuidia & stultis pueris, quidam cantum eius saltare debuerant, rursus per gloriam resurrectionis reformauit, & in uolubile psalterium fecit, illa, inquam, gloria, hæc cithara, siue psalterium, alleluia nostrum est. Quicquid enim superne iocunditatis auditoribus suis exhibuit, quorum beati oculi qui uiderunt, & aures quæ audierunt, quicquid, inquam, de celestibus gaudijs ore suo dominus Iesus Christus præcinit, alleluia est, canticum nouum est, laus sua uis est. ¶ Hoc autem neq; ueteres sancti uiderunt, aut audierunt, de quibus ait ipse dñs: Multi reges & prophete uoluerunt uidere quæ uideatis & non uiderunt, & audire quæ auditis & non audierunt: neq; nos, quando iussum in corpore, peregrinamur à dño. Cum uero probabilè antiquæ ecclesie nondum redemptæ statum, commemoramus: nostrumque incolatū, quia prolongatus est, deplāgimus: pulchro latius ordine alleluia ab ore nostro tollitur. Quia uidelicet, qui per illud significat, illis nondum uenerat, à nobisiam recessit, & oblatu est sponso à filijs suis. ¶ Recte hoc cōsiderauit, qui hoc responso-rium cecinit alleluia. Dum præsens est imitantur illam, & desiderant illam cum se eduxerit. Dum enim hic de alleluia dixit hoc, quod de sapientia scriptū est (quod sine dubio Christus est) profecto per alleluia Christū intelligi uoluit, qui dum præsens esset, imitati sunt illū, & desiderauerunt eum, cum se eduxit, ascendēs in cælum, & in perpetuum coronatus triūphat, ante dominū patrē, sicut scriptū est: Gloria & honore coronasti eum dñe, & cōstitisti eum super opera manuum tuarū. Non ille nugas triuit, aut pueriles ineptias cōtexuit, cum diceret, alleluia, reuertere in thesauros tuos, te benedicent angeli. Reuerfus est enim in thesauros suos Christus dñs, id est, in secreta cæli, ubi ab angelis benedicit, & à filijs suis hic peregrinantibus, desiderat. ¶ Non solum autē ipse gloriosus ecclesie sponso, nouus homo Christus, hoc nomen prædicatur: sed & sponsa eius noua sancta ecclesia (quia corpus eius est) quia & ipsa musicæ illi organum est, id est, diuinæ sapientie (cuius in homine Christo tota plenitudo corpora liter inhabitat) eodem nomine iure prædicari potest. Quapropter die dominicæ resurrectionis, quādo noua soboles renascitur, & claritate repletur agni nouelli, qui uenerūt ad fontes, ipsam nouam ecclesiam, noua cuncto mūdo gaudia nuntiantē, non inaniter tali cōpellamus nomine, alleluia: quæ & placido nobis uultu & dulci uoce respōdet, quia torum eius diei, uel totius hebdomadæ paschalis officium, illorum est exultatio, qui tunc per aquam & spiritum te nati sunt. Sed de his uo loco melius dicemus, nunc ad superiora redeamus.

DE Officio septuagesimæ: & cur statio fiat ad sanctum Laurentium. Caput VI.

Quoniam septem dominicis, septem etates mundi significari supra dictum est, quapropter officium septuagesimæ, primæ conueniat etati, iam dicendum est. ¶ Primoque non prætereundū cur statio fiat ad sanctū Laurentium. Causa namque cōueniens, & idonea est. Sicut enim in primæ etatis ecclesia protomartyris Abel sanguis iustus clamabat de terra ad deum, quæ aperuit os suum & suscepit eum de manu Cain fratris sui: sic in Romana ecclesia, pretiosa mors beati Laurentij, nouo & inaudito genere passionis clamauit in cælum, clamauit, & audita est per mundū uniuersum. Quem clamore suum ipse sanctus martyr iam præuidens, dicebat ad Hippolitum: Magis in absconditis, in homine interiore absconde Christum, & postmodum cum clamauero, audi, & ueni. ¶ Vox ergo primæ ecclesie conueniens est, præcedens Abel: Circumderunt enim in plenitudine gratiæ, dum exiit in hunc mundū, formam serui accipiens, per seipsum in populo ludæorum, & per sanctos apostolos in omnibus gentibus Ierusalem

Cur illo die fit statio ad sanctū Laurentium.

Introitus. Psal. 17. Lucæ 10.

Ierusalem in Hiericho, inciderat in latrones, spoliatusque & uulneratus, semiuuens ab illis fuerat relictus, genuerat illam in suis doloribus languidus & egram, saucius morbidam, moriens mortalem. Et in tribulatione mea inuocaui, inquit, dominum, & exaudiuit de templo sancto suo uocem meam. ¶ Hoc longe post futurum, per spei certitudinem, quasi iam factum, fideliter præsumit, iam enim diuinum, de reparatione suæ salutis acceperat oraculum, dicente domino ad septem: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semet tuum & semen illius. Victoria namque redemptoris nostri iam tunc promissa est, qui cum sit semen mulieris, inimicitias contra draconem antiquum intantum exercuit, ut caput eius contereret, & omnem potestatem auferret. Dicat ergo: Exaudiuit de templo sancto suo uocem meam. ¶ Sed quanta expectatio? Quanta salutis dilatio? Generationes namque LXXXVII. ab Adam usque ad natiuitatem Christi sunt. In Euangelio secundum Lucam ita inuenimus. ¶ Bene ergo hi, qui secundum Euangelium presentis diei, mane cōducti sunt, murmurantes dicunt: Hi nouissimi una hora fecerunt, & patres illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus. Ponderis enim diei & æstus portauerunt hi, quos à mundi initio, quia diu contigit hic uiuere, necesse fuit etiam longiora carnis tentamenta sustinere. ¶ Hoc igitur longissimum stadium est, de quo in epistola, prædicto Euangelio consonante: nescitis, inquit, Apostolus, quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit præmium. ¶ Sed consolabantur se longanimis in spe, quodammodo dicentes, quod in graduati canimus: Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. ¶ Tractus itidem sicut collecta, in qua dicitur: ut qui pro peccatis nostris in se affligimur, pro tui nominis gloria, misericorditer liberemur: tractus, inquam: De profundis, uox est hominis sub manu dei iusta inter uerbera gemens & dicentis: Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? ¶ Hoc autem in tractibus notandum est, quod omnes fere grauioribus compositi sunt uocibus, nec unquam his, qui autentici dicuntur, modis exaltari merentur: sed cuncti plagalium inferioribus terminis contenti, fletum & tristitiam in humilitate sonorum denuntiant. Quod congrue satis obseruatum est. Tristitiæ namque tempus exigit, ut alleluia, quod se tantum cælestem carmen est, intermitteretur. Bene ergo tractus, qui interim pro alleluia cantatur, altitudinem atque excellentiā gaudij, graui succent, & modestis declinat incessibus. ¶ In offertorio: Bonum est confiteri domino, quæ similiter uox est flagellati, iustitiam ferientis inter uerbera confitentis, ille uel maximè ueterus primordij conuenit infantis ecclesie: exaltabitur sicut unicornis cornu meum, & senectus mea in misericordia uberi. ¶ Non enim in infantia eius, quando iusti Abel sacrificio glorificata, primoque eius sanguine purpurata est: non in pueritia eius, quando loquente deo ad Noë uel ad Abraham, prima doctrinæ salutari rudimenta percepit: non in adolescentia eius, quando pædagogum, id est, legem Moysi, ne lasciuiret, accepit: non in iuuentute, quando sanctis regibus à David incipientibus coronata est: sed in senectate eius, quādo regum potentia singularis: & senectus eius in misericordia uberi, quia uidelicet in multitudine misericordiarum regis Israel benedictus aduenit. Cōmunio quoque: Illumina faciem tuam super seruum tuum, uox eiusdem ecclesie est, secundum primam etatem mundi, uox, inquam, hominis spoliati gloria uultus dei, & parietem inimicitarum, quo interiecto, ueri solis faciem humanarum animarum specularia perdididerat, diffusio ac dirui postulantis.

Actenus à die natiuitatis dominicæ de nouo testamento erant, quæcunque legebantur in uigilijs nocturnis, congrue scilicet propter præsentem uitam eiusdem noui hominis Christi, quam significat dies illi, magnusque prædictæ sanctæ nouitatis Paulus, cum ueteri lege, nouam conferens gratiam, legem faciorum deprimebat, & legem fidei cum palma iustitiæ subleuabat. At nunc iuxta rationem supra memoratam, anti qua repetitur historia, qua ueteris uitæ narrantur miseræ, quas in officio præscripto sancta deplorat ecclesia.

DE Sexagesima.

Caput VII.

Præclarum huius dominicæ officium, tempus illud secundæ etatis respicit, quo primum exiit, qui seminat seminare semen suum, quo primum reconciliationem mundi præparare incipiens, locutus est ad Noë, & ecclesiam iam infantiles annos egressam, primis præceptorum suorum elementis imbueri cepit. Nam ex quo de tranquillo & quieto paradisi utero eiecta, in hanc nata est miseriam, quam eius natiuitatem beatus Iob in eiusdem ecclesie persona (ut ait beatus Gregorius) deplorat dicens: Perat dies in qua natus sum, & cætera nullam illi præceptorum suorum legitur tradidisse disciplinam. ¶ At uero locutus cum Noë dicens: quia ecce ego statuo pactum meum uobiscum, & iterata benedictione, superducta incipiens abolere maledictionē, paulatim pueritiam mundi suo magisterio subiicit, dans præcepta quædam, primum Noë, deinde Abraham, & in illis primoribus iniunctans iustitiæ fidei. Perfecta autē hæc in plenitudine gratiæ, dum exiit in hunc mundū, formam serui accipiens, per seipsum in populo ludæorum, & per sanctos apostolos in omnibus gentibus Ierusalem

Prima ecclesie ætas in Adam. Gene. 3.

LXXXVII. generationes ab Adā usque ad Christum. Lucæ 3.

Euangelij. Matth. 20. Epistola. 1. Cor. 9. Graduale. Psal. 9.

Tractus. Psal. 129. Tractus cælestis tristitiæ.

Offertorium. Psal. 91.

In senectate cōgit misericordia copiosa. Gene. 4. Exod. 14. Galat. 2. Psal. 118. Ephe. 2.

A natali Christi usque ad LXXX. legem noui testamenti. Roma. 8.

Prima sub Noë præcepta dei. Gene. 9. Philip. 2. Matth. 13. Euangelij. Lucæ 8.

Statio ad sanctum Paulum. Actus. 14. Introitus. Psal. 43.

minare semen suum. ¶ Hac igitur dominica legitur hoc euangelium: Exiit qui seminat seminare semen suum: agiturque statio ad sanctum Paulum, digna sane & euidenti causa, quia dum uerbi præcipuus, & uere feminator uerborum ipse est, per quem omnes gentes cognouerunt gratiam dei. ¶ Antequam ergo sacerdos introeat, uelut antequam seminator ille ad opus suum exeat, dum adhuc in acubitu suo est, & in sinu dei patris quiescit, conclamat chorus: Exurge quare obdormis dormit exurgendo enim & semen suum seminando, hoc effecturus eras, ut facies eius, quam propter peccatum auerterat, id est notitia eius humano generi rursus illucesceret. Ignorantia namque dei, terræ nostræ, sterilitas fuit. Seminator igitur sapiens cœlestis, quia suum ad opus (ut dictum est) exiens, & aratores suos, id est sanctos apostolos conducens, maxime beatum Paulum, qui plus omnibus illis laborauit, operarium utilem habuit, quem ad gentes misit, & acuto uomere linguæ eius corda dura profcindens fidei & morum copiosum semen infudit. ¶ Ingressus sacerdos statim in collecta: Deus qui conspicis, celebrem eiusdem doctoris gentium memoriam præmittit, ut stationem conuenienter ascriptam egressa quoque proprietatis manifestius commendat. ¶ Amplius autem ad hoc sequens epistola pertinet, qua idem fortissimus cœlestis agricolæ operarius ueros labores suos enumerat, & pericula quibus illum affecerunt hi qui domini sui fines inuaseraunt, nec arari permittentibus. ¶ Graduale ad utramque partem hominum respicit, & eorum scilicet, qui tanquam bona terra, semen uerbi dei suscipientes, fructum iustitiæ retulerunt: & eorum qui rebellantes uniuersæ terræ dominatori aratrum eius confregerunt, bouesque innocuos in gailauerunt. Disseminatum namque uerbo dei factum est quod ait: Sciant gentes, quoniam nomen tibi deus tu solus altissimus super omnem terram: & hi qui illud repulerunt, positi sunt ut rota, scilicet in eo quod surges in his qui retro sunt, id est in carnalibus, cadit in anteriori parte, id est in intellectualibus: & que admodum stipula dispergitur ante faciem uenti, sic disperitur flante spiritu iræ dei. ¶ In tractu gratias agit sæpe dicto seminatore, commota terra & conturbata, id est uniuersi peccatores, qui quando culturas suas aduerterunt esse deo execrabiles, commoti sunt ad poenitentiam, & per significationem prædicationis incipientes timere, fugiunt à facie arcus, id est à die iudicii in quo duobus testamentis, quasi duobus cornibus inflexis, rebelles uerbi diuini, damnationis æternæ sagitta ferientur: ¶ Lecto tandem euangelio, consona sequitur offerenda: Perfice gressus meos in semitis tuis. Timendum est enim, ne suscepto semine uerbi dei secus uiam expositi, & in exterioribus uagantes à uolucris, id est à spiritibus immundis, diripiatur: aut à sollicitudinibus & spinosis diuitijs seculi suffocemur: aut humorem, id est pinguedinem charitatis non habens, bonum semen arecat in nobis, & sic non perficiantur gressus nostri. Mirificat misericordias suas, dum semen misericorditer iniecitum custodit ut pupillam oculi, ne compungatur à suffocantibus spinis: protegit sub umbralarum suarum, ne succetur ardoribus solis eripit ab impio, ne auferat uerbum de cordibus nostris: ut dicat bona terra fructum afferens in patientia. Ego autem in iustitia apparebo in conspectu tuo: & sicut in comunione cantamus: introibo ad altare dei. ¶ Semè itaque dei terram nostram in qua creuit (quod mirabile est) sursum uehit secum in horrea cœli: quia cum terra simus, nisi uerbo dei portemur, quod est Christus, in cœlum non ascendimus, sicut ipse ait: Nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis qui est in cœlo. Cum ipso ergo & per ipsum subleuabimur, portantes manipulos iustitiæ. Iustificante deo iuuentutem nostram, in uigore nouitatis æternæ.

Cor. 15. Collecta. Epistola. a. Cor. 11.

Graduale.

Psal. 62.

Tractus.

Psal. 59.

Offerenda. Psal. 16.

Comunio. Psal. 42. Iohan. 5.

Tertia ætas ecclesie sub Moyse. Ezech. 16. Luc. 19. Cæcus secus uiam, genus humanum.

Exo. 5.

Introitus.

Psal. 130.

De quinquagesima. Caput VIII. Dominica hæc tertiam mundi ætatem significat, qua adolescentulâ, pubescentiæque ecclesiam respiciens deus, cum iam tempus eius iuxta prophetam tempus esset a mantium, eripuit illam de medio fornicatorum, mittens Moysem & Aaron, & per signa magna atque portenta filios Israel educens de seruitute Aegyptiorum. Cui rei ualde præsentis dominicæ congruit officium: ualde competit id quod hac die legitur euangelium. ¶ Nā sicut hic sedes cæcus secus uiam postulabat lucem, sed à turbis increpabatur ut acceret illi filios Israel intendentes ad fidem patrum suorum Abraham, Isaac & Iacob, & clamantes ad dominum ut educeret eos de Aegypto, quod in lingua nostra tenebras sonat, cultumque sui nominis eos doceret, quæ uera & necessaria illuminatio est, increpabatur ab Aegyptijs opprimentibus, & superbe dicentibus: Vacatis otio, & ideo dicitur: eamus & sacrificemus domino. Igitur cum dominus mittens Moysem & Aaron, iussit populum suum adduci ad se, & coram illis fecit mirabilia, per que potuit uerus deus agnosci, deditque scriptam & mandata uitæ, ritumque colendi uiam tunc magnus ille cæcus, id est humanum genus, cepit illuminari, & nunc usque illuminatur magis ac magis, contradicentibus licet atque increpantibus turbis, semper quidem inuisibilibus, nonnunquam autem etiam uisibilibus. Hoc enim dominicæ huius consonat officium. ¶ Nam ingressu iam sacerdote quasi peruenit clamoribus ad uentum illuminatoris sui cæcus supradictus, dum chorus concinit: Esto mihi in deum protectorem, Nempè quod ait: Propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me: ad uiam spectat iuxta

iuxta quam sedet cæcus mendicans. Via pariter & dux idem est Christus. ¶ Sequens itidem collecta: Preces nostras quas sumus dñe, clementer exaudi: clamor est cæci magis ac magis ut exaudiatur in clamantibus. Nam & ait atque à peccatorum uinculis absolutos, ab omni uo aduersitate custodi: turbam percutit eos, quæ in oratione patitur, phantasmatis uicibus ille cæcus in Euangelio turbam increpantiu: sicut filij Israel Aegyptios prohibentes, & uolentes se tenentes, ne irent ad sacrificandum dño deo patrum suorum. ¶ Epistolæ quoque lectio, si linguis hominum loquar & angelorum, non ex eo tantum loco, quod dictum est: Videmus nunc per speculum & in enigmate, tunc autem facie ad faciem: sed ex tota serie sua, ad eiusdem illuminationem cæci respicit dum cunctis charismatibus excellentiorē uiam demonstrat, id est, charitatem. Caritas enim oculis cordis est, quæ quisquis caret cæcus est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat. Nam & cum illuminare cepisset deus humanum genus (ut dictum est) legem dādo filiis Israel, hoc primum colligio oculos eius in unum dicens: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota uirtute tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum sicut teipsum. ¶ Graduale cum solam liberationem filiorum Israel (de qua dictum est) cunctis pene districtibus personare uideatur: tamen ex eo quod dicitur: Notam fecisti in gentibus uirtutem tuam: ad eandem spectat magni cæci illuminationem. ¶ Sic & in tractu quod dicitur: Intrate in cōspectu eius, & cetera: id est ac si diceret: accede ad eum & illuminaui. Quodque lecto supradicto Euangelio, dicimus in offertorio: Benedictus es dñe, doce me iustificationes tuas, nimirum alijs uerbis illuminari postulat cæcus. Statim uicē laudes arripit, iuxta quam sedens & mendicans illuminatus est, tantumque cœcentu, tam grandi uociferatione uiam testimonioque persulatum uiamque ueritatis, & uiam mandatorum congreginatur, ut saxorum quoque duritiā ad glorificandum illuminatorē suum ex citare queat. ¶ Quia uero nō satis est ad uiam peruenisse, & illuminationem scientiæ percepisse: nisi abijciamus desideria carnis, congrue terremur illoque exemplo, de quibus dicimus in comunione: Manducauerunt & saturati sunt nimistiqua propter desideriorum incontinentiam prostrati sunt in deserto, nec peruenierunt ad repromissionis terram. Quorum nos exemplo Paulus quoque sollicitus reddens sic currite, inquit, ut comprehendatis. ¶ Quem autem ducem credimus fuisse uel pastorem, cum iterum populum suum & oues pasceat: suæ dominus educeret de terra Aegypti, diuidens illis per diuisiones gratiarum mare rubrum baptisimū, quod de latere eius pendens in cruce profuxit: Nempè beatum Petrum apostolum, qui & in magno corpore sæpe dicti huius cæci princeps illuminatus est: dicente ad eum Christus filio dei uiuit beatus es Simon bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Conuenienter ergo ad eundem apostolum dominica hæc statio fit, ut omnis plebs uidentem magnificet deum, exemplo eius dicentis: Populus acquisitionis annuntiate uirtutes eius: qui uos de tenebris uocauit in admirabile lumen suum.

Collecta. Lucæ 18. Exodi 5. Epistola. 1. Cor. 13.

1. Iohan. 3.

Deut. 6. Graduale. Psal. 67.

Tractus. Psal. 99. Psal. 33. Offerenda. Psal. 118.

Comunio.

Psal. 77. Numer. 14. 1. Cor. 9. Statio ad sanctum Petrum.

Matth. 16.

1. Petri 2.

DE Prima dominica quadragesimæ. Caput IX.

Dominica huius officium propheticum sancti spiritus personat uniformiter atque congreginatur oraculum, sine mutatione rerum ac personarum, quo pugnant contra draconem antiquum, promittitur sanctæ ecclesiæ competens altissimi adiutorium. Spectat dominica hæc quartam mundi ætatem, qua mundus plenaria iuuentute roboratus est, & populus dei quasi uiriles annos ingressus, coronatus est diademate regum, & ornatus sanctorum sapientiarum prophetarum. ¶ Nam patriarcha Dauid electus secundum cor domini, remoto Saule, primus regum, præcipuus prophetarum manu fortem uel desiderabilem Christum, nomine præsignat, uictorij præfiguratur, prophetis oraculis ac spiritualibus canticis annuntiat. ¶ Et quia clausa fuit, usque ad Christi aduentum, huius & ceterorum scriptura prophetarum: ac sicut tenebrosa aqua in nubibus aeris, ita contenebratur occulta scientia in prophetis, donec agnus dei, solus dignus accipere librum & soluere signacula eius, in passione sua complendo propheticas aperiret uoces: circiter ab hac dominica uel dependent ante sanctæ ecclesiæ altaria, ut populus sancta sanctorum non uideat: donec in ante paschali hebdomada depositione uelorum, eadem remouetur significatio, que facta est per hoc, quod uelum templi scissum est, spiritum tradente domino. ¶ Hac igitur dominica posito hoc Euangelio, quo caput ecclesiæ Christus ieiunans in deserto, tētatoris infidias superasse narratur, atque ita super aspiderit & basilicum ambulasse, leonemque & draconem conculem, prophetiæ de toto officio circunsonant tubæ, uictoriā eandem cunctis membris eiusdem capituli, & toti reprobittentes corpori ecclesiæ. ¶ Cuius officij statio ad sanctum Iohannem, ad Lateranas præscripta, ualde congruit. Sicut enim hoc officium totum in ueram salutatoris decantatur felicitatem, qui præ omnibus & pro omnibus super aspiderit & basilicum ambulauit, & totum propheticum est: sic eadem Lateranensis ecclesia, & in nomine eiusdem sancti saluatoris, & in honore prophetæ & plusquam prophetæ Iohannis, ab imperatore Constantino constructa est. Itaque prophetiæ laudes congrue illic apostolica statione celebrant. ¶ Non solum dominica hæc quadragesima dicitur, quemadmodum illæ, quæ præceperunt, quinquaginta.

Quarta ætas ecclesie sub regibus & prophetis.

Dauid. 1. Reg. 16.

Cur uelant altaria. Apocal. 5.

Matth. 17. Euangelium. Matth. 4. Psal. 90.

Statio ad sanctum Iohannem ad Lateranas.

Matth. 11.

Quadragesima.

geffima. quinquagesima, sexagesima, atque septuagesima, sed & hoc omne tempus, quod ab hac die usque ad sacratissimam paschae solennitatem tenditur, quadragesima nuncupatur, uidelicet propter imitationem dominici ieiunij, quam per hos dies extendimus. Sed & hanc rationem quatuor dies deesse probantur. Nam licet ab hinc usque ad sacram paschae noctem, quadragesima duo dies computentur, tamen non nisi triginta sex, Christianae deuotionis parsimonia sibi dedicare praesumit. Canonica namque uetustas, ne primam sabbati dominicae resurrectionis splendore illustratam, ulla unquam ieiuniorum publica offuscet nubecula. Quod viginti nostri solennitatis ieiunij dominico magis coaptetur exemplo, quatuor dies, qui hanc dominicam praecedunt, additi sunt ad praetextam totius anni decimam: Totius quippe anni, id est, dierum trecentorum sexaginta, supra dictus numerus, id est, triginta sex, decima est. Quibus additis quatuor, fit quadragesima, id est, quatuor cum decima. Et haec uerborum est nominis etymologia: Alioquin una dies, id est, huius hebdomadae tertia feria sola a die paschae, quadragesima est. Sanctae memoriae papa Telephorus, a beato Petro septimus, hanc salutarem ante sanctum pascha constituit praeparationem, ut Christiana plebs, quae apostolicae abstinentiae tenorem exequi non posset, non omnino relinqueret. Apostoli namque primi eius, qui ablati fuerat, sponsi filij, tota uita sua ieiunium solumque amauerunt, & renuit consolari animarum, tantumque in eo, quod eius memores erant, delectati sunt. At postquam multiplicari cepit numerus credentium, tamque in discretos pisces retia fidei contraxerunt, ut cum abstinentibus, multitudo quoque intraret ebriorum, subuenit ecclesiastica disciplinae magisterium, & tanquam seuera mater, edacium puerorum intemperantiam moderata est, ut quia de toto cogin non poterant, uel partem obseruarent, uitaque decimas abstinentiae dedicarent. Cum ergo de uniuerso tempore gratiae, dictum sit illud Apostoli: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, & caetera: hac tamen dominica illa lectio epistolae recitatur, qua temporalis ieiuniorum obseruantia, quae, ut dictum est, esse continua debuerat, inchoatur.

Cur cineres capitibus imponimus. Caput X. Omnes lugendi scientiam habemus, cunctisque qualiter saperet illud, quod propheta deplorans: Cecidit, inquit, corona capitis nostri, uae nobis, quia peccauimus: & omnibus in promptu esset facere, quod item dicitur nobis: Scindite corda uestra & non uestimenta uestra: tunc neque cineribus capita uestra aspergere, neque nudis pedibus opus esset ambulare. Nunc autem maxima pars nostrum, neque sponte meminuit qualem ornatum capitis, id est, cordis sui, deum offendendo, perdidit, neque facile possunt corda lapide scindi, nisi extrinsecus adhibitis adiuuemur instrumentis. Igitur, ut nostra nobis calamitas ad memoriam reuocetur, & meminerimus quia puluis sumus (quod oblitus fuerat pater noster Adam, quando proiecit deum coronam suam, & exinde sensit nuditatem suam) iccirco cinere capita uestra aspergimus, & summas partes corporis, id est, pedes nudamus: Hoc habitu confitentes, quia non dii, neque de caelo sumus, sed homines sumus, & de terra principium habuimus: & quia per peccatum gloria uestra spoliati, & inter hostes nudi constituti, ornati gratiae dei indigemus.

DE Secunda dominica quadragesimae cur uacat. Caput XI. Omnia quadragesimae secunda, quae in ordine & ratione dominicarum septem supra dictarum, quinta est, pulchra & rationabili dispositione uacat, tanquam non habeat ecclesiae pontifex iam defessus cantor, quae uel quibus, aut ubi uerba canonicorum domini decantet, aut certe instructuos fastidiosos auditores, organa sua suspendit ad falices. Significat enim quintam mundi aetatem, quando templo domini diruto, & populo dei in Babyloniā abducto, duplici captiuitate ecclesia dei congemuit, peregrina in hoc mundo, captiua sub Nabuchodonozor, Tunc etenim populus dei, neque templum neque altare habebat, & Babyloniens deos statuantemque regis Nabuchodonozor, diaboli typum tenentis, minaci proposita fornace, cogebatur adorare. Non ergo ab re & rationabili diligentia dispositum est, ut cum huius temporis omnes priuatae quoque propriae officij locuple tate, certisq; sint significationibus insignita, praeter solum (quod est ante palmas) sabbatum, de quo etiam suo loco ratio quaerenda est: sola haec dominica uacet, sed nec officium nisi aliunde mutatum habeat. Attamen ex narratione euangelica lectionem habet, illi iam dictae captiuitati populi dei uerissime consonantem. Nam quod significauerat illa captiuitas Nabuchodonozor, plebem dei tyrannice de illa nobili Sion & templo domini abstrahente, & barbaricis stimuli imperio uiolenter fatigante: hoc idem significatur in Euangelio praesentis dominicae, daemone uexante filiam Chananaeae, scilicet humanas animas passionibus mali desiderij nequiter a diabolo consummari, & longo sune peccatorum ad miseram seruitutem uoluntatis eius, mala consuetudine, uiolenter trahi. Clamabat post dominum mulier Chananaeae, interueniebat fides patriarcharum, meritumque Danielis & sociorum eius, ut solueretur captiuitas Babylonia: clamat & nunc superna mater nostra Hierusalem, ut poenitentibus detur peccato

Epistola. Thesta. 4. Danielis 9. Mutuata huius officij conueniunt Euangelio. Psal. 34. Ibidem. Psal. 118. Psal. 5. Apocal. 18. Matth. 17. Sexta aetas ecclesie sub Christo. Euangelij. Luc 11. Matth. 12. Iohann. 12. Gene. 2. 4. Reg. ult. March. 12. Immundus spiritus accipies scilicet ne pte sps ne gores. Innotuit. Psal. 74. Collecta. Luc 11. Epistola. Ephe. 5. Graduale. Psal. 9. Tractus. Psal. 122. Offerenda. Psal. 18. Communio. Psal. 83. Statio ad sancti Laurentium.

cato resistenda facultas. Epistola quoque habet de proprio, in qua cum dicit Apostolus: Haec est uoluntas dei sanctificatio uestra, ut abstineatis uos a fornicatione, ut sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione, & honore, & caetera. Ad illius seruitutis effugium prouocatur, quae significata est (ut dictum est) per hoc quod uasa domus domini, Babylonia captiuitate trasilata sunt & polluta: ita ut biberet in eis rex Babylonis, & optimates eius, uxores & concubinae eius: itemque significatur in Euangelio per hoc, quod filiam Chananaeae, uas utique creatoris spiritus immundus inuaserat. Caetera, quamuis mutuata sint, & de feria quarta ieiunij sumpta, cunctis consonant sensibus his quae dicta sunt. Nam quod in introitu rogatus dominum remissionem miseracionum suarum, ne unquam dominentur nobis inimici nostri: & in collecta, ut a cunctis aduersitatibus muniamur in corpore, & a prauis cogitationibus mundemur in mente, & in graduale rogans ecclesia ut de necessitatibus suis eruat: Ad te, inquit, domine leuauimus animam. Et in offerenda uersus: Miserere mei secundum eloquium, itemque in communionem: intellige clamorem meum. Haec omnia clamores sunt magna illius mulieris, scilicet ecclesiae matris, pro qualibet peccatrice anima, uidelicet sua anima, post dominum clamantis iugiter. Quae deo competenter de ieiunij die mutuata sunt, quia mali desiderij passionem, quae per daemoneum Chananaeae filiam, itemque per captiuatorem populi dei Nabuchodonozor praesignatae sunt, non efficiuntur, nisi in oratione & ieiunio.

DE Dominica tertia quadragesimae. Caput XII. Post illius captiuitatis mysticam commemorationem qua uasa templi domini fustulit rex Babylonis, typum, ut dictum est, gerens diaboli, sequenti hac dominica, quae sexta mundi aetatem significat, hoc Euangelium ponitur, quo fortis armatus custos atrij sui, mundus spiritus, qui exierat ab homine, quae uens requiem, & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Sexta namque mundi aetate ueniens in hunc mundum filius dei per incarnationis mysterij, & pugnant in digito dei, muti eiecit daemoneum, & locutus est mutus: qui iuxta alium Euangelij erat & surdus. Tunc etenim eiecit daemoneum, & locutus est laudem dei. Sic direpta sunt uasa forti armato illi scilicet diabolo, quae transulerat de honore paradisi, uel ut supra dictus Nabuchodonozor filios Israel, & uasa templi domini ad conumelias Babylonis. Haec autem immundus spiritus, qui exierat ab homine, uidelicet a populo Iudaico, nunc iterum reuersus est in eum, assumptis secum septem alijs spiritibus nequioribus se, quia nunc deterius delinquit Iudaei, in synagogis suis maledicentes Christum, quam olim in Aegypto dijs alienis seruientes. In huius ergo dominicae officio dicit ad introitum gloriae reddidit, quam audiuit a sanctis predicatoribus qui fuerat surdus, quia ipse, inquit, euellet de laqueo pedes meos: profertur facunda muti, cuius os sapientia aperuit, respice in me, & miserere mei, causamque nihilominus reddit satis oratoriam, qua deum auditor emfletere possit, & patronam efficere misericordiam, quoniam, inquit, unicus & pauper sum ego. Quodque in collecta dicimus, atque ad defensionem nostram, dexteram tuam maiestatis extende, inuocatio est eiusdem fortioris, qui, ut dictum est, forti armato superuenit. Vasa illa, quae forti illi uide atque ligato direpta sunt, alloquitur in epistola Paulus, fortioris iam dicti miles & adiutor egregius, ut sacro baptisate ad priscis emundata sordibus, non iam rursus inquinentur, cum dicit: Fornicatio autem & omnis immunditia, nec nominetur in uobis, & caetera. Graduale. Exurge domine non praeualeat homo, clamor est omnis uasis electi aduersus eundem fortem armatum custodientem atrium suum, & in pace sua possidentem ante fortioris aduentum. Tractus quoque: Ad te leuauimus oculos meos, facunda uox est, muti saepe iam dicti, salutem suam querentem, eloquentissima prece deposcentis, eandemque precem decenti similitudine perorantis. In offerenda praedicat idem mutus iam eloquens iustitias domini rectas, quod eiecit a se daemone, rursus ad illum hominem, a quo dudum exierat, scilicet ad populum Iudaicum, permixtus fit reuertit quia uidelicet hoc in ueritate iudicij dei sit factum: Iudicia, inquit, domini uera, pro sui uero oris apertione, gratias agens: Et erunt ut complacent, inquit, eloquia oris mei, & caetera. In communionem gratulatur idem, de muti redditus orator, quod tanquam passer inuenerit sibi domum, & sicut turtur nidum, scilicet altaria tua domine uirtutum, id est, sancta patriarcharum ecclesia, ut cum beatis, qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudet te. Huius autem officij praesentis ratio commendat quod scriptum est, statio ad sanctum Laurentium. Nam quorum, nisi sanctorum martyrum, & huius praecipue preliis, hic, de quo dictum est, fortis armatus, de arrio suo (quod Roma fuit) eiecit est: Dicit enim Prudentius: Iam Roma Christo dedita Laurentio uictrix duce, ritum triumphas barbari. Item qui supra, in persona eiusdem martyris: Dicede ad alter Iuppiter, stupro sororis oblite, Romam relinque liberam. Recte ergo ad uictoris militem, uictum canimus fortem.

DE Lætare Hierusalem & dominica media quadragesima. Caput XIII.

Septima e-
ra ecclesie
in æterna
beatitudi-
ne.

Apocal. 6
Erat ergo
i hoc Lu-
therani dū
negant ani-
mas in celo
esse.

Galat. 4
Erat ergo
Dominica
Lætare.
Roma. 12
Euangeliū.
Iohan. 6

Diuina co-
gnitionis
conuuiū.
1. Cor. 13
Hierc. 21

Gene. 21
Introitus.
Erat 61
Collecta.

Psal. 135
Epistola.
Galat. 4
Psal. 121
Graduale.
Tractus.
Psal. 124

Offertorium
Psal. 134
1. Cor. 13

Comunio.
Psal. 121
Statio ad
S. Hierusalem
Hebræo. 13

Festiuas
huius die

Dominica hæc ab ea, quæ septuagesima dicitur, septima est sabbatum mūdi, id est, requiem significans, in qua sanctorum & electorum animæ, deposito carnis onere, & uelut post bella, uictores depositis armis feriatæ lætantur, & nunc interim hîdem electi singulis stolis, id est, animæ beatitudine munerati resurrectionem, in qua binas stolas, scilicet tam animarum quàm corporis immortalæ gloriam, recipiunt, præfolantur. Illic autē Hierusalem illa, quæ defursum est, quæ libera est, quæ omnium nostrum mater est, lætatur, & diem festum agens pro numerositate filiorum suorum, de huius seculi peregrinatione redeuntium, repositas effundit epulas, & lacteas ex uberibus suis exprimit mater næ consolationis delicias. Illic, inquam, pater antiquus deus, nouusq; sponsus, dei filius, reduces filios consolatur, quemadmodū per prophetam promiserat dicens: Pueri eorū in humeris portabuntur, & super genua consolabuntur; quemadmodū mater consolatur filios suos, ita consolabor uos, & in Hierusalem cōsolabimini. ¶ In hac ergo dominica, quæ (ut dictū est) illius sabbati signum est, totum officium eiusdem requiei, eiusdem consolationis præconium est, quo commonentur nunc peregrinantes, illius tantæ tamq; matris filij, presentem tristitiam spe consolationis futuræ supergreditur ut sint iuxta Apostolum, spe gaudentes, in tribulatione patientes, qui in superna Hierusalem uberibus consolationis potandi sunt. ¶ Primoq; dicendum, quod euangelicum illud conuuiuium, quod dominus de quinque panibus & duobus piscibus satiavit quinque milia hominum, prædictæ significationi dominicæ huius sub mystico sensu ualde congruit. Significat em̄ (ut autoritas ecclesiastica tradidit) uitale illud sanctorum scripturarum conuuiuiū, quo de paucis Moysi, prophetarumq; libris crescente copia diuinæ beneficentionis, inter ora comedentium, id est, inter studia tractantium, affatim reficitur mundus, quoniam a scientia dei ieiunus, & affluentia dīctorum sensuum replentis armis, lassī atq; uicti conuiuæ abstinimus. ¶ Hoc autem conuuiuium diuinæ cognitionis hic incipit perficietur uero in illius sabbati, de quo loquimur, perenni gloria. Nunc em̄ cognosce ex parte, ait Apostolus, tunc autem cognoscam, sicut & cognoscam sum, & cætera. Nam iuxta prophetam iam non dicit uir fratri suo, cognosce dominum, omnes enim a minimo usq; ad maximum cognoscent me dicit dominus. Igitur illam diuinæ cognitionis ac uisionis abundantiam, significat hæc, quæ de Euangelio recitatur hac dominica, satiatis hominum quinque milium. Tunc Iesus, qui uere abiit trans mare Galilææ, quia resurgens a mortuis omnes amaritudines seculi turbulenti & inquieti, transgressus est sequentium se credentium turbam, omnes supernæ Hierusalem filios iam grādes, iam ablactatos, grandi saturabit cōuiuio cuius in typum pater Abraham, ablactato filio libera unico Isaac, grande cōuiuuium fecisse legitur in die ablactationis eius. ¶ Igitur eiusmodi conuuiuium manifeste consonat illa gratulabunda sancti spiritus allocutio, prophetali ore præmissa: Lætare Hierusalem, & cætera: consolatio, de qua hic canitur: Et fatiemini ab uberibus consolationis uestræ: ipsa est, quam in collecta subsequenti poscimus dicendo: ut qui ex merito nostræ iniquitatis affligimur, tuq; gratiæ cōsolatione respiremus: uidelicet quando anhelantes peregrini post laborem captiuitatis huius sedebimus in illa Hierusalem cœlesti, dicentes: Facti sumus sicut consolati. ¶ Ipsa est consolatio libertatis, de qua itidem gramlamur in epistola, dicente Apostolo: Illa autem, quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum: ipsa eadem pax in uirtute eius, & abundantia in turribus eius, de qua in gradualj canimus: Lætantes in his quæ dicta sunt nobis, a sanctis apostolis & doctoribus nostris, in domum domini ibimus. Ad quam cum peruenimus, complebitur & quod in tractu dicitur: Nō commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem: cum ablata uirga fuerit, id est, potestas peccatorum, quam etiam ad tempus dimittit ad probationem, non relinquet dominus super sortem iustorum. In offertorio quoque consolationis eiusdem beatificamus cōuiuas lætantes in epulis laudum, ipsūq; conuiuij patrem benedicimus ex Sion qui habitat in Hierusalem: ut ex præsentī ecclesia, quæ dicit Sion, id est, specula, in qua positi uidemus nunc per speculū & in ænigmate, laudem, donum & benedictionem personare incipientes, perficiamus in ea qua habitat ipse in cœlesti Hierusalem. Ipsa est quæ secundum communionis uerum & mysticum sensum, nec dum consummata est, & adhuc ædificatur ut ciuitas de uinis & electis lapidibus, in qua ascendent tribus tribus domini, tribus nobiles, tribus regales, tribus sacerdotales. ¶ Ipsa quoq; ecclesia, ad quam statio præsentī officio præscripta est, eandem ciuitatem dei, cœlestem Hierusalem, nomine ipso designat. Dicitur enim & ipsa sancta Hierusalem, ut peregrinantibus in hoc seculo, cœli ciuibus, non habentibus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirentibus, nomine ipso memoriam atq; desiderium excitet eius ciuitatis, quam inquirunt, & a longe peregrini saluant. ¶ Differt autem huius stationis ratio ab ea, quæ est dominica aduentus domini secunda: quia uidelicet illa futuræ beatitudinis est annuntiatio, hæc quasi præsentis contemplatio. Vnde & festiuus agimus, quia spei nostræ solennitas est. Lætatur Christiana plebs, & sicut in die so-

lenni Christianus imperator coronatur, & ludis innocentibus futura pacis otium, quo feria bimur in illius supernæ matris sinu, meditari admonetur. ¶ Huius solennitatis amplitudinem, & hoc indicat, quod ad complendum duæ collectæ Romani ordinis autoritate dicuntur: scilicet & annuntiatione dominica duæ nihilominus ad introitum præscribuntur, ut quasi duplex officium pro dignitate solennitatis huiusmodi persoluisset uideamur. ¶ Et ne quis illud obijciat, cur ergo in maximis solennitatibus natiuitatis ac resurrectionis dominicæ, cæterisq; præcipuis festis, nihil tale obseruatur? Illud dicendum est, nihil hac duplicatione in illis solennitatibus opus esse, quia per octauas producuntur, nec ad earum rationē unius diei coartantur obseruantia. ¶ Post septem dominicarū ordinatissimam dispositionē, quibus (ut dictum est) septem ætates mundi figurantur, quæ omnes passione domini redemptæ, & sanguine eius resperse sunt ipsius dominicæ passionis inchoatur celebratio, & quasi longa funeris pompa præmissa, sequitur ipsa salutis nostræ uictima, nostrarū mentium ingerens oculis, ea quæ nostri causa perit uulnera. Inchoatur autē a catechuminis nostris, scilicet feria quarta, quando celebramus scrutinia. Quæ quam habeant rationē, uel cur ea potius die celebrantur, posterius (pro ut dominus dederit) dicemus. ¶ Nunc ne officia feriarum quadragesimæ omnino intacta relinquantur, concordium Euangeliorū atq; epistolarum tantum spiritus sancti luce præeunte contemlemur, quæ tanta est, tamq; utilis, ut absq; consideratione nullatenus debeat præteriri. Nam cætera prosequi nimis longum est atque fastidiosum, præsertim cum his perpectis illa quoque per se, quærentibus satis clarescere possint.

Secunda feria primæ hebdomadæ hoc Euangelium legitur, quo filius hominis uenturus in maiestate sua, ore suo declarat, congregatasq; ante se omnes gentes separaturus, sicut pastor separat oves ab hædis, & statuet, inquit, oves a dextris suis, hædos autem a sinistris, & cætera. Hoc nimirū sermo propheticus Euangelij præcursor, iuxta eundem sensum præuenit dicente domino: Ecce ego ipse requiram oves meas, & uisitabo eas sicut pastor uisit gregem suam, & cætera. E ducam eas, inquit, de gētib; uidelicet sicut pastor segregat oves ab hædis: in pascuis uberrimis pascam eas. Quæ profecto non sunt alia quàm regnum: de quo ait: Venite benedicti, & cætera.

Feria tertia in Euangelio eiectis his qui uendebant & emebant in templo, cum calumniabantur & interrogantibus pharisæis respondisset dominus: & relicis illis, inquit Euangelista, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique māsīt. Hoc autem, ut ait beatus Hieronymus, præfigurabat illud quod illos ob incredulitatē relicurus, & ad gentium salutem esse migraturus: quæ per Bethaniam, id est, domum obedientiæ designantur, ideo quia uerbo dei obediētes facte sunt, iuxta illud: Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. ¶ Bene ergo in lectione prophetica præmittitur, quæ rite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est, & cætera quæ sequuntur ad quærendum dominum idonea, & inuentionem eius efficientia. Nam cum hæc diceret propheta, profecto futurum præuidebat tempus, quando a Iudæis inueniri non posset, & ad gentes transiens, tanquam ad domum obedientiæ, illis inobedientibus iam prope non esset.

Feria quarta, duplicata solennitate ieiunij legitur Euangelium, quo spiritus immundus regressus ab homine, ambulans per loca iniqua, quærere requiē & non inuenire asserit quia proculdubio, iuxta beatū Iob, magis cubat in locis humilibus, dum exciccata ieiunij, fastidit corpora. ¶ Huic doctrinæ Euangelicæ præmittuntur exēpla Moysi & Helix: quorum uterq; in singulis lectis diebus, quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunasse perhibetur.

Feria quinta, Iudæos in Euangelio gloriantes & dicentes: Pater noster Abraham est, contra diabolo sunt, faciendo opera diaboli, & querendo eum interficere quod Abraham non fecit: uel (ut quibusdam hac die legere moris est) diues cruciatus apud inferos, patremq; uocans Abraham, & deprecans eum, non exauditur ut filius. ¶ Ad hoc manifeste spectat illud propheticum, quod in epistola præmittitur: quia uir iustus si genuerit filium latronem, effert autem eius qui operatus est iniquitatem, morte morietur.

Feria sexta significatur in Euangelio bapustini gratia, qua renouatur sicut aquila, iuuenitatis animæ, & redimitur de interitu uita eius, & coronatur in misericordia & miserationibus. Angelus em̄, qui descendebat in piscinam, significabat Christū magni cōsilij angelum, ipsa autē piscina: aqua, quæ mouebatur, populū Iudaicum, qui motus est seditionibus, descendente in illum eodem magni cōsilij angelo per assumptionē carnis, & ita motus aquæ turbatus est, ut illum crucifigeret. Ille unus qui descendebat in aquā, & sanabatur, unam sanctam ecclesiā catholicam, quæ descendens in bapustinum Christi sanatur ab infirmitatibus, figurabat: Qui autē triginta octo annis iacuerat, uniuersitatem eorū, qui grauib; sceleribus languentes,

Psalm. 66
Duæ collectæ.

Tractatus
feriarum.

Matth. 23

Ezech. 34

Matth. 21

Hiero.
Psal. 127
Erat 57

Matth. 13

Iob 38
Exodi. 24
3. Reg. 19

Iohan. 8

Lucæ 16

Ezech. 19

Iohan. 5
Psal. 102
Angelus
Christus
Piscina, bapustinum.
Erat 9

lanquētes, & ipsi nihilominus per fidem Christi sanantur. Hoc autem Iudæi uelut ini qui in reprehendunt. Semper enim gentium salutem oderunt. ¶ Bene ergo lectio prophetica premit titur, in qua dicente domino: si auerterit se impius ab impietate sua, & fecerit iudiciū, & cæte ra, in quacūq; die ingemuerit, saluus erit: murmurāt & dicūt. Non est æqua uia domini. Non aut perfunctorie si quis ingemuerit, sed si ad baptisimū Christi peccator ingemiscēs cōsolauit rit, statim saluus erit, quia oēs pręteritę eius iniustitię non recordabuntur. Priuata uero pęnitentia, laboriosa est, nec inter labores pęnitentem adeo securum reddit de uenia.

Abbatō sacerdotibus ordinatis, & cæteris altaris Christi ministris, hoc euangeliū compe tenter legitur: Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Iohannem, & duxit eos in montē & transfiguratus est ante eos. ¶ Sacerdotes enim & ceteri altaris ministri dum ad tantum ministerium promouentur, quasi in montem altissimum cum domino ascendunt, ut reuelata facie speculandam eius gloriam speculentur, & intelligant, quid cum ipso uel de ipso Moyse & Helias, id est lex & prophetę loquant, & populo inferiori annuntiant, & cū fide Christi le galem moralitatem propheticamq; doctrinam habentes, parati sint reddere rationem omni poscenti. ¶ Aptę igitur illa premittitur Apostoli lectio, qua dicit, rogamus uos fratres corrip te in quietos, consolamini pusillanimes, & cetera. Ipsorum est enim hoc officium, qui ad hoc ut pastores animarum sint, ordinati sunt.

DE ferijs secundę hebdomadę Caput XV.

Hebdomadę secundę feria secunda illa legitur euangelij lectio, qua Iudæis com minatur dominus se ab illis propter perfidiam ipsorum recessurum, dicens: Ego ua do & queretis me, & in peccato uestro moriemini. Quod utiq; dicendo ad gentes migraturum se esse significabat. Vnde & illi quasi diuinitas dicunt: Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? ¶ Huic sanę euangelico congruit pro phetica Danielis quę premittitur oratio, qua furorē & iram domini ab eodem postulat au ferri. Hic enim furorē & hanc iram maxime lachrymōsa prophetę deplorat conuęstio.

Feria tertia dominus in Euangelio culpans scribas & pharisęos, quod sedentes super ca the dram Moyse, uane sibi magisterium arrogent, dicens do & non facientes: & qd ament salutaciones in foro, & uocari ab hominibus Rabbi, tandem eos percutit dicens: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: Videlicet quia superbi illi, a magisterio scientię dei remouendi, & humiles magistri ecclesię de gentibus cathedram illorum erāt accepturi. ¶ Quod per illam uiduam Sareptanam, de qua in præmissa narratur lectione, præsignatum est: ad quam ex præ cepto domini perrexit Helias, cum multę uiduę essent in Israel. Sic enim ecclesię de gentibus, legis prophetarumq; doctrinam missam sibi a deo, fidei hospitio suscepit, remanente apud sy nagogam siccitate & sterilitate: quia sicut alibi comminatus fuerat dominus illi, mandauerat nubibus suis, scilicet gratię suę prædicatoribus sanctis, ne pluerent super eam imbrem, atq; ita hæc se humilias Christo, dum colligit duo signa crucis, ut faceret sibi subcinericium pā nem, panem poenitentię, exaltata est, non deficiente apud eam hydria farina, nec imminuo lecytho olei, id est, perseuerante scientia legis, pariter & gratia Euangelij. Illa autem se exal tans humiliata sit, adeo ut nec legis farinam molitores eius pharisęi molere sciant, nec coleum Euangelij in phylacterijs suis & magnificis simbrijs ambulantes, inuenire queant.

Feria quarta illa Euangelij lectio ponitur, qua dominus consilium suum discipulis suis se creto reuelat dicens: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur ad cru cifigendum, & cætera. Per hæc autem diabolus hostis noster & inimicus capiendus & iu dicandus erat. Bene ergo illa lectio premittitur, qua Hester aduersus Aman, dei implorat au xilium. Aman quippe diaboli typum gessit, in eo quod adorari affectans, populum dei mor te tradere uoluit, & Mar docheo crucem parauit. Qui sicut in eandem crucem quam paraue rat, actus est ita diabolus Christus, ut ait Apostolus, palam tradidit confidenter in semeti ipso, & ipsum chirographum tulit de medio, affigēs illud cruci. Hoc ergo sola commendatur oratio Hester, quia totam narrare historiam, quę, ut dictum est, domineq; passionis typus est, nimis longum & onerosum fuisset. Nobis quoq; diabolus uincendum non nisi per passionis eiusdem communicationem ex occasione duorum Zebedę filiorum insinuat.

Feria quinta dominus in Euangelio sui exemplo docet, non in hominum, sed in solius dei confiden dum esse testimonio, dum dicit loquens secū dum fragilitatem carnis: Et si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum uerum est: Alius est qui testimoniū perhibet de me. Et subiungit: Et testimonium perhibet de me qui misit me pater. Vos, inquit, misistis ad Iohannem, & ille testimonium perhibuit ueritati: Ego autem habeo testimonium maius Iohanne. Itemq;: Ego testimonium ab hominibus non accipio. ¶ His proculdubio cō sonat quę præmissa est prophetica lectio de Hieremia in hæc uerba: Male dictus uir qui con fidit in homine, & ponit carnem brachium suum, ut a deo recedat cor eius: erit enim quasi mi rice in deserto. Et post pauca: Benedictus uir qui confidit in domino, & cætera.

Feria

Feria sexta legitur illa parabola, quam dixit dominus ad pharisęos malos, & male per dendo diuinę legis agricolas, eō quod missum ad se unicum filium patris familias, id est, seipsum, quem uereri debuerant, occidere delibēbat, dicentes: Hic est hæres, uenite oc cidamus eum, & nostra erit hæreditas, quibus iccirco auferen dum erat regnum dei, & dan dum genti, facienti fructus eius. ¶ Huic parabolę profecto illa de libro Genesis, quę præmis sa est lectio, pulcherrime cōgruit, in qua missum ad se Ioseph uidentes fratres a longe loque bantur mutuo, dicentes: Ecce somniator uenit, uenite occidamus eum, & uideamus quid illi profint somnia sua. Ioseph namq; in eo quod uenditus & in carcere missus est, ipse domini typum gessit, qui uenditus & morti traditus ac sepultus est, & sic eiectus de uina sua, tanquā lapis inutilis ab ædificantibus reprobatus, cum regno dei ad gentes facientes fructus eius transmigravit, quem admodum Ioseph a suis uenditus & eiectus, Aegyptios pauit.

Abbatō tam in Euangelio quā in epistola duorum populorum Iudaici atque gentilis continetur figura: quorum prior quantum ad unius dei cultum, scilicet Iudaicus: mino ris, id est, gentilis populi, poenitentiam pio patre suscipiēte, inuidia torque tur foris stans, quem gaudere oportuerat, quia frater suus mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuētus est: quia sicut eadem die cantamus, lex domini irreprehensibilis conuertens animas, & sapientiā præstans paruulis. ¶ Bene itaq; consonat Euangelio præcurrens epistola: cum illic iuniore fra tre epulante cum patre, maior foris remanet in agro: Hic Esau, Iacob fratre suo patri offeren te epulas, & ad benedictionem festinante, consilio matris suę Rebeccę: quę spiritū sanctum significat: foris in uenationibus occupatus tardat. Terrenis em̄ sensibus & carnalibus obser uationibus detentus populus Iudaicus, spiritalem amittit gratiam.

DE ferijs tercię hebdomadę. Caput XVI.

Hebdomadę tercię feria secunda præsignat in Euangelio dominus se in patria sua, scilicet in Iudæa honorem non habiturum, & ad gentes, ubi honoretur, transitu rum, dum dicentibus pharisęis: quanta audiuimus de te facta in Capharnaum: fac & hic in patria tua, respondet: Amen dico uobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua: iterumq; cum terribili illo ac uenerabili iuramento suo, per simile, non tamen omnino expresse docet, illis posthabitis, gentes potius a peccatis suis esse curandas: in ueritate, in quibus, dico uobis, multæ uiduę erāt in Israel in diebus Helias, & ad nullam illarum mis sus est Helias, nisi in Sarepta Sydoniorum: & multi leprosi erant in Israel sub Heliasę pro pheta, & nemo illorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. Amplius autem in eo quod surre xerunt & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum in supercilium montis, supra quem ciuitas illorum posita erat, ut præcipitarent eum, significatur ab illis transitura salus, dum dicitur: Iesus autem transiens per medium illorum ibat. Cum enim illum Iudæi crucifi gentes, in profundum obliuionis præcipitare uellent: ipse aduersus & per medium illorum transiens, iuit ad gentium populos pedibus suis, pedibus speciosis, id est, prædicatoribus san ctis. ¶ Bene ergo huic Euangelio premittitur lectio illa de Naaman Syro. Heliasus Chri stum, leprosus Naaman gentilem populum significat immū dum & idololatram. Quod non ipse Heliasus exiuit ad illū foras, sed mandauit illi dicens: Vade & laua te in Iordane septies, & mundaberis: hoc prophetice innuit quod factum est: quia per semetipsum Christus non prædicauit gentibus, sed mittens præcepit eos baptizari: uentes, inquit, docete omnes gen tes, baptizātes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Septies autem lauatur leprosus: quia in baptismo propria est operatio septiformis spiritus sancti, ex quo & renascimur & re missionem peccatorum accipientes, noui restituimur.

Feria tertia in Euangelio commendatur lucidum opus misericordię, dicente domino: Si peccauerit in te, id est, te sciente, frater tuus, uade corripe eum inter te & ipsum solum, & cætera. Et quia ubi duo consentiunt, scilicet corrector & auditor, neque opus est ut aliti adhibeas, neq; ecclesię dicas, eo quem corripis inter te & ipsum solum sponte audiente: quia, inquam, tunc parata uenia cōsest in impetratur a domino. Amen, inquit, dico uobis, si duo ex uobis consenserint, ex omni re quamcunq; petierint, fiet illis a patre meo: & quia de impetra tione uenię dixerit, hoc testatur ipse dum premittit: Amen dico uobis: quia quicunq; alligauerit super terram, alligata erunt & in celo: & quacunq; soluerit super terram, soluta erunt & in celo. Terminatur autē sic: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimit tam ei: Usq; septies? Et dicit illi Iesus: Non dico tibi Petre usq; septies, sed usq; septuagies septiæ. ¶ Ad hæc pulchre lectio quę præmissa est, conuenit: Mulier namq; quę clamat ad Heli sium pro duobus filijs, quos creditor in seruitutē tollere contendit, ipsa est ecclesię, quę pro filiorum peccatis in baptismo genuit, sollicita est, ne ex actor diabolus pro nummę ma læ uoluptatis, quem illis credidit, debitores trahat in damnationem perpetuę mortis. Cui ue rus Heliasus, scilicet Christus, præcepit oleum infundere uasis, ostio clauso: quia peccatori bus priuata correptione conuentis, præcipit remissionem & absolutionem indulgeri, data

E 2 potestate

Ezech. 9
Matth. 17
Ministri al
taris quō
ascendunt
in montē.
2. Cor. 7
1. Petri 3
1. Thei. 5

Iohan. 8
Iohan. 7
Daniels 9
1. Reg. 17
Mulier Sa
reptanę
tium popu
lus.
Esaię 5
1. Reg. 17
Matth. 23
Matth. 20

Hester 13
Verba sunt
Mardochei
sed adscri
buntur ipsi
Hester.
Coloss. 3

Iohan. 3
non est
uerum.

Hierc. 17

Matth. 21
Gene. 37
Ioseph uē
ditus, typ
Christi.

Lucę 15

Psal. 18

Gene. 27
Esau typus
Iudę nō
credentiū.

Lucę 4

1. Reg. 17

4. Reg. 5

Heliasus
Christum,
Naamā Sy
rus populi
gentile h
gnificat.
Matth. 28

Matth. 18

4. Reg. 4

potestas ligandi atq; soluendi, sicut in Euangelio iam dicto promissit, & ueritate interposita, id est, amen, promissionem confirmauit. Clauo ergo ostio, uasis infusus redundat oleum: quia per priuatam correctionem penitentibus confestim uenia peccatorum affluit. Cum autem quis secreto correptus inter te & ipsum solum non audierit, postq; ecclesie dictum fuerit, non tam facilis indulgentie leniendus erit oleo, sed congrue penitentia secundum cauterio.

Math. 15

Feria quarta calumniantibus pharisaeis quod discipuli domini transgredere tur traditio nes seniorum, non lauando manus suas, dum panem manducarent re arguit eos domi nus, & criminationis spiculum retorquet in authores: quare, inquit, uos transgredimini traditiones dei, propter traditiones hominum? Nam deus dicit, Honora patrem tuum & ma trem tuam: Vos autem dicitis: Quicumque dixit patri suo aut matri, minus, quodcumque est ex me, tibi proderit, & caetera. ¶ Docuerat em̄ auaritia pharisaeorum iuuenis, quos; laqueus omnes facti erant, ut inuisu parentum, imo praerepta parentibus donaria deferentes ad tem plum, reclamantibus parentibus se hoc pacto inhonorari a filiis, cum deus dicat, honora patrem tuum & matrem tuam, illud obijcerent, imo hoc pacto honoramus patrem. Nam deus pater noster est, ad cuius haec deferimus templum: & quod illi offerimus filij, uobis parentibus proderit. Haec & huiusmodi culpam dominus in traditionibus hominum, quas traditionibus dei praerebant: simulq; edocet, quod sola transgressio mandatorum dei coinquinat hominem.

Dolosus auaricie praetextus.

Exodi 10

¶ Bene ergo in lectione libri Exodi ipsa dei mandata praeruntur: Honora patrem tuum & matrem tuam, & caetera. De quibus in Euangelio conuincuntur hypocritae, foris nitidi obser uando traditiones hominum, intus autem coinquinati transgrediendo traditiones dei: quia non quod intrat in os, sed quod exit de corde, coinquinat hominem.

Iohan. 6

Feria quinta uenientes ad se turbas, ut se facerent regem, quia manducauerant de pani bus eius & saturati fuerant, hortatur dominus: Operamini, inquit, non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam aeternam, & caetera. Dixerat autem eis: Amen dico uobis, uenistis ad me non quia uidistis signa, sed quia manducauistis de panibus & saturati estis. ¶ In quo sacerdos quos; turbam percutit, qui turmatim ueniunt ad altare domini, non quia delectat eos contemplari mysteria quae illic commemorantur incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis & ascensionis domini nostri Iesu Christi: sed quia manducant de panibus eius & saturantur uidelicet de decimis & oblationibus fidelium, sola quereutes stipendia corporis. ¶ Quapropter illa congrue lectio praemittitur, qua Hieremiae dicitur a domino: Stain porta domus domini, & praedica tibi uerbum istud, & caetera. Sic enim & illi qui pompaticè ingre diebantur portas domus domini, & cupiditate suas pascentes applaudebant sibi met, dicendo, templum domini, templum domini, templum domini est: illud praedagere de populo, & se cundum quod in eade lectione iubetur bonas facere uias suas, & bene dirigere studentes.

Notate attendite o facerdes dei.

Hiere. 7

¶ Feria sexta legitur in Euangelio dominus Iesus fatigatus ex itinere hora sexta sedisse super puteum, loquensq; cum muliere Samaritana, quae uenerat haurire aquam: sic fides, inquit, donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & de disse tibi aquam uiuam, & caetera. ¶ Norum atq; celebre est fidei sanctae ecclesiae lectionis huius mysterium, uidelicet dominum nostrum Christum ex itinere quo ad nostram salutem uenit, fatigatum usq; ad mortem, mortem autem crucis, se disse super puteum, id est, mundanae pietientiae exuperasse profundum: mulieremq; Samaritanam, id est, ecclesiam alienigenam, quae de profundis, imo obscuris philosophorum doctrinis mortuam aquam haurire conueuerat, de qua sitientem animam, ut non sitiret iterum, satiare non poterat, didicisse: aqua qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ipse dederit ei, id est, de spiritu sancto, non sitiet unquam, sed fiet in eofons aquae salientis in uitam aeternam. ¶ Huic Euangelio ualde congruit praemissa lectio, in qua congregatis filiis Israel aduersus Moysen atq; dicitur: Da nobis aquam: iubente domino ducit eos ad aquam, ad petram Oreb: & quanq; diffidens, percussit uirga bis silicem, & egressae sunt aquae largissimae, ita ut populus biberet & iumentum.

Mulier Samaritana, Ecclesia ex gentibus. Philip. 2

Numer. 20

¶ Moyses nanq; significat hac in re Iudaicum populum incredulum: populus sitiens, humani generis expectationem iuxta petram, Christum. Percussit bis silicem uirga Moyses, id est, Iudaicus populus duobus lignis crucis appendit Christum, & egressae sunt aquae largissimae, aquae uiuae, quas in Euangelio supradicto se habere indicat dñs mulieri Samaritanae. Aqua haec spiritus sanctus est, qui tunc datus est, quando petra Christus uirga crucis percussus, imo post percussione resurrectione atq; ascensione glorificatus est.

Typus in Moysen diffidente & in populo sitiente.

Iohan. 6 Sicut tentorium Iudeorum.

Sabbato mulierem in adulterio deprehensam legimus in Euangelio, & adductam ad do minum Iesum a scribis & pharisaeis tentantibus, sicamq; latrocinijs sui accipitem occul tantibus, ut quicquid respondisset calumniarentur: id est, si ut misericors di mittendam diceret, accusare iniustus, & legis aduersari: si puniendam, uel ut immisericos infamaret. Quibus ita obuiauit mansuetudo cum iustitia, ut cedebat accusatoribus quippe q̄s sua subtraxerat conscientia, soli duo remaneret misera & misericordia. ¶ Huic Euangelio ualde congruit praemissa lectio, in qua congregatis filiis Israel aduersus Moysen atq; dicitur: Da nobis aquam: iubente domino ducit eos ad aquam, ad petram Oreb: & quanq; diffidens, percussit uirga bis silicem, & egressae sunt aquae largissimae, ita ut populus biberet & iumentum.

praemittitur Danielis lectio congruit: quamuis (ut beatus Hieronymus) in Hebraico non ha beat, qua legitur Susanna a falsa criminatione adulterij dei auxilio liberata. Nam haec per misericordiam, illa lapidationem euasit per iustitiam. Atq; ita in eisdem diei officio quodam modo misericordia & ueritas obuiant sibi paribus in personis, eodemq; praesidio pietatis, quibus disparibus causis.

Danielis 13; Psal. 84

DE Ferijs quarta hebdomadae.

Caput XVII.

Quarta hebdomadae: secunda feria in Euangelio pharisaeis interrogantibus ac dicentibus: In qua potestate haec facis, & quod signum tu ostendis nobis, cum respon disse dñs: soluite templum hoc, & post triduum excitabo illud: quod de templo dicebat corporis sui, paulo post Euangelista subiungit: Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes: & quia non erat ei opus, ut quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine. ¶ Huic Euangelio recte praemittitur illa lectio de duabus meretricibus, quae coram Salomone de uiuente filio contende runt: quarum alteri, quae dixit, nec mihi nec tibi sit, sed diuidatur, non crediti infansem uiuum sapientissimus Salomon. ¶ Nam illae mulieres, synagogae atque ecclesiae typum gesserunt, infans autem Christus, quem synagoga utero fidei nec concepit, nec peperit, imo & desiderabat occidi, & adhuc memoria eius cuperet extingui, ut nec apud se, nec apud ecclesiam gentium uiueret. ¶ Bene ergo ueris & uere sapientissimus Salomon (ut ait Euangelista) non credebat semetipsum Iudaeis, tendens ad ecclesiam de gentibus, & quodammodo dicens apostolis suis: Date huic infansem uiuum, haec est enim mater eius.

Iohan. 8 3. Reg. 3 Duae meretrices, Synagoga & Ecclesia.

Feria tertia loquens dominus ad Iudaeos, & arguens homicidas atq; impios, Moysen, cui quondam oranti pro illis, quando fecerunt uitulum in Oreb dixerat: Dimisi secundum uerbum tuum: ueruntamen in die ultionis uisitabo & hoc peccatum eorum: Moysen, inquam, haec tenens orantem pro ipsi iuratus remouet dicendo: Nonne Moyses dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem? Remouet enim quem ad illos non pertinere omnimodo, praeruaricatione eos separante, ostendit: Statimq; Moyses intercessore remoto, de crimine reos conuenit: Quid me, inquit, quaeritis interficere? At illi suo more insanientes dicunt: Daemonium habes: Quis te quaerit interficere? Ipse uero Moysen, quem perdebat, tertio commemorans, magis ac magis reos conuincit. ¶ Bene ergo ipsa praemittitur lectio, qua Moysi dicitur: Descende de monte, peccatum populus tuus quae eduxisti de Aegypto. Receperunt cito de uia quam ostendisti eis, & fecerunt sibi uitulum constabilem. Et dicente domino: Permite me, ut deleam eos, sequitur: Moyses autem orabat dominum deum suum dicens: Cur domine irasceris in populo tuo, & caetera. ¶ Huic oratio Moysi ualuit pro illis, donec ueniret hoc tempus quo tantum facturi erant homicidium, crucifigendo de filium, qui nunc ait illis: quid me quaeritis interficere? propter quod iam nunc remouendus erat Moyses intercessor, sicut tunc placatus dixerat illi: Dimisi iuxta uerbum tuum: Veruntamen in die ultionis uisitabo & hoc peccatum eorum.

Iohan. 8 Exodi 32 Iohan. 7 Exodi 30

DE FERIA QUARTA SCRUTINIORUM.

Caput XVIII.

Feria quarta, sacramenta, quae nouae ecclesiae propria sunt, inchoantur: quibus sacrosancta redemptoris nostri passio, uenerabili ritu sanctae ecclesiae in filiis adoptionis sanctam nouitatem spiritus operando figuratur. ¶ Hac enim die catechumini nostri ex antiqua traditione sanctae Romanae ecclesiae signantur, ut sacrosancta solennitate nostrae redemptionis ex aqua & spiritu sancto renascantur Christo in baptisate comorien tes & conresurgentes iuxta Apostolum qui ait: Quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte: ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus. ¶ Moris quippe erat olim in sancta ecclesia non alio tempore regenerationis huius celebrari sacramentum nisi in his, quibus forte superueniente infirmitate uel aegritudine mor tis immineret periculum. Cuncta pene ecclesiae proles quam per annum uerbo praedicationis nouam gignere poterat instante solennitate paschali, hac die sua nomina dabat, & per sequentes dies usq; ad ipsam pascha solennitatem audiens quiscq; regulam fidei, unde & catechumini dicitur (catechumini naque auditor interpretatur) lactatus & grandescens, tandem in plenitudine temporis, postquam luna plena est, plena fide in solennitate sancti baptis terij symbolum reddens, Christo commoriebatur & conresurgebat. ¶ At postquam Christianitas creuit, & saga illa uerbi dei piscina impleta est, quia periculosum erat tantam multitudinem differre propter occasiones mortis, quae in multitudine hominum multae sunt, maxime propter turbam infantum ex Christianis parentibus succrescentium, quorum tenera uita per sepe leui occasione succiditur: Visum est sanctae ecclesiae, passim indulgentiam baptizandis concessa, imo oblata, cuncta anteuenire pericula, baptisimi tamen solennitatem uel in paucis cum dominica resurrectione, cui similis est, celebrare. ¶ Quarta ergo feria nouae ecclesiae celebrantur initia, quae appellantur scrutinia. Scrutinia uero dicuntur a scrutando, uidelicet

Intercessio Moysi qua dñs placatus dicitur Iudaeis.

Catechumini nostri signatio. Iohan. 3 Roma. 6

Mos antiquus circa baptizandos.

Math. 19 Mos ille rationabiliter mutatus.

Scrutinia, E 3 quia

Actoꝝ 8 quia perferuadum erat in his qui accedebant, ne qua radix amaritudinis subesset, uelut fuit in Simone Mago, in hæreticis & hæresiarhis quam plurimis, ut sancta non illis darentur, nisi prius Christiana fides in mentibus eorum radices altas fixisset. Cur autem hac potissimum die celebrarentur, uel quod subsequendum usque ad passionis dominicæ diem, numerus dierum mysterium contineat, iam dicendum est.

Mysteriū
scrutinij in
quarta fe-
ria.

Exodij 12
Leuit. 23

Preparatio
baptizatio
ri per quin-
decim dies
ieiunij.

Primum scri-
utinium.

Alia scruti-
nia.

Euangelij
Iohan. 9

Cæcus a na-
tuitate, ge-
nus huma-
num signi-
ficat.

Psal. 44

1. Cor. 11

Natoria
Sylœ.
Iohan. 9

Cur quarta feria fiant scrutinia. Caput XIX.
Circò quarta feria potius, quàm quinta uel sexta, maximum scrutinium celebratur, ut ieiunantes, & uasa sua suscipiendæ gratiæ præparantes, quindecim dies ieiunij, usque ad diem quo dominus est crucifixus, habeant, quia quintadecima luna dominus noster, uelut agnus, immolatus est. Quod à magno mysterio nõ uacat. Luna namque paschalis, de qua dominus ait ad Moysen: Mensis iste principium uobis mensium, primus erit in mensibus anni. Decima die mensis huius, tollet unusquisque uestrum agnum, & seruabit eum usque ad quartumdecimum diem. Luna, inquam, hæc paschalis, lunares enim solos menses nouerit, & computant Hebræi) sanctam ecclesiam significat, ab eodem uero sole illuminatam, que in plenitudine fidei passionem eius suscipiens, commoritur illi & consepelitur in sacramento baptisimatis. Igitur quoties ecclesiæ noua soboles ad commorandum Christo preparatur, ut numerus dierum præparationis eius, id est, arctioris ieiunij, ætati lunæ, quæ illam significat, exæquet, feria quarta scrutinia celebratur. Nam si sexta feria potius celebrarentur (quæ quindecima est die dominicæ crucis) non nisi tredecim ieiunij dies, eorum præparationi restarent. Duæ namque dominicæ intercurrent. Dominicis autem diebus ieiunare non licet. Igitur dum quarta feria scrutinia celebrantur, & sequentes quindecim dies ieiunij atque doctrinæ fidei expenduntur, noua ecclesia, pulchra ut luna, ad plenitudinem proficit, ut crucifixo plena luna Christo commoriens & conresurgens, illi in baptismo copuletur.

Quod hoc scrutinium præcipuum sit septem scrutiniorum. Caput XX.
Sciendum autem hoc non solum agi antiqui moris fuisse scrutinium, sed omnium esse præcipuum. Nam iuxta ordinem Romanum, usque in sabbatum sanctum in uigilia paschæ, septem agebantur scrutinia, ut dum septenario numero impleretur catechumini, daretur illis gratia septiformis spiritus sancti. Quorum primum erat, tertia quadagesimæ hebdomada, feria secunda qua magnum huius diei, scilicet quartæ feriæ scrutinium sic erat ad catechuminos pronuntiandum. Scrutinij diem dilectissimi fratres, quo electi nostri diuinitus instruantur imminere cognoscite, ibidemque sollicita deuotione sequenti quarta feria circa horam tertiam conuenire dignemini, ut celeste mysterium, quo diabolus cum sua pompa destruitur, & ianua regni cœlestis aperit, inculpabili ministerio peragere ualeamus. Item feria quarta finitis Missarum solennibus annuntiabit presbyter, ut in ipsa hebdomada reuerterentur ad scrutinium, ita dicendo: Die sabathi ueniente, colligite uos temperius ad ecclesiam illam. Iterum atque iterum annuntiabit presbyter, qualis diem uoluerit, ita dicendo: Illa feria ueniente, colligite uos temperius ad ecclesiam illam, donec septem, ut dictum est, scrutinia compleverit.

DE OFFICIO EIUSDÈM QUARTÆ FERIÆ. Caput XXI.
Am uero hac feria, quàm sanctum, quàm pium, quàm mysticum, secundum ea quæ dicta sunt, sequitur Missæ officium. Primum in Euangelio, quod, ut sæpe dictum est, totius officij principale est, catechismi simul atque baptisimi sacramentum, speciose, à specioso nomine salutis opifice dei filio præfiguratum est. Homo enim cæcus à natiuitate, genus significat humanum, magnum utique cæcum, & ualde cæcum, qui pulchros oculos ad uidentem creatorem, menti (ubi fulget imago factoris) inditos, in primo parente, principem tenebrarum respiciente, perdidit atque ideo per hominem à natiuitate cæcum, congrue significatur. Cui reuocato ad ueritatis lumen, dum prædicatur, à ministris Christi, incarnatio ipsius filij dei, ceteraque mysteria, quæ in carne pro nostra salute gessit, lutum ipse facit ex ipso sputo, & linit super oculos cæci. Sputum enim oris & labiorum eius, in quibus gratia diffusa est. Sputum, inquam, quod à capite descendit, significat diuinitatem Christi filij dei, uerbum bonum quod eructauit cor patris, qui, ut ait Apostolus, Christi caput est. Expulit namque caput deus in terram, & sputum suum pulueri quem omnis uentus agitabat & circumferebat, uniuert, quando uerbum suum eructauit cor eius in terrenum uterum uirginis, & pulueri nostræ naturæ in unam personam coniunxit, ut à tali tantoque sputo tantillus puluis formâ stabilem, speciemque atque decorem accipiens conseruaretur. Igitur dum huius incarnationis fides humana generi prædicatur, magni cæci, ut dictum est, oculi luto quod fecit dominus, liniuntur. Cum autem ita catechizatus idem cæcus ad sacros fontes peruenit, & lauatur fonte uisibili, purificaturque uirtute inuisibili, hoc utique agit, quod dominus imperauit. Vade ad natoriam Sylœ & laua. Fons namque uisibilis, inuocata uirtute spiritus sancti, factus est natoria Sylœ, id est, missi quem ascendens ad patrem, missurum se esse dixit, & missi discipulis suis, filius dei. Ille

Ille, inquam, missus in natoriam suam descendit, & illitos oculos fide Christi, sua remissione lauat à peccatis, illuminat agnitione dei. Ab hoc quasi capite, uniuersa membra pendent officij. Primum in introitu, uox prophetica, dum sanctificatus fuero in uobis, congregabo uos de uniuersa terris, & estumdam super uos aquam mundam, & cætera. Sanctificatur enim dominus in catechuminis, dum audiunt & credunt quia sanctus est, & ideo effusa super se aqua munda, id est, spiritu sancto, per quem hæc uisibilis aqua mundatur & mundificat, emundati ab omnibus inquinamentis suis, sic deinceps uiuunt, ut testimonio sint ei quod sanctus sit, cuius præcepto & ipsi sancti sunt. Hoc in utraque lectione diuersis uerbis sed eodem sensu reperitur. Nam in prima, quæ est Ezechielis prophete, idem quod in introitu cantatum est legitur, & additur. Et auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum, & cætera. Cor nanque carneum, id est, molle ac tenerum & facile cedens, nouam legem scribenti digito dei, habent catechumini nostri, dum inscriptam sibi capiunt doctrinâ fidei, quam non capiunt quæ confringuntur lapidea corda Iudæorum, quorum in typum contractæ sunt prioribus tabulæ quas præciderat Moyses, & aliæ præcisæ in typum gentium. In secunda dum dicit Esaias: Lauamini, mundi estote, & si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur: & si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut lana alba erunt: nihilominus remissio peccatorum, quæ accipitur in baptisimato commendatur. Gradualia quoque pulchre atque consonæ ad eundem sensum concinunt. Cuius enim nisi catechizantis nouam sobolem ecclesiæ, uox est: Venite filij, audite me, accedite ad eum & illuminamini. Nam ut iuxta Euangelium paucis immutetur uerbis, idem est ac si dicat: Venite cæci, ut luto quod fecit dominus ex sputo, uestri linantur oculi, accedite ad natoriam Sylœ, & illuminamini. Hoc autem quod duæ lectiones rotidemque gradualia, præsens accumulât officium, sacramenti celebritas poposcit, uidelicet ut propter augmentum filiorum, habeat quoque spiritualium augmenta ciborum. Lecto autem Euangelio, in quo sæpe dictus cæcus illuminatus & extra synagogam eiecus, filium dei foras inuenit, imò à filio dei foras inuentus est, & procidens adorauit, conueniens huic significationi sequitur offerenda: Benedicite gentes deum nostrum. Nam in Psalmo illo, de quo supra est, iuxta sacram expositionem uenerabilium doctorum, loquuntur apostoli exhortando gentiles laude inenarrabili & opere & uoce deum laudare, & de occulto & terribili iudicio eius, quo illos assumpsit & populum sibi ante peculiarem & electum repudiauit, intra se expauescere & timeret ne forte si naturalibus armis non peperit, quia inobedientes fuerunt, imò quia cæcum illuminatum extra synagogam eiecerunt, id est, gentibus cadentibus communicare noluerunt, nec ipsis parcat si superbiat. Bene ergo de Psalmo illo, utpote de uoce apostolorum, qui magnum cæcum, id est, omnes gentes, catechizauerunt, offerenda hæc sumpta cum uerbis suis ad rem concinit, maxime in eo quod dicimus: In multitudine uirtutis tuæ mentietur tibi inimici tui, & cætera. Mentiti sunt enim inimici eius dicentes: In Beelzebub principe dæmoniorum eicit dæmonia, cum ipse in digito dei eiecerit. Hoc autem illud præbat agendum, quod in catechismo Christianæ fidei spiritus immundus eiecerit de hominibus per idololatriam possessis quos ipse fortis armatus male peccato custodiebat atrio. Bene ergo & uenerabiliter cantamus hac die, qua de hac eiectione muti de monij, mentiuntur usque nunc inimici eius Iudæi, quod non fiat in spiritu dei: Sed frustra Nam illis blasphemantibus, hoc fit quod sequitur: Omnis terra adoret te. Venite & uidete opera dei, quàm terribilis in consilijs super filios hominum, uidelicet in illius prioris populi abiectione, & gentium assumptione. Communio quoque canora ac suauis modulatione acutas uoces efferens, gratulabunda prædicatio siue testificatio est humani generis, incarnationem filij dei contentis, iuxta illud: Credidi propter quod locutus sum. Et sicut in dignantibus & maledicentibus pharisæis, & extra synagogam eicientibus, non tacebat ille, dicens: Ille homo qui dicitur Iesus luto fecit ex sputo & linit uos oculos meos & modo uideo: sic beati illi, quibus ait dominus: Beati eritis cum oderit uos homines, & cum separauerint uos & reprobrauerint, & eiecerint nomen uestrum tãquam malum propter filium hominis: quanto magis maledicunt eius inimici Christi, & os eorum opprimunt, tanto magis prædicantes & intelligentes lutum illud, id est, incarnationem CHRISTI, illuminationem omnium esse uidentium.

Introitus.
Ezech. 36
Leuit. 20. 21

Duæ lectio-
nes propheticæ.
Ezech. 36

Exodij 23
Esaiæ 1

Duo gradualia.
Psal. 77

Offerenda:

Psal. 65

Roma. 11

Psal. 95
Math. 18

Psal. 65

Communio:

Psal. 115

Iohan. 9
Math. 9
Lucæ 6

AD INTROITUM.

VBi aguntur scrutinia proprie quoque collectæ pro catechuminis dicuntur.

ORATIO.

OMnipotens sempiternus deus ecclesiam tuam spirituali fecunditate multiplica, ut qui sunt generatione terreni, fiant regeneratione cœlestes.

SECRET A.

REmedij sempiterni munera domine letantes offerimus, suppliciter exorantes, ut eadē nos & dignæ uenerari & pro saluandis congruenter exhibere perficias per Christum.

TV semper quæsumus domine, tuam attolle benignus familiam, tu dispone correctam, tu propitius tuere subiectam, tu gubernare perpetua bonitate saluanda. Per dominum nostrum.

CVR STATIO AD SANCTVM PAVLVM.

CONsiderata, ut dictum est, scrutiniorem ratione, perspicuum est, quod statio ad sanctum Paulum prescripta, valde rei conueniat. Ipse enim magnus & mirabilis catechizator orbis terrarum, & (ut ipse ait) doctor gentium, in fide & ueritate, ipse idem magnifice & mirabiliter catechizatus est, quia non ab homine neque per hominem (sicut ipse ait ad Galatas) euangelium meum quod euangelizatum est, non est à me, neque enim ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Cum uoce namque quam de caelo corporaliter audiuit, qua carnalis eius sensus percussus & occisus est, in corpoream quoque uocem accepit celestis magisterij, quam per triduum audiens, iuxta magistri catechizantis efficacissimam potentiam, ipse quoque catechuminus mirabilis perfectus redditus est doctor euangelij. Nec longe dissimilis illi caeco euangelico, utpote corporaliter caecus ad natoriam baptismi salutaris missus est, ubi & corpore & anima illuminatus, discipulantibus contra pharisæis omnibus Christi inimicis, enarrare non desit, quid fecerit sibi homo qui dicitur Iesus, quomodo sibi aperti sunt oculi, & lutum ipsum quod fecit ex spuro domini, id est, incarnationem uerbi dei omnibus ostendere non cessauit. Propter quod & male dixerunt ei, & extra synagogam eam eiecerunt, quinque quadragenas una minus caesum.

DE FERIA QUINTA.

Caput XXII.

FERIA quinta in Euangelio, ubi ait dominus, pater meus usque modo operatur, & ego operor, ut indicet nobis, quomodo operetur, & non solum dixerit scriptura per Moysen ministrata. Quia deus requieuit, ab omnibus operibus suis in die septimo, ut inquam, iudicet, quia tunc operatus est, cum fecit mundum, & usque nunc operatur, cum regit mundum, paulo post subiungit. Sicut enim pater suscitauit mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Quod se dixisse ostendens de resurrectione quæ nunc fit, qua transeunt homines (ut ait beatissimus Augustinus) à morte infidelitatis ad uitam fidei, à morte fatalitatis ad uitam ueritatis, à morte iniquitatis ad uitam iustitiæ. Amen, inquit, dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam. Et in iudicium non uenit, sed transit à morte ad uitam. Et hoc attendite, inquit idem Augustinus. Non nunc transit, sed iam transit à morte in uitam. Ac deinceps: Amen, inquit, dico uobis, quia uenit hora & nunc est, quando mortui qui in monumentis sunt, audient uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Non, inquit, quia uiuunt, audiunt, sed quia audiunt, reuiuiscunt. Per quod amplius claret de hac resurrectione, hæc dici, quia mortui in infidelitate & ignorantia dei, sic resurgunt, ut prius audiant, & audiendo reuiuiscant. Ista resurrectione si recte credimus, resurreximus, & nos ipsi qui iam resurreximus alteram in fine resurrectionem expectamus. Huius Euangelio recte præmittitur illa lectio libri Regum de filio Sunamitis, quem puer ab Helisæo missus cum baculo, non resuscitauit. Per semetipsum uero Helisæus ueniens, seque super mortuum stertens, atque ad eius membra se colligens, huc illucque deambulans, & in ore pueri septies aspirans, hunc ad rediuiuam lucem protinus per mysterium compassionis animauit. Eandem enim re suscitationem humani generis quæ fit per fidem, de qua supra dictum est in Euangelio, teste beato Gregorio, hæc pueri resuscitatio significauit. Author, inquit, humani generis deus mortuum puerum doluit, cum extinctos nos iniquitatis aculeo, miseratus aspexit, & quia per Moysen, terrorem legis protulit, quasi per puerum uirgam misit. Per legem quippe uirgam deus tenuerat, cum dicebat: Si quis hæc uel illa fecerit, morte moriatur. A peccati igitur morte, timor suscitare non ualuit, sed ad statum uitæ apparatus mansuetudinis gratia, erexit. Sed puer cum baculo mortuum suscitare non ualuit, quia Paulo attestante, nihil ad perfectum adduxit lex. Ipse autem per semetipsum ueniens, & super cadauer se humiliter stertens, ad exequanda sibi mortui membra se collegit, quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem deo, sed semetipsum exinanitiuit, formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Huc illucque deambulabat, quia & Iudæam iuxta, & longe profectas gentes uocat. Super mortuum septies spirat, quia per operationem diuini muneris gratia septiformis spiritum in peccati morte iacētibus aspirat. Moxque iuuenis erigitur, quia is, quem terroris uirga suscitare non potuit, per amoris spiritum puer ad uitam rediit.

DE FERIA SEXTA.

Caput XXIII.

FERIA sexta legitur Euangelium de resurrectione Lazari. Notum est mysterium huius miraculi, & pene à cunctis doctoribus celebratum, quod uidelicet Lazarus quæ amabat dominus, de quo ipse ait: Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somno excitem illum: & cuius sorores sepe domino ministrauerant, typum gesserit iam fidelis & intra ecclesiâ positi hominis, qui cum sit amicus domini nostri Iesu Christi per fidem, moritur

ritur illi per iniquam operationem, & in sepulchro male conscientie, consuetudine scelerum obrutus, iamque foetens per infamiam, tandem per occultam inspirationem dei, magno timore futuri iudicij, quasi magno saluatoris clamore concussus, ad uitam penitentiam resilit, & malæ sepulchrum conscientie, per ultroneam aperientem confessionem, uinculis peccatorum meretur absolui, quia uiuit. Hoc autem in filio mulieris Sareptanæ præfiguratum est, ad quam Helias domino iubente iterat, relicta apud carnalem Israël siccitate & fame. Nam & illa mulier (ut iam superius dictum est) ecclesiam de gentibus mystice significauit, quæ legem & prophetas, imò Christum, qui ipsa agnoscitur, tanquam Heliam hospicio fidei suscepit. Filius uero huius uiduæ, unusquisque fidelis est, qui tunc moritur, quædo dignum morte peccatum admittit. Et quod in clamore domini Lazarum euocantis significatum est, in cuius domo & ipse à fororibus eius pascebatur: hoc idem in clamore Helie præcessit clamantis ad dominum & dicitis: Obsecro domine etiam ne uiduam, apud quam ego utrunque sustinentor, afflixisti, ut interfectus filium eius: Ad hoc quoque quod Lazarum amicum suum appellauit dominus, pulchre conuenit illud quod hic fuisse dicitur filius Amathi, id est ueritatis. Affirmant enim Iudæi, quod Ionas fuerit iste Sareptanæ uiduæ filius, quem resuscitauit Helias, matre postea dicente ad eum: Nunc cognoui quoniam uir dei es tu, & uerbum dei in ore tuo uerum est, & ob hanc causam, ipsum puerum Amathi uocitatum amathi namque ex Hebræo in Latinam linguam, ueritas dicitur, & ex eo quod Helias uerum locutus est, ille qui suscitatus est, filius nuncupatus est ueritatis. Sed & hoc quod mortuum ut suscitaret Helias supra lectum suum posuit, à mysterio non uacat: Lectus namque Helie, catholicam Christi designat ecclesiam, in qua sola per remissionem peccatorum, mortuæ reuiuiscunt animæ. Nam de hac ecclesia dicitur in Canticis canticorum: En lectulum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt. Supradictam ergo lectionem euangelij bene ut consonanter ista de libro Regum lectio præcurrit.

De feria septima Sabbatho.

Caput XXIII.

SABBATHO hoc euangelium ponitur, in quo dominus cum dixisset, Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ: obuiantibus Iudeis & dicentibus, tu de teipso testimonium dicis, testimonium tuum non est uerum: reuincit eos firmo & uero argumento, dum dicit: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum uerum est. Et statim proponit, quod necessario concedendum sit: In lege uestra scriptum est, quonia duorum hominum testimonium uerum est. Et protinus assumit: Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater. Quod & ipsum concedi oportet. Palam namque est auditum testimonium patris dicitis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Et mortui resuscitati, & cætera quæ ostendebat eis ex patre suo opera bona, testimonia erant de ipso, tam patrisquam filij. Testimonium ergo ueræ arque fidele, falso calumniabantur, contra legem suam præuicatores legis. Ad hæc quæ præcurrit lectio prophetica pulchre accedit in eo quod ait: Ecce testem populis dedi eum, duceam ac præceptorem gentibus, Ecce gentem, quam nesciebas, uocabis, uidelicet tuus ipse testis, & gentes quæ non nouerunt te ad te current, propter dominum deum tuum, & sanctum Israel, quia glorificauit te, uidelicet iuxta hoc quod de illo dicitis, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater. Incirco namque gentes credendo ad filium currunt, quas nesciebat, quia ipsum filium, patremque deum, qui duo testes sunt, quia duæ personæ, sed non duo dii sunt, fideles & idoneos comprobant, quos testimonia recipiunt, ex dictis & ex factis utriusque, certum tenentes, quod ipse filius ad ipsum salutem à patre missus sit. Sed & in eo quod ait in euangelicæ principio lectionis: Ego sum lux mundi, & cætera. Et in eo quod in prophetica lectionis exordio prædictum est: Omnes sitientes uenite ad aquas, & cætera, summa utriusque lectionis consonantia est. Nam & illa lux inebriat, & hæc aqua sapientie potatos illuminat, testante Psalmista: qui cum dixisset, quoniam apud te est fons uitæ, protinus subiunxit: Et in lumine tuo uidebimus lumen. Vna eademque sapientia dei patris, fons est uitæ, lumenque de lumine. Et de utroque præmissum est, Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ.

FINIS LIBRI QUARTI.

RVPERTI

R V P E R T I A B B A T I S T V I T I E N S I S D E D I V I N I S O F F I C I I S , L I B E R Q V I N T V S .

DE Dominica in passione domini.

Caput I.

Cur tot die
bz ante pa
raſceū in
cipit de paſ
ſione dñi.
Iohan. 11



DRAECEDENTI VESPERA DOMINICAE huius, annua dominicæ passionis celebras inchoatur: Cur autē tor dies ante illum diem, quo crucifixus est dominus incipiat, ex Euā gelio Iohannis animaduertere possumus. Ait enim: Collegerunt pō tifices & pharisei concilium aduersus Iesum, & dicebant: Quid faci mus, quia hic homo multa signa facit? Et cum prophetaſet unus ex ipsis Cayphas nomine, qui erat pontifex anni illius, quod expediret unum hominem mori pro gente, & non tantum pro gente, sed ut fi lios dei qui erant dispersi, cōgregaret in unum, securus adiungit euā

gelista: Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Ac deinceps: Iesus ergo iam non palām apud Iudæos ambulabat, sed relicto illis, abiit iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. ¶ Et quando conciliū illud habitum sit item ex consequentibus colligi potest. Sequitur enim: Proximum autem erat pascha Iudæorum & ascenderunt multi in Hierosolymam de regione ante pascha ut sanctificarent se ipsos. Plane per hoc, initium primi mensis, tunc extitisse commendatur, quādo Lazarus suscitatus est, propter quod signum, non multo post concilium habitum est. Moris enim Iudæis erat, ex præcepto legis sanctificare se ipsos ante pascha, ipsamq; sanctificationem initiari prima die mensis primi: qua die & tabernaculum de dicatum est, sicut in Exodo legitimus loquente do mino ad Moysen: Mensis primæ, prima die mensis eriges tabernaculum (estimonni, & pones in eo arcam, & cætera. Et paulo post: Assumpto unctionis oleo unges tabernaculum cum ua sis suis, ut sanctificetur, & cætera. ¶ Illud quoq; non prætereundum, quod eiusdem mensis initium, id est, luna prima, in sexta feria tunc extiterit. Siquidem sexta feria, qua dominus cru cifixus est: quintadecima extitit, ac per hoc ita esse, ut dictū est, nemo qui dubitat. Nam quin tadecima in eandem feriam semper occurrit, in quam & prima. Igitur ex his quæ dicta sunt, quoniam & ecclesiastici compositor officij supradictum Euangelium de resurrectione Laza ri, non sine causa, sexta feria legi uoluit, quæ quintadecima dies est ab illa, qua dominus cruci fixus est: ex his, inquam, quæ dicta sunt, datur intelligi, quod dominus ipso die Neomeniæ La zarum suscitauerit. ¶ Delectat ualde legitimus hic regis nostri processus, legitimus & san ctus summi sacerdotis nostri clangor in die Neomeniæ huius. Ipse qui quondam iusserat fili js Iſrael per Moysen dicens, quando exhibitis ad bellum contra hostes qui dimicant aduer sum uos. Si quando habebitis epulum, & dies festos & calendas, clangitis tubis super holo caustis & pacificis uictimis: ipse rex noster exiturus ad bellum passionis, contra diabolum prin cipem mūdi, ipse summus sacerdos noster habiturus epulum corporis & sanguinis sui, quod cum traderet discipulis suis: Desiderio, inquit, desiderauit hoc pascha manducare uobiscum antequam patiar. Habiturus diem festum suæ sacrosanctæ resurrectionis. Habēs, inquam, ca len das, id est, initium mēsis uel lunæ, cuius in plenitudine hæc facturus erat, clangit tuba tan ti tamq; excellētis miraculi, quo & hostes suos attonitos reddidit, & corda piorum magis ac magis ad credendum animauit. Namq; & hostes eius turbati dicunt, si dimittimus eum, sic om nes credent in eum, & plebs ad credendum magis animata, præcipue propter hoc signum, postmodum illi uenienti Hierosolymam cum palmis & laudibus obuiam processit. ¶ Suscita to autem Lazaro, non longum erat ut hoc pharisei audirent. Bethania namq; ab Hierosoly mis quindecim tantum stadjs, id est, non integris, duobus distat miliarijs. Et ex Iudæis, qui fuerant cum Iesu, quando illum suscitauit, quidam, inquit Euāgelista, abierunt ad phariseos, & narrauerunt eis quæ fecit Iesus. ¶ Nec mora fuit post hoc colligendi concilij. Mox em sic Euangelista coniungit: Collegerunt ergo pontifices & pharisei concilium. Rursum non lon gum erat aut difficile tunc illud colligi. Cum enim, ut ait Euangelista, quia proximum erat pascha Iudæorum, multi ascenderunt Hierosolymam, ut sanctificarent se ipsos, tunc uero præ cipue pontifices & pharisei, qui erant clerici Iudæorum. Si qui forte ex ipsis procul aberant, solenniter conuenerant. Continuata quoque duorum solennitas dierum, id est, sabbati & Neomeniæ, quæ, ut supra dictum est, pridie fuerat, agendo concilio frequentiores atque expe ditiores reddiderat. ¶ Nihil igitur repugnat, quin eodem sabbato (cuius in uespera, domi nicæ passionis annuam inchoamus memoriam) illud impiorum concilium collectum fuerit, & quia ab illo cogitauerunt, ut interficerent eum, iccirco in uespera, quasi post horam eiusdē concilij

Sanctifica
tio Iudæoꝝ
ante pa
scha.
Exodi 40

In Neome
nia, id est,
prima die
mēsis susci
tatus est
Lazarus.

Christus rex
& sacerdos
tuba clāgo
rem tunc
dedit.
Numer. 10

Lucæ 22

Bethania.

Concilium
aduertus Ie
sum.

ecclij luctum publicum incipiat ecclesia, suo domino per omnia cōpatiens, ut corpus capitis. ¶ Hac ergo dominicæ passionis, ut dictū est, commemoratione inchoata, res digna spectaculo procedit. Præmissa namq; per septē dominicas superius digestas, quasi pompa funeris, & se cundum ritū officij procedēte ecclesia in ordine suo per totidē ætates seculi, tandē ipsa mors Christi, cui omnis illa pompa præ ordinata est, effertur præ oculis & pijs fidelium mentibus in geruntur uulnera, cunctaq; mortis insignia, quæ pertulit pro cunctis unica salus, deus & ho mo Christus, dei unigenitus. ¶ Nihil quippe tam frequens, q̄ prodeuntia uexilla regis, fulgi dumq; mysteriū crucis. Ac tū quoq; fel & arundinē, clauos & lancea perforati corporis, tam in nocturnis q̄ in diurnis meditatur caticis, quæ de autenticis ueteris pariter ac noui testamē ti scripturis congesta sunt. Sicq; sunt comæ capitis ecclesiæ, id est, cogitationes cordis eius, quasi purpura regis iuncta canalibus dum passionem redemptoris meditatur, sensum suum autenticis adhibens scripturis, uidelicet pretiosis purpuræ tincturis, quæ per ora propheta rum & apostolorum, uelut per quosdam canales, spiritu sancto conficiente, profluxerunt.

Ordinatus
ecclesiæ
cessus

Insignia
passionis
Christi ex
scripturis
Canti. 7.

Cur gloria patri non dicimus.

Caput II.

Veruntamen hac dominica totaq; hebdomada luctus ille remissior est, quia nō sta tim post habitū concilium traditus est agnus in manus Lanistarū impioꝝ, ut por taretur ad uictimā, sed quia iam ex tunc quæri cœpit. Et quia mandatū dederant pō tifices & pharisei, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehēdat eum. Et quia Iesus iam nō palām ambulabat apud Iudæos: nos quoq; cum illo quodammodo secedi mus, dum uocē legitæ & laudis aliquantulū suppressimus. Nam de responsorijs gloria patri subtrahimus, & apud quosdam ad missas quoq; cum introitu officij non dicitur. Siquidē, bre uis licet uersiculis, quia sanctæ trinitatis magis expressa magisq; propria laus est, bene capi tis nostri solitudinem atq; silentium non palām ambulantis, dum non dicitur, significat.

Cur gloria
patri tū ta
cetur.

Cur hac dominica Hieremias legatur.

Caput III.

Hieremias quoq; propheta competenter per hos dies ad nocturnas legitur uigilias. Hic enim non solum dictis, sed & passionibus suis, redemptoris nostri passionē præ figurauit, & in eo quoq; quod in eisdem tribulationibus suis non decessit, sed ruine ciuitatis uel Iudei superstes fuit, quāuis post hæc à populo descende in Aegy ptum lapidatum illud Iudei autem: & in eo quod secundum prophetiam eius, captus est Sedechias, & occisus filijs eius, oculos quoq; ipse eruit rex Babylonis. ¶ Nam & redemptor noster cum putaretur & desideraretur extingui & conteri de terra uiuētium, iuxta illud: Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius, cunctis tribulationi bus suis & morti atq; inferis emerit, & superstes fuit, imō est atq; erit peccatrici ciuitati, quæ cum uocaretur Hierusalem, pars illius meritis effecta est, quæ uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus. Et secundum prophetiam eius qua dixit: In iudicium ego ueni in hunc mun dum, ut non uidentes uideant, & uidentes cæci fiant, captus est in superbia sua Iudæicus po pulus, & occisus filijs eius. i carnalibus legis operibus, in quibus nihil uitalis gratiæ dei remā sit, insup oculos eius eruit spūalis Nabuchodonosor. s. diabolus, & obscurati sunt oculi eorū ne uideāt, & dorsum eorū semper incuruatur. ¶ Bene itaq; Hieremias propheta p hos dies le gitur Christi dñi passionem in suis pressuris designans, futuramq; abiectionem gentis Iudai cæ sub typo eius captiuitatis, quæ tunc accidit, lachrymosis lamentationibus deplorans.

Hiere. 35

Idem. 40

Idem. 32

Pſalm. 40

Apoc. 11

Iohan. 9.

Pſalm. 68.

De officio eiusdem diei.

Caput IIII.

Totum missæ officium illud personar, quod per eandem passionem domini erat su turum, uidelicet quod deferendum erat uetus sacerdotum Iudæorum, per ipsum noui testamenti mediatorem, nouiq; sacrificij pontificem. Quod & sanctum euan gelium mystice significat, & præcurrēs apostolica lectio manifeste denunciat. Nā cum dixisset Euangelista. Tulerunt lapides Iudei, ut iacerent in eum: statim adiecit. Iesus au tem abscondit se, & exiuit de templo. Et quid abscondendo se (ait beatus Gregorius) domi nus designat, nisi quod eis ipsa ueritas absconditur, qui eius uerba se qui contemnit: Eā quippe, quam non inuenit humilem, ueritas fugit mētem. Hoc ergo innuit, q̄ templum & uniuersa Iudæorum sancta, propter superbiam & duritiam cordis eorum deserturus esset, cunctiq; præfides templi uirtutes, quas Iosephus testatur auditas esse, dicētes. Transcēmus ex his se dibus, essent meliores aditura sedes, quas inhabitare dño & ipsæ protegerēt. ¶ In lectiōe autē eplæ dicit apłs, Christus assisēs pontifex futuroꝝ bonoꝝ, amplius & pfectius tabernaculū nō manufactū, &c. Quibus dictis apte declarat, ad q̄ meliora, de tēplo Iudæoꝝ exiens pon tifex noster emigrauerit. ¶ Introitus uero, Iudica me deus, & discerne causam meā de gente nō sancta, &c. Itemq; illud in graduāli. Eripe me de inimicis meis, uoces sunt eius exētis de tēplo, & orantis scđm humanitatē, ut manifesto discrimine discernat causa eius, scilicet fides euāgelij a iustificatiōibus legis quod & factū est, in eo, q̄ & tēplum destructū est, & sacrificia Iudæoꝝ abolita sunt. ¶ Nā cū stetit potētia Iudæici regni, cultusq; templi ueteris, maiori fuisſent

Trāslatō
sacerdotū
Iohan. 8

Ioſephus
de bel. Iud.
lib. 7. ca. 12.
Hcb. 9.

Pſalm. 43
Pſalm. 17.

Iohan. 11

¶ Feria sexta legit hoc euangeliū: Collegerūt pōtiffices & phariſei conciliū aduerſus Ieſum, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo ſigna multa facit: Si dimittimus eū ſic, oēs credent in eum, cauſamq; ſuę ſolicitudinis quaſi rationabilē adhibētes: Et ueniēt, inquit, Romani & tollent noſtrū locū & gentē. Nā ſub imperio Romanorū erāt, quia iam ablatū erat ſceptrū de iuda & dux de ſcemoꝝ eius, & Pilatū Romanę p̄tatis p̄ſidē habebāt. At illi quia ſic timuerūt pruinā, irruit ſuper eos nox, & duplici cōtritione cōtriti ſunt. Nā & locū & gentē perdidērūt, & deleti de libro uiuentiū, in terra ſcripti ſunt. ¶ Bene ergo illa lectio Hieremię prophetę p̄mittit aduerſus canes illos qui dñm circū dederunt, aduerſus illud cōcilium malignātium qđ obſedit illū: Dñe, oēs qui te dereliquunt cōfundentur, & recedētes à te in terrā ſcribentur. & poſt pauca prauā ſolicitudinē eorū intuens, qua dicunt, Venient Romani & tollent noſtrum locū & gentem: Pauca, inquit, illi & nō pauca ego. Induc ſup eos diē afflictionis, & duplici cōtritione cōtere eos. Quod factū eſt p̄ Titū & Veſpaſianū, quando regno dei iam p̄dito, lo cum quoq; & gentē perdidērūt. ¶ Quāuis aut multoties Iudæi dñm quaſi uiderēt occidere, nā & lapides nō ſemel ſuſtulerūt ut illū lapidarent, miniſtros quoq; miſerunt pōtiffices & phariſei ut illū apprehenderēt. Recte tamen de hoc concilio dixit euāgelista, Ab illo ergo die cogitauerūt ut interficerēt eū. Nūc em̄ quaſi nō tumultuarie uel populari ſeditione aut cū p̄iudicio, ſed legitima iudiciū ſeſſione ſibi uidebant a d̄itare, ſolicitudinē ſuā (ut dictū eſt) p̄tendentes, ne cū rex appellaret, ipſi rei maiſtatis apud Roma, imperiū ſub q̄ erāt, addicerentur.

Gen. 4-9
Iob. 6.
Pſal. 68.
Hierc. 17

Ioh. 9. 10

Iohā. 12.

Eleemoſyna in unguento Mariz.

Eleemoſyna Papæ.

Cur uacat ſabbatho ante palmas. **Caput VI.**
Sabbatho uacat, qđ dñs papa eleemoſynā dat: hoc ſabbathū illud ē, quo dñs Bethaniā uenit, & in domo Lazari quem ſuſcitauerat, cenā habuit, ſicut euāgelista refert, Ieſus ergo ante ſex dies ſolemnitatis paſchæ uenit Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem ſuſcitauit. Fecerunt aut ei cenā ibi, Lazarus uero unus erat ex dicumbentibus cum eo. Maria ergo accepit librā ungenti nardi piſticę, & unxit pedes Ieſu, & exteriſit capillis ſuis, & domus impleta eſt ex odore ungenti. ¶ Ibi celebri myſterio commendatum eſt odoriferę opus eleemoſynę. Maria nanq; typū geſſit eccleſię, pedes autē dñi, pauperes ſunt in ſimi, qui quāuis extrema, tamen eius membra ſunt per coniunctionē & unitatē fidei. Mulier pedes domini ungit, & capillis ſuis qui utiq; corpori ſuperfluunt, extergit, quoties diuites qui ſunt in eccleſia, pauperes fideles miſericordię blandimento reſouēt, & de ijs quę ſibi abundant, illoꝝ in opiam ſupplent. ¶ Vt ergo Romanus papa celebri cū Maria dño cenam exhibeat, hoc ſabbatho eleemoſynā dat, atq; ita circa pedes dñi occupato eo, ſabbathū uacat.

Dominica hac, qua dominus in ciuitatem Hieruſalē paſſurus uenit, luna decima exiit. De hac die p̄ceperat dñs in lege filijs Iſrael: Decima die menſis primi tollet unusquiſq; agnū per familias & domos ſuas, & ſeruabitis eū uſq; ad quartum decimum diē menſis eiſdem, & immolabit eum uniuerſa multitudo filioꝝ Iſrael ad ueſperam. ¶ Nota & celebris eſt mirabiliū hiſtoria, quę ante fuerāt geſta, ſcilicet qđ de cę plagis Pharaonē & totā Aegyptum Moyses in uirga manus ſuę percuſerit: quibus Pharaō, q̄uis afflictuſ, uictus tamen nō eſt, donec agnus immolaretur in domibus Iſrael. Vex quid hoc ſignificauerit, quomodo hac orſiā in figura contingebāt illis, & ad p̄ſens negotiū pertinet, p̄ter reuendū non eſt. ¶ Pharaō, diaboli: Aegyptus, mundū filiū Iſrael, omniū qui ad uitam p̄ordinati ſunt & populus dei uocātur, typū geſſerūt. Captiuitas ſeruituſq; filioꝝ Iſrael, captiuitatem illam deſignat, qua diabolus hominē in paradysi libertate conditū, per p̄uaricatio nem in tenebris huius ſeculi captiuauit & morti obnoxiiū fecit. Stetit Moyses cum Aaron coram Pharaone, tenensq; uirgam in manu, dixit: Hęc dicit dominus: Dimittite populū meū. Ni miſis in uirga Moysi, legis diſciplinam: in Aaron, eiſdem legis agnoſcimus ſacerdotiū. Hęc enim duō dicta ſunt, ut dei populū à ſeruitute Pharaonis, id eſt diaboli, eriperent. Decę plagę, quibus percūſus eſt, decem legis p̄ceptorum, quibus populus dei diabolo captiuatoꝝ humani generis repugnare iuſſus eſt, ſimilitudinē p̄tulērūt. Nam tunc primum mors, quę regnauit ab Adam uſque ad Moysen, cœpit audire in regno ſuo contraditionē, deo de bitum ſibi exigente ab hominibus cultum & ſuorum obediētiam p̄ceptorum. ¶ Sed ſicut Pharaō decem plagis non adeo uictus eſt, ut filios Iſrael dimitteret ita diabolus decę p̄ceptorum legis obſeruatione non adeo ſuperatus eſt, ut homo in paradysum rediret. Igitur ſicut poſt inefficacem uirgam Moysi tandem agnus immolari iuſſus eſt, & tūc mortua ſunt primogenita Aegypti, & hac una plaga tactus Pharaō dimiſit populū, & ipſe cū reliquis Aegyptiſ perſe quens tranſeuntes, in mari rubro ſubmerſus eſt: ſic poſtquam conſtitit qđ nihil ad perſe cū adduceret lex, agnus dei Chriſtus immolatus eſt, & in morte eius primogenitiū, id eſt originale peccatū deletū eſt, & in mari rubro baptiſmi Chriſti ſanguine rubētis, actualia quoq; peccata cū diabolo penitus abſorpta ſunt. ¶ Luna ergo decima (ut dictum eſt) dñs Chriſtus uerus agnus, p̄cepto patris obediēs, ciuitatem Hieruſalē paſſurus ingreſſus ē. Sed nec ipſe

Exo. 12.

Pharaō nō decę plagis ſed agni ſim molatione uictus eſt.

1. Cor. 10
Explanatio illi figure.

Exo. 7.

Rom. 5.

Nō lex, ſed agn⁹ Chriſti diaboli uic.

Heb. 7.
Coloſ. 2.
1. Cor. 10

ingreſſus eius, uacat à myſterijs. Quocunq; enim uerus hic ſol procedit, ſimilitudines eius, quam operatur, ſalutis quaſi umbras interiecto corpori ſimiles reddit: Veniens igitur ad paſſionem, uideamus quas iacat umbras fulgide miſericordię, cuius in multitudinē benedictus aduenit. Primum à morte Oliueti, duos mittit diſcipulos in caſtellum, quod erat contra ipſos, ut afinam illic alligatam, pullumq; eius ſoluentes ſibi adducerent, & cætera. In his proſecto quę utilitas in ſanguine ſuo, quiſ fructus ſuę paſſionis, ad quam ueniebat, myſtice p̄ſignauit. ¶ Aſcendens enim propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatus, ad dexteram patris, qui eſt mons Oliuarum, id eſt, pater miſericordiarum, & deus totius cōſolationis, deus pacis, ſonſq; & origo luminis, atq; inde dādo hominibus dona, miſſurus erat apoſtolos ſuos, Iudaicum atq; Gētilem, ab erroris ſtultitia, peccatoꝝq; oneribus abſoluerent, & adducto ſibi humano genere per fidem, ipſe ſuperſedēs, iuxta quod ſcriptū eſt, & equitatus tuus ſaluatio, in cœleſte Hieruſalem animas induceret, turbis angelorū cum laude occurrentibus, palmasq; uictoriarum cum ramis oliuarum, quę ſunt pacis in ſignia, ſubleuantibus.

Math. 21

Hebræo. a

1. Cor. 8

Abac 2

Quod propter proceſſionem palmarum, dominicalis proceſſio non ſit omittenda. **Caput VIII.**

Diligentibus euangelicę authoritatis inſpectoribus recte complacuit, ut cum hodierna proceſſione palmarum, qua proculdubio redemptoris noſtri recolimus paſſionem, non computent illam, quę dominicalis eſt, qua ſingulis dominicis glorioſam eiſdem commemoramus reſurrectionem. Conſtat enim quod contraria ſue repugnantia non poſſint ſimul uno eodemq; actu conuenienter exhiberi. Hęc autē manifeſte diſſident, ſibiq; contraria ſunt. Quid enim magis contrarium, qđ triftitię gaudii, morti uitę, occaſui reſurrectio. ¶ Singulis dominicis à prima ſabbathi, qua dñs reſurrexit, dedicata, hoc nobis proceſſionis ordine ſignificamus, quod in Galilæam, id eſt, in trāſmigrationem, ad uidentem dominū cum apoſtolis eius exire debeamus, ſcilicet ut non ſimus uetuti homines qđ fuimus, ſed in nouitate uitę ambulemus. Vnde ſemper in huiusmodi proceſſionibus p̄gelatos noſtros p̄euntes, quaſi dñm in Galilæa ſequimur, & locus ipſe, quo proceſſionē ſu prema ſtatione terminamus, recte à nobis Galilæa nuncupatur. ¶ Hanc uero annuam palmarum proceſſionē, nemo qui neſciat paſſionis eſſe p̄contū, & illud nobis ob recreationē deuotionis actu renouari, qđ pueri Hebręorū tollentes ramos oliuarū obuauerūt dño clamātes & dicētes: Oſanna in excelsis. ¶ Rectius igitur faciunt hi à quibus accepimus ante tertiam memoriam dñicę reſurrectionis quę per totum annū occurrit de more peragētis ſicut in ceteris dñicis, & poſt tertiam cum proceſſione palmarū, dñicę paſſionis efferentes ſacramentū.

Dugieri de hęc proceſſio in die palmarū.

Proceſſio dñicalis, & reſurrectionis eſt. Roma. 6

Proceſſio palmarū, paſſionis eſt.

Quod hæc maior hebdomada mūdancę creationis hebdomada reſpōdeat. **Caput IX.**

Magnū illud eſt & admiratione dignum, quod die dominica quę prima eſt, in qua creationem mundi cœpit deus operari, ingreditur ſaluator ad laborem paſſionis, & per totam hanc hebdomadam, quę maior hebdomada dicitur, ſalutem hominis operatus eſt, quot diebus hominem & quicquid propter hominem creauit, in mundo diſpoſuit. Et prout operum diuerſorum, creatione, aliq; plus, aliq; minus, rerum et officiorum diuerſa quantitate conſecrati ſunt. Primus hic dies, qua cum tāta claritate opus ingreditur ſaluiferę paſſionis, dignitati illius reſplendet, in qua dixit: Fiat lux & facta eſt lux. Et de ſingulis cæterorum ſuo loco dicitur, nunc de huius diei officio pauca perſpiciamus.

Sicut fuerūt ſex dies creationis, ita & paſſionis ſex celebrantur.

Gene. 1

DE Miſſa eiſdem diei. **Caput X.**

Illa domini noſtri traditio, qua pater illum tradidit, ſicut Apoſtolus ait, qui proprio ſilio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: ita, inquam, traditio, materia uel cauſa tam magni tamq; ſolemnis eſt officij. Hac enim die pater illum tradidit, in eo, quo lex uoluntate patris in manus inimicorū uenit, qui hæcenus multoties cum ſeditione quæreretur, omnes eorum fruſtra uerat impetus. Obediēs nanque uoluntati patris, calicem paſſionis bibere uenit, & cum caro infirma eſſet ad bibendum, ſpiritu promptu dicebat: Veruntamen non mea uoluntas, ſed tua fiat. ¶ Quia ergo pater illum hac die tradidit, & calicem paſſionis dedit illi, recte paſſio legitur cum eiſdem, cum quibus exceptus eſt, palmarum ramis, totiꝝq; officio uenerandam ipſa p̄buit materiam. Nam ex eo quod ait pendens in cruce, deus meus deus meus, ut quid dereliquiſti me, cōſtat uice ſimum primum palmarum totum ex ipſius eſſe perſona conſcriptum, propter quod hac ipſa die pene totus in eiſdem nihilo minus perſona decantatur. ¶ Primum in introitu, domine ne longe facias auxiliū tuum à me, orat ipſe qui tanquam uermis & non homo abſque ullo reſpectu, leuiter conculcabatur, propter nos relictus ad tempus, orat, inquam, patrem, ne elonget auxiliū ſuum, id eſt, feſtinet reſurrectionē ſuam, & à poteſtate eorum, qui ſunt unicornes, id eſt, ſingularis ſuperbię, liberet humilitatem ſuam. ¶ Deinde in tractu hoc ipſum amplius egit ipſe noſter Dauid, ſe-

Roma. 8

Math. 26
Paſſio legitur hac die

Introitus. Pſal. 21

Tractus.

cundam titulum eiusdem psalmi tendens in finem, id est, in victoriam, pro assumptione matutina, id est, pro resurrectione, ut fiat ualde mane, sicut & facta est, cum adhuc tenebre essent ad monumentum. ¶ Epistola quoque non dubio passionem legendam præcurrit præconio. Nam quod orat dominus secundo in passione dicens: Mi pater si non potest hic calix transire, nisi bibam illum: quod summus deus in summa humilitate hominis illuditur, cõspuitur, dorsum suum dat percutientibus, & genas suas uellentibus, & cætera patienter fert, obediens uoluntati patris usque ad mortem crucis, hæc omnia nobis Paulus in epistola manifeste proponit imitanda dicens: Hoc sentite in uobis quod & in Christo Iesu, & cætera. ¶ Item in graduali, dum dicit: Tenuisti manũ dexteram meã, & in uoluntate tua deduxisti me, pulcherimẽ illud insinuat, quod deus pater, quasi leua manu sua dexteram illius tenuerit, id est, diuinam potẽtiam eius, ne se defenderet, quodãmodo compressit, & in potestate inimicorum, id est, in ciuitate Hierusalem, in uoluntate sua deduxerit. ¶ Quæri potest, cur graduale hoc cantetur hoc die, cum non totum eius personæ conueniat. Neque enim illi congruit, ut dicatur: Mei autem pedes moti sunt pedes & pene effusi sunt gressus mei. Sed sciendum quia psalmus, de quo sumptum est, correptio illorum est, qui pro sollicitate corporis, & prosperitate uel lassuetudine rerum temporalium, deum tantummodo laudabãt. Huiusmodi autẽ laudes non de fecerant, priusquã dñs noster rex omnium seculorũ adueniret, & ex his quæ passus est, cõfirmaret nos, ne scandali zaremur, malos prosperari, bonis autẽ non recte succedere, uidentes. Quis enim iustus uidens ipsam iustitiã esse crucifixã ab his, quorũ iniquitas quasi ex adipe prodit, qui in labore hominum nõ erant, & cum hominibus nõ flagellabantur: quis, inquam, iustus, cum sibi aliquid simile acciderit, dicat iam, ergo sine causa iustificauit cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Nam si narrauerit sic, ecce nationem filiorum dei, imò ipsam filiũ dei passionem reprobauit. Bene ergo in ostensione flagellati & crucifixi iusti cantatur: Quã bonus Israel deus relictis corde, ut non mouerant pedes nostri, id est, ratio & iudicium nostrum, quando pacem peccatorum uidemus. ¶ Offerenda quoque cum uersibus sumpta de psalmo hexagesimo octauo, qui totus ex persona saluatoris orantis in passionis agone conscriptus est, indicat cum quanto desiderio charitatis illa susceperit, quæ in passionis serie prælecta sunt, dum dicit: Improprium expectauit cor meum & miseriam, improprium scilicet in uerbis expectauit, id est, desiderauit cor meum, & miseriam, scilicet in factis. Et sustinuit, id est, expectauit, qui simul contristaretur, uidelicet de perditione sua mecum doleret, & non fuit subaudiri: qui id faceret, consolantem me quæsiuit, id est, bene operantem per poenitentiam, & non inuenit. Et de derunt in escam meam fel, hoc est, amarus se mihi reddiderunt, & cætera.

DE Feria secunda hebdomadæ sanctæ. Caput XI.

Feria secunda minus ornata uidetur cæteris huius hebdomadæ diebus, quarum ornamentum officia, lectione passionis uel cæteris dominicæ mortis insignibus purpurata sunt. Nec mirumnam & eius primæ hebdomadæ, qua cuncta creata sunt, cuius hæc similis est, ut supra dictũ est, dies secundus, minus aliquid quam cæteri, creatoris placito commendatur. Cum enim dixisset, fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, nõ est additũ (sicut in operibus cæterorũ dierum) & uidit deus quod esset bonum. Hoc enim in septuaginta quidẽ additum est, sed in Hebraico non habetur. In hoc quoque, ut ait Hieronymus, binarius numerus infamatur, quia primus ab unitate degenerat, & diuisionis inerior est. Et quia diuisio aquarũ superiorũ atque inferiorũ, diuisionem significat bonorũ & malorum, quibus iustam, tamẽ propter poenam ipsorũ, qui diuiduntur, malam, ipsarũ diuisio secunda die facta est, ipsumque quod dicimus secundũ, à binario non uoce, sed sensu proficiscitur recte iuxta Hebraicã ueritatem nõ est additũ in opere diei secundi, & uidit deus quod esset bonũ. Igitur cum secunda dies mandatæ creationis, laude operis minus illustrata sit, non mirũ est quod huius hebdomadæ, quæ illam respicit, secunda dies minus passionali officio purpurata sit. ¶ Habet autẽ Euangeliũ huius diei, quod exceptum cum ramis palmarũ ciuitatẽ Hierusalem ingressus est. Et cum gentiles eum uidere uellent, utpote salutẽ suam, de quo Iacob lóge ante prophetauerat, dicens: Et ipse erit expectatio gentium, & propter hoc granũ frumenti figurate se appellasset mortificandũ infidelitate Iudeorũ, multiplicandũ fide populorũ, cum, inquam, clarificationem suam salutẽ gentiũ diluiscere postulasset, orans ad patrẽ & dicens: Pater saluifica me ex hac hora, pater clarifica tuum nomen, uenit uox de cœlo dicens: Et clarificaui, & iterum clarificabo. ¶ Et quia uoluntati obediens, in manus quærentium animã suam tradidit seipsum, ueniens in sæpe dictam ciuitatem: Bene hæc prophetica lectio præmittitur: Dominus deus aperuit mihi aurem, scilicet ut uoluntati eius obedirem, ego autẽ non cõtradico, retrorsum non abij: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus & cætera, quæ ad hoc consonant, quod pari nõ refugiens pro salute mundi, seipsum tradidit. Ad hoc autẽ quod in Euangelio sese orat clarificari, scilicet gloria resurrectionis, cuncta membra cõsonant officij, quo se eripit, seque nocentes atque impugnantes, iudicari postulat atque expugnari.

De feria tertia. Caput XII.

Feria tertia legendam passionem bene præcurrit Hieremiæ lectio, quia in psona eius dicit. Tu domine demonstraisti mihi & cognoui, tu ostendisti mihi studia eorum, & ego quasi agnus, qui portatur ad uictimam, & non cognoui, quia concitauerunt aduersum me consilia dicentes, Venite mittamus lignum in pane eius & conteramus eum de terra uiuentium. Tu domine Iabaoth qui iudicasti iuste, & probas renes & corda, uideam quæso uitionem tuam ex eis. Nam per hos dies usque in quartam feriam, hæc studia, hæc illorum consilia magis ac magis feruecebant, sed metuentibus, ne forte tumultus fieret in populo, facultas deerat. Nam ipse dominus noster, diebus quidem (ut ait Lucas euangelista) erat docens in templo, noctibus uero exibat in montem, qui uocatur Oliueti, & omnis populus magnificabat eum in templo. Et in tantum nulli unquam adulatus est (ut ait Hieronymus) ut in magna & ampla ciuitate uel unius noctis, hospitium nunquam haberit. ¶ Et quomodo superbissimus Aman erecta cruce in domo sua, quam parueraat Mar docheo, quærebatur oportunitatem, qua suggereret regi de illo mane, ut appenderetur in cruce inuito consilio in domo sua, id est, in cordibus Iudeorũ, dicendo: Venite mittamus lignum in pane eius, id est, cruce in corpus eius, quærebatur oportunitatem, ut Romanæ potestati traderet Iesum. Uitionem ergo uidentes ex eis, ut in epistola dictum est, gloriamur in cruce domini nostri Iesu Christi. Nam is a quo consiliũ acceperunt, ut mitterent lignum in pane eius, eodem ligno transfixus & spoliatus est, ut crux Christi gloriosa, à pœna reorum subleuata est in frontibus imperatorum. Itaque ut in Introitu cantamus: Gloriarı nos oportet in cruce domini nostri Iesu Christi, cætera quæ sequuntur in officio, manifeste uerba sunt personæ eius agonizantis, & resurrectionem suam exorantis.

De quarta feria. Caput XIII.

Feria quarta uenditio capitis nostri, totius corporis ecclesiæ, contritionis & humilitatis inuitate principum est. Hac namque die abiit Iudas, & locutus est cõ principibus sacerdotũ & magistratibus, quemadmodum Iesum traderet eis. Et gauisi sunt, & patiti sunt illi pecuniam dare. Et spondit. Igitur pro eo quod ecclesia hac die capite diminuta est, deponit hac eadem die consuetudinem processionis suæ cultum, totiusque nocturni atque diurni psallendi post hanc diem, gaudium obscurat usitatum. Sed & per totũ anni circulũ in poenitentiali obseruatione ieiuniorũ, propter causam supradictam, quarta feria post sextam in qua dominus noster crucifixus est, scdm obtinet gradum. ¶ Nunc in officio huius quartæ feriæ, quia præ cæteris sacra dispositione præfulget, immo quia pene totũ uenditio capitis nostri, lucuosa uox est, paulisper immorari libet. Primoque hoc dicendũ, quod geminas lectiones, longumque ac lugubrem, pro secundo gradualı tractum, propter iam dictã uenditionem, præsentis die meruit officij, cunctaque officij membra reuerentiæ domini orantis, & in facie suã prostrati uenerabiliter subseruiunt, de quo hac die legitur in passione secundũ Lucã, hoc modo. Et ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis, & positus genibus orabat dicens: Pater, si uis transfer calicẽ istũ a me. Et factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius, tanquã guttæ sanguinis decurrentis in terram, Apparuit autẽ illi angelus de cœlo confortans eũ. ¶ Et quidẽ cæteri quoque euangelistæ orasse referunt eũ ad patrẽ, quod indubitanter minor est secundũ humanitatẽ, in qua etiã minoratus est paulominus ab angelis: sed hic disertus uirtulus, scilicet Lucas, uictimationẽ salutaris uirtuli elegantius prosequens, ex habitu eius in infirmitate nostra orãtis, magis ammirabile mudo & angelis & hominibus præbet spectaculũ. ¶ Unde contremiscit ecclesia tantorũ mirabiliũ cõtemplatrix, & in introitu quasi attonita repentino clamore concrepat. In nomine domini omne genu flectat, cœlestiũ, terrestriũ, & infernorũ, &c. Nimis omnium angelorũ hominumque dominũ prociidisse, & in sudore sanguinis agonizari uidẽs, humana corda hoc terrifico clamore percit, ne quis audeat stare rigidus & elatus: cũ ille tãtus in tã magna sese propter nos humilitate deiciens genua posuerit. Magnum piumque huius diei dignumque spectaculo mentium nostrarũ officij, quia borat sancta ecclesia, singulorũ corda filiorũ, ad tãtã rei præsentia, p cõtemplationẽ reducere, & per uoces apostolorũ atque prophetarũ quasi præsentium, & agonizantẽ dominũ, circũstantiũ in admirationẽ & cõpassionem excitari. ¶ Cõclamata namque (ut dictũ est) antiphona introitus, quæ de apostolo sumpta est, quod ualde rarũ est, pauca namque de nouo testamẽto sumpta sunt, priorius Elaias propheta desyderatissimus, huius dominicæ passiois expectator & præco, quasi plens accessit, & addit, ecce merces eius cũ eo, & opus illius coram illo. Pulchre satis breuiterque cõmendans, & opus passionis, cui intẽdebat, & mercedẽ gloriæ uel honoris, quo coronãdus erat p diuinitatẽ, quæ cũ eo est, scilicet in unius eiusdemque unitate personæ. Statimque admittas illius habitũ, quæ est (inquit) iste quæ uenit de Edom. i. de sanguineis siue terrenis Iudeis, in cunctis uestibus, id est, membris corporis quæ sunt uestimẽta diuinitatis tincta.

Lectio prophetica. Hierem. 11.

Luc. 11

Aman tyrannus diaboli. Hester. 5

Galat. 5.

Dies in quod uenditio est Christi.

Officiũ huius diei lucuofum

Luc. 22.

Lucas uirtu uisidertus. Psalm. 6.

Introitus cũ clamore. Philip. 3

Lectio prophetica. Esa. 62.

Idem. 63.

**Bofra ciui-
nas i Moab.** ex purpura sanguinis. Tinctis, inquit, uestibus de Bofra: ¶ Bofra interpretatur firma atq; mu-
nica, significatq; ciuitate hierufalem, quam ipse qui ab illa cruceratus est dñs, suo quondã auxi-
lio magis q̄ muros ambitu firmauerat atq; munierat. Est aut ciuitas in Moab. Quo nomine
fortiter Hierosolymitanos percussit iudeos. Cõsequitur em̄, ut ipsi Moabite sint, ut uere sunt.
Iohan. 8 Moab quippe interpretatur ex patre. Et dñs cum dixisset iudæis, si filij Abrahæ estis, opera
ntiq; Abrahæ facite: nunc autẽ quæritis me interficere, hoc Abraham non fecit, subsecutus
adiunxit: Vos ex patre diabolo estis. Itaq; cum dixisset, quis est iste, illo respondente ac dicen-
te: Ego qui loquor iustitiã, & propugnator sum ad saluandũ. Rursus interrogat: Quare ergo
rubrum est indumentũ tuum, & uestimenta tua sicut calcantiũ in torculari? id est, cum tu lo-
queris iustitiã, quare cruceratus es pressura crucis? At ille, torcular, inquit, calcavi solus, subau-
ditur pro omnibus, ut omnes liberaretur. ¶ His auditis ecclesiæ chorus, sciens agonẽ dñi, su-
doremq; sanguineũ, & orationem pro se, imò suam esse, suas adiungit uoces nec tamen loquit
pluraliter, eò q̄ una sit persona cum Christo, tanq̄ corpus cum capite suo, succinitq; gradua-
le. Ne aurtas faciẽ tuam à puero tuo, id est, à me, qui sum puer tuus, id est, seruus tuus, quoniã
tribulor, scilicet pro te, uelociter exaudi me, id est, refuscita me. Saluũ me fac, quoniã aqua, id
est, iudæi, qui semper sunt in motu inuidiæ, intrauerũt usq; ad animã meã, id est, eouitq; ut me
occidant, inter quos commorãs, infixus sum in limo profundi, qui ita sunt, quod non est sub-
stantia, quia uerũ esse amiserunt. ¶ Itemq; altera lectioe eiusdẽ prophete de clamata, quam il-
le, cum eloqueretur præuidebat eum spirituali oculo in eodẽ schemate, in quo nunc ab Euan-
gelista, repræsentatur, scilicet non habentẽ speciem neq; decorẽ, ascẽdentem scilicet uirgultũ,
& sicut radicẽ de terra siccanti despectũ, & nouissimũ uiroẽ, uirum dolorũ, & scientẽ in hirmi-
tatem, uulneratũ propter iniquitates nostras, & attritũ propter scelera nostra, cum sceleratis
reputatũ, & pro transgressoribus exorantẽ. ¶ Hac, inquam, lectioe pronuntiata, sit quod
nunq; alia die per annũ agitatur præter hanc feriã quartã, & magnũ diem Parasceuen, & præ-
ter sabbatha quatuor temporaliũ ieiuniorũ, scilicet q̄ epistolã aut alleluia, si ratio tem-
poris graduale submoueat, qd̄ sit per dies Pentecostes. Causa autẽ hæc est, quia musicus ille,
qui dixit: Cõtãuimus uobis & nõ saltastis, lamẽtauimus & nõ plorastis, cuius cõtationi, alle-
luia, quasi saltatio: lamentationi uero graduale, quasi ploratio pœnitentiæ responderet, sicut
suo loco iam dictũ est: ille, inquam, musicus his diebus auferitur. Nam feriã quartã uẽditur, fe-
ria sexta sequenti crucifigit. ¶ Sed die Parasceue singulas lectioes, singuli tractus subseque-
ntur. Hac autẽ die, quia uẽditus licet, tamen adhuc cum discipulis habebatur, unus tantum tra-
ctus pro graduale tanq̄ imperfectus adhuc luctus assumitur. Quod autẽ tractus lugentium
sit, magisq; luctui cõgruatq; graduale, qd̄ est pœnitentiũ lamentũ. Illud cõprobat, qd̄ non cũ
alleluia ut graduale, sed pro alleluia canit̄ his diebus, quibus morte, quæ subintrat in mun-
dum per inuidiã diaboli, id est, à septuagesima usq; in Pascha lugemus. ¶ Tractus autẽ hic de
Psalmo centesimoprimo est, qui rei & tẽpori ualde cõgruit. Nam & titulus ad articulu tẽpo-
ris pertinet, quo uel in agoniã factus, proluxius orauit, sanguineo sudore madens, qd̄ signum
erat sanguinis plurimi cæde martyru effundendi, uel quo pro transgressoribus orauit, dicẽs:
Pater dimitte illis, nõ em̄ sciunt quid faciunt. Itemq; pater in manus tuas cõmendo spiritum
meum. ¶ Sic em̄ se habet titulus: Oratio pauperis cum anxietate, & corã dño effunderet pre-
cem suã. Pauper hic ipse est, qui ut ait Apostolus, cum diues esset gratia sua propter nos ege-
nus factus est. Cum hoc ergo pauper pro nobis orãt, cuncti pauperes spiritu, qui corpus unũ
cum illo sunt, illo præorante, pariter orãt. Aureumq; thuribulũ immaculati corporis tenentũ
huic summo angelo, suẽq; orationis incensum præferẽti, suaru quoq; chorus noster, orationũ
in cẽsa certatim simul inicit, dicẽdo ac repetendo: Dñe exaudi orationẽ meã, &c. Lecta quoq;
passione, sacrificiũ eiusdẽ iteratã orationis in offerẽda subiicit. Cõmunio quoq; de eodẽ Psal-
mo est: Potum meũ cum fletu temperabã: ut aduertas totũ hunc Psalmũ in persona eius esse
conscriptũ. Qui, ut ait Apostolus, in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eum, qui il-
lum saluũ facere possit à morte, cum clamore ualido ac multis lachrymis offerens, exauditus
est pro sua reuerentia. ¶ Illud ad summũ nõ prætereundũ, qd̄ hac die cõuenienter hic sol ius-
titiæ ad nostrã salutẽ uẽditus est, quia in illa mĩsdanæ creationis hebdomada sol iste uisibi-
lis ad lucendum mundo formatus est. Et o uere mira diuinæ gratiæ dispositio, Magna & mi-
ra charitatis unicæ dignatio. Sic pro nobis perditis dignatus est pati, ut pro uẽditis quoque
nõ dedignaret uenundari. Venditi quippe fueramus nos uenditione miserabili, sicut & ipse
per prophetã dñs dicit: Gratis uenũdatus estis, & sine argẽto redimemini. Vera & diuini põ de-
ris sentẽtia. Gratis, inquit, uenundati estis, id est, falsis promissionibus decepti. Quid em̄ saltẽ
tẽporalis emolumentũ miser assecutus est homo, pro eo quod recessit à deo seipsum tradẽs dia-
bolo? Et sine argẽto redimemini. Quid em̄ captiua filia Syon, pro redemptione tua dedidisti?
Nullis præcedentibus meritis, sed sola gratia, Christus uenditus, uenundatos redemit.

DE fe.

DE FERIA QUINTA, QUAM CENAM DOMINI NOMINAMUS. **Caput XLVII.**
Eria quinta, quam cenam domini nominamus, partim lætarum, partim tristem uari-
atur commemoratione rerum: & secundum utriusq; habitus, lætitiæ scilicet ac tri-
stitiæ distantiam, regulatium quoq; officiorũ, diuersas ac pene cõtrarias retiner qua-
litates. Missa namq; integrum, & ualde festiuũ, imò plus q̄ usitatum habet officium:
per regulares autẽ horas, neq; festiuũ, neq; more usitato, integrum deo debitũ reddimus ser-
uitium. singulis horis capita, id est, initia præcidimus, fines quoq; earum sub silentio abscon-
dimus: missa uero & plenarie solenniterq; perficitur, & per manus pontificis, multiplicibus
pietatis sacramentis singulariter scõcundatur. ¶ Et sicut die quinta in hebdomada mundanẽ
creationis, genus ex aquis ortum, partim gurgiti remissum, partim in aëra leuatum est, ut sit
pe una prodita, diuersa raperet loca: sic feria quinta huius hebdomadæ, qua sumus recreati,
sacramenta unius eiusdemq; salutis, partim nos deprimũt in tristitia, partim leuant in gau-
dium. Ut pro una salute edita ualde diuerso cultu uel habitu celebrentur mysteria. Causas et
go iuxta textum requireres Euangelicum, ab his quæ læta sunt, sumamus initium.
Cur solennis sit missa eiusdem diei. **Caput XV.**
Solennitatis, qua prædictæ diei missa, tristes inter horas exultat, sicut medias inter ne-
bulas, sol interdum subruat. Causa hæc est: quod dominus Christus sanctus sancto-
rum, cui à patre, cum iuramento dictum est: Tu es sacerdos in æternum secundum or-
dinem Melchisedech. Ipse pontifex, ipse & hostia, noui nobis sacrificij ritum instituit,
qua nocte trãdebat accipiens panem, & calicem uini, benedicensq; ac dicens: Hoc est cor-
pus meum, hic est calix sanguinis mei. ¶ Tũc enim primum officio sui sanctus est sacerdos,
sinem imponens sacerdotio ueteri, & post eum agni typici seipsum, qui uerus est agnus, deo
patri, suis offerens manibus: atq; hoc est, quod Apostolus ait, quia non per sanguinem hirco-
rum aut uiculorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, & tẽpore demp-
ne inuenta. ipsum namq; corpus, quod occisum est ab impijs, ipsum eundem sanguinem qui
in cruce fusus est, ipse tunc sempiternus sacerdos obtulit, & de quo alio loco dictum est, cum
illum iudæi lapidare uellent, Iesus autem abscondit se, & exiit de templo: uere de tem-
plo iudeorum exiit, & eorum sacrificia dereliquit, seq; in sacrificio panis & uini ita abscondit,
ut ab impijs omnino agnosci non ualeat quid ibi sit. ¶ Igitur quia uerum sacrificium hodie
contradidit, nouumq; testamentum suis hæredibus moriturus suo sanguine cõscripsit in spi-
ritu humilitatis & in animo contrito, sicut ipse dicit: Tristis est anima mea usq; ad mortem: re-
ste in medio tristitiæ, quæ per omnes horas significatur. Sola missa solennem concentum, læ-
tumq; ministrorum altaris ineret ornatum, & ne quid uenustatis sancto sacrificio desit ut
pote in die suæ institutionis. Gloria in excelsis quoq; à pontifice decantatur. ¶ Et quisq; pon-
tifex, quicquid sui est officij, debet hac die de integro perficere. Itaq; pœnitentes ecclesiæ re-
stituit, oleum benedicit, chrisma conficit, quo signati testimonium accipientes spiritus sancti
dicimus deo: signatum est super nos lumen uultus tui. ¶ Venerabilis & pius est ordo conse-
crationis: sed si causas eorum, quæ in eadem consecratione aguntur, uel tenuiter inspexeris,
multo amplius intima pietatis pulchritudine delectaberis. Ordo quippe ipse ab omnibus ui-
detur, sed nos iuxta propositum, causas quæremus. Quid ergo chrisma significet, aut quid il-
lo in nobis agatur, uel cur hac die consecretur, quid uerũ mysterij consecrationis eius ordo cõ-
tineat, ueri luminis largitore præeunte, considerare cupimus.

DE CHRISMATE. **Caput XVI.**
Christus Græce, Latine dicitur unctio, à quo nomine dñs noster Christus, id est, un-
ctus nuncupatur. Chrismate ungendũ, primus Moyses instituit in Exodo, quod &
iubente dño composuit, & eo primũ Aaron & filij eius uncti sunt. Eratq; eo tempo-
re mystica unctio tantum in regibus & sacerdotibus, qua Christus rex summus &
sacerdos uerus præfigurabatur. ¶ Sed postq̄ per seipsum ueniens Christus dei filius, à deo pa-
tre cõlesti, & uero ungento est delibutus, iam non soli pontifices & reges, sed & omnis eccle-
sia unctioe chrismatũ per impositionẽ manuum consecratur. ¶ Quod solis debet episcopis,
cõsignent, & spiritum paraclitũ tradant. Quod nõ solum cõsuetudo ecclesiastica demon-
strat, uerũ & illa lectio Actoꝝ Apostoloꝝ, quæ asserit quibusdã in nomine dñi Iesu baptiza-
tis per impositionẽ manuũ Pauli apostoli datũ esse spiritũ sanctũ, ut ubi legit: Et cũ imposuif-
set manus illis Paulus, uenit super eos spiritũ sanctus, & reliqua. Itẽ in alio loco scribit, q̄ apo-
stoli Hierosolymis Petru & Iohannẽ miserũt Samariã, ut iam baptizatis traderet̄ spiritũ san-
ctum. Tunc imponebant illis manus & accipiebãt spiritũ sanctũ. Vbi aperte dat̄ intelligi, solis
pontificibus, apostoloꝝ uicarijs debet, ut cõsignent, & paraclitũ tradant. ¶ Legitur autẽ in
gestis põsticalibus, q̄ syluester papa cõstituit, ut baptizatũ linat presbyter chrisma, leua-
tum de aqua, propter occasiones transitus mortis, ne propter absentia episcopi, & difficultatẽ
eum consequendi, sine manus impositione baptizati migrent. Presbyteris itaque chrisma te

F 4 baptiza-

Missã in his-
ticia, horæ
in tristitia
hoc in die
canuntur.

Psal 109
Matth. 16
1. Cor. 11

Christus in
cenã tunc
primum sa-
cerdotio
consecutus est
Hebræo. 9

Iohannes

Verũ sacri-
ficiũ in cen-
nã traditũ.
Hebræo. 9
Matth. 26

Officiũ cu-
iusq; ponti-
ficis.
Philip. 4
Ordo cõse-
cratiõis pi-
us ac uene-
rabilis.

Exodo 10

Oes Chri-
ni uncti.
Cõsignare
episcopis
propriũ e-
Acto. 19. 6

In baptizã
do in iugẽ
presbyteri

baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratu nō tamen in frontem (quod solis debetur episcopis) sed uerticem. ¶ Forte aliquis dicat: Quid mihi prodest post baptismum mysterium, mysterium confirmationis? Nam si post fontem, adiectione noui generis indigemus, quantum uideo, non totum de fonte suscepimus. Non ita intelligendum est. Nam quid prodest si quisquam parentum, magnum paruulo conferat hereditatem, nisi prouideat illi tutorem? Paracletus quippe regeneratis in Christo, custos & consolator, & tutor est, qui possent suadente diabolo, sicut paruuli facultatem, perdere baptismi utilitatem, si hunc non haberent tutorem. ¶ Igitur chrisma spiritus sancti signum est, cuius & uirtutem continet. Et pulchre spiritu sancto, per hanc speciem, suam nobis placuit dare gratiam. Fructus namque & pinguedo est oleæ quæ arbor pacis & luminis ministra est, cōmixto balsamo, cuius arbor odorifera una est & præcipua arborum aromaticarum. Sanctus autem spiritus diuinæ substantiæ pinguedo est, ita ut quicumque ex eo refectus fuerit, dicat: Impinguasti in oleo caput meum. Et balsami odor in oleo, suauitatem eiusdem spiritus sancti significat, quia cunctos qui nolum, id est, uirtutem habent discretionis, bono odore allicit, & suum appetentes efficit. Quem quicumque accipiunt cum Apostolo dicunt, Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Bene ergo spiritus sanctus qui propter nos iccirco agit uisibilia, quo per hæc facilius capere queam⁹ inuisibilia, per hoc simile, suam nobis suauem & odoriferam infundit gratiam.

Quod recte hac die chrisma consecratur. Caput XVII.

Norum est hunc diem, quartumdecimum diem primi mēsis referre, quo agnus immolari ad uesperam iustus est, & de sanguine eius, uterque postis signari, & superliminare domorum, in quibus comedendus esset, ut eo signo uiso, exterminator Aegypti, sacri conuiuij domos intactas præteriret. Cōstat autem ideo frontibus nostris ex ipso chrismate imprimi signum crucis Christi, ut exterminator diabolus in domibus animarum corporumque nostrorum ius nocendi nullum habeat, & hoc illius typici agni sanguine, quo postes signabuntur, fuisse præfiguratum. Recte ergo qua die figura tantum illud agebatur, nobis hoc presentis rei sacrum solenniter conficitur. ¶ Secundum hanc similitudinem consequens uideretur, ut hac ipsa nocte domus eorum, in quibus agnus comedendus est, id est, frontes eorum, in quorum mentibus fides agni dei Christi reconditur, sacro chrismate signarentur. Quod recte uideretur, si hac eadem nocte, Paschale conuiuium celebrare conueniret cum eo quod lugemus, scelere Iudæorum. Nunc autem licet dominica passio, salutis nostre summa sit, rationabiliter tamen sancta ecclesia diem illum, in quo passus est, lucui potius & silentio dedicauit, & gaudium solennitatis eiusdem, qua sumus redempti, usque in diem tertium, quo uictor ille resurrexit, differendum censuit: ut tunc demum, pro recuperata animarum salute, quæ sexta feria patrata est, & profutura corporum resurrectione, quæ illo resurgente prima sabbathi nobis donata est, conuiuium paschalis agni celebremus in domibus nostris, dicentes: Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur in azymis sinceritatis & ueritatis. Rectius ergo sumētes illud, unde postes nostrarum frontium signemus, quiescimus usque in uesperam sabbathi, quæ nobis est uespera paschalis conuiuij, & tunc signatis frontibus baptizatorum, qui uerum Pharaonem, scilicet diabolum effugiētes, per mare rubrum baptismi ad eum tendunt, illud nostrum in uoce exultationis & confessionis inchoamus conuiuium. ¶ Et si quæras cur non ipsa quoque chrismatum consecratio dilata est, ideo scilicet quod ab hac feria quinta usque in uesperam sabbathi, qua hora utēdum est chrismate uacamus a missarum solennijs. Ipsum autem chrisma, non nisi inter missarum solennia, eo loco, quo pacem accipimus, fas est consecrare. Et ante hæc, baptismum celebrari sabbatho sancto, ratio exigit, de quo dicendum est suo loco, id est, magno sabbathi sancti officio. Non igitur chrismatum quoque consecratio differri debuit aut potuit.

Quid mysterij contineat ordo consecrandi chrismatum. Caput XVIII.

Ineo loco, ubi solemus uas benedicere, consecratur oleum pro infirmis, concluditurque conclusionem, per quem hæc omnia domine semper bona creas, & cætera. Non enim proprium habet officium, id est, nec in capite uerba salutationis, hoc est, dominus uobiscum, nec in fine concluditur, ut cæteræ orationes, per dominum nostrum. ¶ Huius uero chrismatum consecratio, quæ dicitur principalis, quia ad eius unctionem, principalis tribuitur spiritus, id est, septiformis paracletus habet officium per se. Primo exorcizatur, deinde ad dominum uobiscum, & sursum corda, eius benedictio inchoatur, finiturque per dominum nostrum. Consecratur autem in eo loco, ubi pacem solemus inter nos dare, & hoc est opus diuinæ gratiæ, ut pax & cōcordia regnet in nobis. ¶ Duodecim presbyteri, qui ordinantur, circa episcopum, testes & auditores eiusdem mysterij, duodecim apostolos significant: quorum in præsentia summus pontifex Christus hodie testamentum conscripsit, totamque hereditatem salutis, suæque discessionis fructum, id est, spiritum paracletum ostendit, dicens: Nisi ego abiero, paracletus non ueniet ad uos, si autem abiero, mittam eum ad uos, eius namque gratiæ sacramentum,

rum, chrisma continet, qui ex quo mortis Christi pretio, quodammodo emptus & acquisitus est, cepit (quod ante nō fiebat) in remissionem peccatorum dari. Unde & paracletus tunc primum appellatus est, quia præ damnatis nobis in primo parente, peccatorum remissio sola paracletis, id est, consolatio est, quæ non nisi abeunte, id est, moriente Christo nobis unquam acquisita fuisset. ¶ Dicit libellus Romani ordinis de cōsecratione chrismatum. Continuo duo ampullæ in uoluntas ampullas cum syndone alba de serico teneant in brachio dextro, ita ut uideari possint à medio. Ampulla antequam ueniat ante episcopum ad altare, media eius pars est cooperata, & media nuda. Ampulla uero chrismate quodammodo significat corpus Christi sumptum ex uirgine, corporaliter in se habitantem, continens spiritus sancti plenitudinem. Quod antequam trāsiret ad altare crucis, aliquo tempore erat cooperatum, & aliquo nudum. Primum uero tempore erat cooperatum, quando ita fugit in Aegyptum, quasi non esset rex regum: & quando ita portatus est ad templum, quasi non esset omnipotens, & quando ita subditus erat parentibus, quasi non esset auctor parentum. In his, & similibus cooperatum latebat. Nudum erat, postquam miracula cepit facere, simulque prædicare, & se deum demonstrare, ut ego & pater, inquit, unum sumus. In his & alijs nudum erat. ¶ Ampulla uero postquam bene dicta fuerit, & ab altari redit, à pontifice & ministris altaris, uisibiliter & nuda salutatur, hoc significat, quod Christus postquam ab altari crucis transiit, præsentiam suam corporalem eis præbuit, quos testes sue resurrectionis esse uoluit. Quod ceteris, inuisibilis & cooperata ad salutandum defertur, significat, quod Christus rediens in cœlum, inuisibilis hominibus factus est: (ut ipse testatur) Exiui à patre, & ueni in mundum, iterum relinquo mundum & uado ad patrem. Nos uero quamuis corporalem eius præsentiam non uideamus, tamen uenerando eum quotidie salutamus.

Quod recte hac die poenitentes ecclesie restituantur. Caput XIX.

Omni quidem tempore, illa debent episcopi fungi legatione ad reconciliationem peccatorum, de qua Apostolus loquens cum dixisset: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, & posuit in nobis uerbū reconciliationis. Protinus adiunxit: Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam exhortate per nos. Obsecramus pro Christo reconciliamini deo. Maxime tamen hoc die, huiusmodi legatis, solenne est hac legatione fungi & peccatores, qui baptismum criminibus superductis perdididerunt, & propter hoc extra ecclesiam missi sunt, & sicut ablactatū super matre sua facti sunt: oblata reconciliatione, ultro in sinum matris eorum uocare, & ut ipsam reconciliationem libenter acquireret, suscipiat, palam & solenniter foras, egredietur obsecrare. ¶ Astiit enim hac die uultui dei pro nobis Christus pontifex summus in multitudine misericordiae, & sicut supra dictū est: Semel officio sacerdotij functus est, iradens sacramentū corporis & sanguinis sui, statimque sacerdos ipse, qui & hostia, caprus & ligatus ad passionem ductus est. Ut quid enim misericordia ligatus est, nisi ut miseros peccatores solueret poenitentes: Ut quid Christus, nisi pro impijs mortuus est? Cōmendat autē, inquit, Apostolus, charitatem suam deus in nobis: quoniam cum inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. ¶ Quamuis ergo à diuini bonitatis dei nihil temporis uacet, nunc tamen & largior est per indulgentiam remissio peccatorum, & copiosior per gratiam assumptionis renascentium. Augemur renouandis, crescimus reuersis. Lauant aqua, lauant lachrymæ. Inde est gaudiū de assumptione uocatorum, hinc letitia de absolutione poenitentium. ¶ Cuius peccatoris cor adeo frigore criminū induruit, ut non colliquecat calore pietatis, dum audit uocem sæpe dicti sacerdotis Christi, pro foribus ecclesie dicentis, per tubas suas rationales. Venite, uenite, uenite, filij audite me, tumorem domini docebo uos: Nam ut probemus hanc eius esse uocem, sumptum est hoc de psalmo tricesimo tertio, cui titulus inscribitur, Psalmus Dauid, cum cōmutauit uultum suum coram Abimelech, & ferebatur in manibus suis & dimisit eum & abiit. ¶ Est autē celeberrimum in scripturis sacris, & iam à nobis dictū est. Dauid, id est, manu fortem & desiderabilem qui fugiens persecutionem saul, uenit ad Achis, qui hic appellatur Abimelech, & coram illo immutauit uultum suum, & ferebatur in manibus suis, significasse dominū Iesum, qui coram Abimelech, quod interpretatur patris mei regnū scilicet coram Iudæis immutauit uultū suum, id est, sacrificandi ritū, quando immolato iam paschæ ueteris agno, sumētes panem & uinum ferebatur in manibus suis, dicens: Hoc est corpus meū, hic est sanguis meus. Hoc autē hac remissionis & gratiæ, die factū est. Cum ergo tantus pontifex, deo patri assistit, tenēs panē & uinum, & inuitat omnes ad corporis & sanguinis sui conuiuium, nullum iustum, nullum excipientem peccatorem, dicensque per ora pontificum. Venite filij audite me: cuius peccatoris uel saeuem peccus ad lamentū poenitentem non emolliatur? ¶ Magna uox inuitantis est, magnus & capax suscipientis sinus est, omnes ecclesie patent sanæ, ut ad uertas neque ab austro, neque ab aquilone uenientes, id est, neque iustos, neque peccatores debere prohiberi, quin accedant ad apertos diuinæ misericordiae fontes.

DE Lauatione pedum, simul & officio. Caput XX. Quod

Quid designat ampulla partim cooperata partim nuda. Coloss. 2. Match. 23. Luc. 2. Luc. 24. Iohan. 16. 1. Cor. 16. Psal. 130. Hebræo. 9. Christus reconciliator noster. Roma. 5. Vox sacerdotis ad poenitentes. Psal. 33. 1. Reg. 21. Dauid, dū immittaret uultū acie rebati manibus suis, typus Christi fuit. Cur tunc apertæ sunt oēs ianæ ecclesie.

Quod dominus & deus omnium, pedes lauit discipulis suis, dupliciter nos uidelicet morali pariter atq; allegorico sensu instruit. ¶ Si enim, inquit, laui pedes uestros, dominus & magister, quāto magis uos debetis alter alterius lauare pedes? Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Quomodo nos, cum simus puluis & cinis, non erubescamus rigidam ceruicem, & saturam, ad quam nemo nostrum cogitans cubitum unum potest adijcere, in contemptum nostri similitudinem erigere, cum audiuimus humani plasmatis opificem, solo flexis genibus curuatum, lauandis discipulorum se applicuisse uestigijs? Hoc igitur factum, ualidum contra superbiam nostram suæ humilitatis posuit exemplum. Quod ideo iam moriturus egit, ut eorum, quos suos describat hæretes, mentibus artius inhaereret. solent enim pijs & amantibus filijs artius inhaerere dicta uel facta, quæ pater moriens ultima dixit, quæ mandauit, quæ locutus est, quæ rogauit, aut iussit. ¶ Porro per hoc humilitatis opus, maius aliquid mystice significauit, quod ideo prætereundum non est, quia totum in de officium hodiernæ Missæ pendet. Per hoc namque quodammodo elocutus est, quia surrexerat à cena, id est, à conuiuio paternæ gloriæ & posuerat uestimenta sua semetipsum enim exinanauit, formam serui accipiens, & terrena carne nostra, quasi in thesaurio (cuius utiq; materia nascitur è terra) præcinctus sanguinem suum effudit uelut aquam in peluim, atque inde quotidie lauat pedes nostros, cum illum in remissionem peccatorum nostrorum sumimus. ¶ Pedes quippe nostros, id est, actus nostros quotidie necesse habemus lauare, quāuis semel loti per baptismum, toti simus mundi per fidem. Si dixerimus quia peccatum nō habemus, & sic lauare pedes nostros recusauerimus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Quāuis lotus, quāuis mundus esset Petrus, & si inquit dominus, non lauerit te, non habebis partem mecum. Cui par est illud, quod alibi dicitur: Nisi mādaueritis carnem meam, & biberitis sanguinē meum, non habebitis uitam in uobis. ¶ Secundum hunc ueracem, & a patribus approbatum huius euangelicæ lectionis sensum, recte illa de apostolo premititur lectio: Conuenientibus uobis in unum, iam non est dominicum cenam manducare, & cætera. Illic enim ostenditur, qualiter hoc sacramento lauamur, & non iudicium nobis manducemus & bibamus, uidelicet ut probe se quisq; nostrum: sic de pane illo edat, & de calice bibat. Nullo quippe alio modo melius à sordibus terrenis actuum purificamur, si non peccata nostra fouentes, sed odio habentes, & toto corde fugientes, ad hanc mensam accedimus. ¶ Quoties sancto altari assistimus, Christi utiq; personā, uicemq; gerentes, sicut suo loco iam dictum est. Nam & apostolus dicit: An experimentum uultus eius qui in me loquitur Christus? quoties hæc eius uerba super panē uinūq; esum dimis: Hoc est corpus meum: Hic est calix sanguinis mei, & cætera. Ipse minister speciosus & elegans, qui nō uenit ministrari sed ministrare, de Missa quodammodo atq; cōplicata imperij sui purpura, birrhuo substrictus byssino, totusq; ministrorum in morem expeditus, propinaturus nobis calicem salutis cum pane uitæ, aurum liquidumq; diuinitatis suæ superfundit pigmentum, atq; ita singulis subministrans haurientibus nobis in gaudio, in fudit usq; in interiores sensus animæ, purificatq; eos, qui terrena curantes (& si non penitus ea conculcent, tamen non possunt omnino euadere, quin ex aliqua parte uel leuiter sordidentur. Quod quanta charitate & humilitate faciat, ut sciremus, illud nobis sui corporis & sanguinis sacramentū traditurus, prius pedes lauit, sicut iam dictum est, per hoc simile, purificationem illam de centissime commendans. Recte ergo talis apostolica lectio, iam dicto præmittitur Euangelio. ¶ Quia uero postquam lauit pedes eorū, accepit uestimēta sua: & cum iterum recubisset dixit eis: Scitis quid fecerim uobis? & cætera apertè hæc offerenda sequuntur: Dextera domini fecit uirtutem, dextera domini exaltauit me. Non moriar, sed uiuam, & narrabo opera domini. Postquam enim ministrum nostræ salutis omne peregit, recepit uestimēta gloriæ & claritate, de qua dixerat orans in forma serui: Clarifica me tu pater apud te ipsum, claritate, quam habui, prius quam mundus esset, apud te: & recubens iterum in dextera dei aperuit illis sensum, dato spiritu sancto ut intelligerent scripturas, & scirent quid fecerit eis: & tunc impletum est, quod multo ante prophetatum, nunc eo respectu canitur, ut dictum est. Quod enim hic dicitur: Non moriar, sed uiuam, hoc est, quod apostolus ait: Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra nō dominabitur, quod enim uiuit, uiuit deo: ex illo recubitu suo. Narrabo, inquit, opera domini & dicit: Scitis quid fecerim uobis, per inter pretem suum spiritum sanctum, quem dedit nobis. Reliqua patenter ad eundem sensum pertinent.

Cur à prælati lauare debeant pedes subditorum. Caput XXI.

Interea ualde notandum est, quā uere, quā sapienter nobis consuluit in eo quoq; qd exterius egit, dum apostolos suos, omnesq; prælatos ecclesiæ, talis seruitij quodammodo uectigales esse uoluit, ut solenni more subditoy suorum pedes, exemplo lauare debeant. Per hoc enim quotannis inculcat, & replicat id, quod ait: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super illos, benefici uocantur, uos autem non sic, sed qui

Iohan. 13
Latio pedū
exemplum
humilitatis.

Maich. 6
Lucæ 12

Mysteriū
liis lotiois

Philip. 2

Pedes quo
tidie lauare
oportet.

Iohan. 12
Iohan. 13

Iohan. 6
Epistola

1. Cor. 11

Sacerdos
in altari p.
sonā uicēq;
gerit Christi.

2. Cor. 3

Qualiter
ministrat
nobis Christi
us in coe
na.

Allud my
steriū in of
ferenda.

Iohan. 13

Psal. 118

Iohan. 7

Lucæ 24

Roma 6

Prælati ue
ctigales ser
uitij.

Lucæ 22

qui maior est uestro, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator. Valde namque repugnans sunt, dominari ut reges gentium, & ex debito iussuq; regulæ euāgelicæ lauare pedes in modum seruorum. Vnde unus ex magnis apostolis: Non prædicamus, inquit, nosmetipsos, sed Iesum Christum, nos autem seruos uestros per deum. ¶ Sed nō in uitijs suis possunt subditi hac libertate uti. Cum enim homines uitiose uiuūt, bestiales, id est, bestijs similes sunt. Vt autem prælati ecclesiæ bestialibus dominantur, uetus quoq; illis autoritas suffragatur, qua creatis primis hominibus præcipitur, ut bestijs terræ dominantur. Igitur ubi subditi similes sunt bestijs, illic euāgelicus homo, dominari se debere iure recognoscit. Dum ergo prælati subditis suis hac die pedes lauant, dum cibum reuerenter porrigunt, potūq; miscent, perit autoritas dominandi, totumq; regum gērium, & eorū qui potestatem habentes benefici uocari affectat, deprimunt in ipsis supercilium. ¶ Quod autē lotis pedibus discipulos os suum aperuit dñs, sermonemq; edidit splendidissimū, quo paracletū illum tam se dule re promittit spiritum sanctū, quodq; & nos, lotis eius exemplo pedibus, eundem sermonē legimus uel audimus, hoc significat, qd nō nisi lotis & mīdis gratia sancti spiritus ostenditur. Vnde & in Apocalypsi, cum Iohanni dixisset angelus: Non intrabit in eam aliquid coinquinatum & faciens iniquitatem & mendaciū, protinus adiungitur: Et ostendit mihi fluium aquæ uiuæ, tanq; crystallū, procedentē de sede dei & agni. ¶ De hoc fluuio & in Ezechiele legimus: Vidi aquā egredientem de templo à latere dextero, & omnes ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt. Non enim omnes, ad quoscuq; peruenit uisibilis baptismi fons, salui sunt: Alioquin Symonem Magum uisibiles baptismi aquas ingredientem, salus non refugisset: sed de hoc uitæ fonte, pacisq; fluuio dictum est, penes quem est omne arbitrium salutis, quem dominus supradictō modo purificatis hoc sublequenti sermone se daturum re promittit.

DE Mandato pauperum. Caput XXII.

Mandatum quod agitur inter pauperes, nō omnino eiusdem rationis est. Illud enim Christi, hoc ecclesiæ est. Illud diei præsentis, hoc præteriti spectat historiam sabathi. Sabbathō namq; quādo uenit dominus Iesus Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit, Maria accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu, & extertit capillis suis pedes eius, & domus impleta est ex odore unguenti. ¶ Mulierem illam imitatur ecclesia pedes domini ungens, id est, pauperes eleemosynis reuoluens, qui licet infima, tamē eius membra sunt, & sicut pedes, ita magni corporis eius, extremę reputantur partes. Hos pedes capillis suis tergit, id est, superfluis rerum suarum reficit sicut apostolus ait: Vestra abundantia illorum inopiam suppleat. Hoc ergo mandatum, ecclesiæ obsequium est, ideoq; cuncta congregatio, pedes lauat pauperū in illo autē soli, ut dictū est, prælati, uice Christi deseruiūt. In quo pulchre dominū suum ecclesia præuenit, ut anteq; Christus discipuloy pedes lauet ipsi discipuli pedes Christi, id est, pauperū & lauet & eleemosynas ungento unguenti & domus, in qua Christus præsens futurus est, hora qua pedes nostros ipse per prælatos nostros lauat, præparetur, impleta huius odore unguenti. Hæc ita esse ex eo quoque perspicuum est, quod cātamus in diebus illis: mulier & Maria ergo unxit pedes Iesu, & extertit capillis, & domus impleta est ex odore unguenti. Cause huius respectu, rationabilis mos institutus ab ijs, apud quos religionis studium feruentius est, hoc modo tenetur. Primum pauperes, intra claustrales officinas introducuntur, & antequam fratres debitum illis in lauandis pedibus, charitatis exhibeant obsequium, discumbunt ad cōuiuium sufficientibusq; serculis reficiuntur. Nimirum tunc in illis Christus suscipitur in Bethaniam, id est, domum obedientiæ, fidesq; non uana gratulatur ibi se illi cenam fecisse. Tunc cuncta cōgregatio confurgens, tanquam mulier illa euāgelica, Maria quippe illa typum ecclesiæ gesserat, confurgens, inquam, de mensa, ad quam cōsides & modice gustans, ieiunium fregerat propter tantum hospitem (qui proculdubio in pauperibus suscipitur) conuenit ante pauperes, serens libram unguenti, id est, intentionē eleemosynę suauiter coram Christo redolentis, & precubans coram illis sic per omnia tanquam Christo deseruiūt.

Quod per horas trium dierum ecclesia suum ordinem non seruat. Caput XXIII.

Consummatis Missarum solennijs, quæ ob causas supradictas festiue celebrata, medijs tristicis nebulis, ut iam dictum est, quasi sol interfuserunt, statim profundiora eiusdem tristitiæ sequuntur & auget cū silentia. Non enim ecclesia suum ordinem seruat quem à uigilijs nocturnis eiusdem diei mutare atque imminuere iam cōperat. A nocturnis ergo uigilijs incipientibus, tantæ mutationis seu diminutionis causas breuiter exequi cupimus.

DE inuitatis trium noctium uigilijs. Caput XXIII.

Primum dicendum est, harum trium noctium uigilijs, quas & inuitato ordine decantamus, & in tenebris consummamus, exequias esse triduanæ mortis domini, & ideo mortis eiusdem luctui, quintæ feriæ uigilijs attributas, quia uesperam sabbathi,

2. Cor. 4
Prælati uicē
tibus, tanq;
bestijs dñi
ri possunt,
Gene. 1

Gratia non
ostenditur
nisi lotis.

Apocal. 21

Ezech. 47

Actoꝝ 8

Duplex mō
datū, lotio
nis & pau
perum.
Iohan. 12

Mysteriū
muliere la
uante pedes
domini.
1. Cor. 8

Refectio
pauperum
antiqua.

Matt. 10 25

Exequias
Christi in nocturnis uigilijs

Matth. 28 sabbathi, noctemq; ipsam, que lucecit in prima sabbathi, no decuit exequiarum planctu i deputari, cuius medio resurgens dominus, totam noctem ipsam cum precedente uespera uictoria sue gaudijs illustrauit. Extunc namq; coeptum est, ut in omni solennitate diem precedat Lucæ 22 nox, semperq; uespera futuræ diei claritate præfulgeat. Vt ergo triduanæ mortis domini, tri duo peragamus exequias, noctem feriæ quintæ alciuimus simul, quia miserissimi Iudæ infami cōmercio iam uenditus fuerat dominus. Itaque quod canonici unquam in priuatis diebus, monachi uero neque priuatis neque solennibus nunquam facere consueuerunt, uterque ordo uigilias cum nouem expendit lectonibus tali ordine, taliq; schemate, ut parum aut nihil ab officio defunctorum distare uideatur.

Cur initia finesq; omittimus. Caput XXV.

Iohan. 8 Apocal. 1 Non solum autem, sed & cunctæ diei sic transiguntur horæ, ut neque initium neq; finem habeant consueto more. Et recte. Nam dominus noster, qui initium & finis est, sicut ipse ait: Ego principium qui & loquor uobis. Et alibi: Ego sum & initium et finis ipse, inquam, qui est caput nostrum principiumq; Iesus Christus: per hos dies ablatus est nobis, traditus in manus impiorum, & inter iniquos proiec-tus. Itaque recte iucunditatis nostræ laudibus, id est, regularibus horis, capita præcidimus, finesq; earum sub silentio abscondimus, & inter psallendum, gloria patri, omnino subtrahimus.

Cur candelæ extinguuntur. Caput XXVI.

Marcij; Matth. 23 Quid candelæ extinguuntur, illud significat, quod crucifixo domino tenebræ factæ sunt super terram ab hora sexta usque in horam nonam, imò id ipsum significat extinctio candelarum, quod tenebræ illæ significauerunt, scilicet excæcationem Iudaicæ gētis, quæ prius occisis prophetis & lapidatis eis qui ad se missi fuerant, tãdem occiso ipso domino prophetarum, merito in tenebris perfidiæ projecta & à lumine uultus derelicta est. Numerosa quippe luminaria, quæ surgentes ad uigilias ardente repperimus, uniuersos significat sanctos, qui propheticò sermone lucentes, solenniq; iustitiæ nasciturum & passurum, tanquam stellæ præuicæ nuntiantes, lumen diuinæ scientiæ populò illi diuersis temporibus infundere missi sunt. At illi, uitam eorum extinguentes corporalem, cæcitatem sibi intulerunt spiritualem, tandemq; audire meruerunt, ut ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti, & cætera. Igitur candelæ in eo quod singulæ post singulos extinguuntur psalmos, prophetas significant, qui singuli ex pleto prophetiæ suæ ministerio, ab illis occisi sunt. Illa quoque, quæ ultima, non maior ceteris, extinguitur, ipsum dominum significat, qui reputatus quasi unus ex prophetis, tandem occisus est: post quē nullus apud illos propheta surrexit, & hic extinctus, profundas illis erroris & perfidiæ tenebras reliquit.

Quid tropi significant. Caput XXVII.

Lugubres tropi in tenebris. Matth. 27 Perlerisque moris est, ut extinctis luminariibus, in ipsis tenebris, lugubres tropi, præcipientibus cantatoribus & choro respondente, flebili modulatione decantentur incipientibus à kyrie eleison. Significant autem lamenta sanctarum mulierum, quæ (ut in Evangelio legimus) lamentabantur dominum, sedentes contra sepulchrum.

DE Nouoigne. Caput XXVIII.

Ignis ex lapide crytallo. 2. Cor. 4 Lapis ty 2. Psal. 117 Hymnus Prudentij. Ignis sancti spiritus nobis per Christum. 1. Tim. 3 Misso igne, qui ad matutinos, ut dictum est, extinguitur, ad lapidem per eodē tres dies confugimus, ut uel lapidem percutientes ex abstrusis eius uenis ignem oculum eliciamus, uel liquidum crytalli lapidem sereno celo soli obijcietes, radium eius traiecitum, per eiusdem crytalli orbiculum spectabili miraculo in subiectam fuscipiamus escam. Nimirum per hoc nobis pulchre depingimus, quod deus, qui dixit de tenebris lucem splendere, illucescat in cordibus nostris, ad illuminationem claritatis suæ per mortem Christi, quem (sicut in matutinis præfiguratum est) Iudæi sibi intulerunt, & tenebræ factæ sunt. Lapis enim, cum de illo ignem sic excipimus, Christum significat, quem lapidem reprobauerunt edificantes, qui factus est in caput anguli. Vnde in benedictione eiusdem ignis oratio talis est: Deus qui per filium tuum angularem scilicet lapidem, charitatis ignem tuis fidelibus contulisti: productum è filice nostris profuturum uisibus, nouum hunc ignem sanctifica, & cætera. Prudentius quoque in hymno suo, qui cantat in sabbatho sancto, cum dixisset: Lumina nos tamen nostras saxigeno semine quætere, ut ostenderet fieri hoc ad commemorandum illud, quod de lapide Christo procedit nobis ignis sancti spiritus, protinus adiunxit, ne nesciret homo spem sibi luminis in Christi solido corpore conditam, qui dici stibilem se uoluit petram, nostris igniculis unde genus uenit. Lapis ergo quem percutientes ignem elicimus, Christum significat, qui percussus uerberè crucis, spiritum sanctum nobis effudit. Quod si crytalli lapidem soli obijcimus, escamq; subijcimus, ut median te crytallo carbones extincti reuiuiscant aspectu phœbeæ lampadis, illud nobis grauisime commemorari debet, quod mediator dei & hominū, homo Christus Iesus, inter deum extinctosq;

Extinctosq; homines medijs interueniens, nostræq; infirmitati usq; ad mortem appropinquans, longe à nobis secretum ignem, id est, sancti spiritus altissimam diuinitatem infundit, ignem utique spiritus sancti, quem, sicut testatur ipse, uenit mittere in terram, & uoluit uehementer accendi. Non enim uana religio est, solenni processione ad noui ignis benedictionem exire. Exeamus, inquit Apostolus, ad eum extra castra, improprium eius portantes. Procedentes namque ad illum ignem, meminisse debemus excedum nobis esse ad eum, quem Iudæi extra castra ciuitatemq; suam proiecerunt, ut per ignem sancti spiritus, uitam æternam habeamus, credentes in eum, quem illi à præsentī uita extinxerunt. Deinceps imminente uespera, maiora tristitiæ sequuntur incrementa. Altaria spoliantur, uino & aqua lauantur, campanæ conticefcunt, omnes, præter uigilias nocturnas, regulares horas absorbet triste silentium, Vsum nouimus, mysteria requiramus.

Cur campanæ non sonant. Caput XXIX.

Signa ecclesiæ, quæ campanas dicimus, sanctos Christi præcones significare, suo loco iam dictum est, qui charitatis igne excocci, & diuina instructione formati, in protectione dei cœli, tanquam in turri fortitudinis commanentes, imò suspensamente pendentes, quadam fraternæ dilectionis corda commouentur, totaq; die, & tota nocte commouentur, ut non taceant prædicare nomen domini dicentes: Qui reminiscimini domini, ne ræceatis, & ne detis silentium ei. Notum est autem, primos huiusmodi præcones, scilicet sanctos apostolos, non solum conticuisse, sed & relicto eo omnes fugisse. Petrus quoque cæterorum princeps, cuius ab ore primum ueritatis præconium in omnem terram exiuit, dicitur: Tu es Christus filius dei uiuī, uocem illam clarissimam repressit, conticuit, Christum reliquit, fugit, & negauit. Igitur ex hora qua dominus traditus est, recte signis ecclesiæ silentium indicimus, Christumq; solum torcular calcantem, solum in ligno crucis, extenso corpore tympanizantem, testimonium ueritatis humiliter ac solitaria uoce perhibentem, ligneo malleolo in tabula suspensum & personante, populūq; ad ecclesiam inuitante significamus.

Cur altaria nudentur. Caput XXX.

Cur altaria nudentur, facile liquet, si prius animaduertent, quid ipsum altare significet. Significat autē Christum, quia sic illud in templo, quomodo Christus toti corpori ecclesiæ, dignitate & honore præminet. Quod si & autoritas desideratur, occurrit illa domini dicentis per Moysen: Altare de terra facietis mihi. Quod beatus Gregorius sic exponit: Altare de terra facere, est in incarnatione mediatoris sperare. Tunc quippe à deo nostrum munus accipitur, quando in hoc altari nostram humilitas, id est, super dominicæ incarnationis fidem posuerit, quicquid operatur. In altari ergo de terra, oblatum munus ponimus, si actus nostros dominicæ incarnationis fide solidamus. Cum itaq; nudum altare cōspicimus, dignum illud memoria, qd magnifice propheta, flebiliterq; deplorat nostris intimis personare auribus, nostris internis præsentialiter debet apparere cōspicimus. Ecce uidimus eum, & nō est species ei neq; decor, nos cōsiderauimus eum despectum & nouissimum uirosq; uirum doloq; scientē infirmitatem. Vere languores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit. Hęc de passione eius dicta esse per spicuum est. Ille enī speciosus forma præ filijs hominū, qui semetipsum ex inaniuit formā serui accipēs, maxime in passione sua uisus est nō habens speciem, neq; decorē, & quasi absconditus uultus eius. Nam antea decorus incedebat, magnificabatur ab omnibus: quia sicut laudatur in canticis: Venter eius eburneus, distinctus erat saphiris, id est, naturæ infirmitas inter dū cœlestibus in illo resplendebat miraculis. At nūc, quia dñs posuit in eo iniquitates omnium nostrum, ascendit sicut uirgultus coram eo, & sicut radix de terra sitiētī. Illa facies eius & oculi, ex quibus, ut ait Hieronymus, igneū quiddā & sydereū radiabat, uerbi gratia quādo uēdētes & emētes eiecit de tēplo, qd infinitus facere nō possit exercitus, illa, inquam, facies nūc despiciēbas, alapis cædebat, uelabatur, cōspuebatur. Vellebant genæ eius, quæ sicut areolæ aromati gratum prope accedētib; spirant odore, ita cōuentibus, benignitatē eius exprimebāt & mālū tudinem. Manus eius: quæ ita faciles erāt ad operāda miracula diuini beneficii, ut merito dicte fuerint tornantes, aureæ, plene hyacinthis, uinculis attrictæ sunt, clauis cōfixæ sunt. Propter talia dictum est: Et aspectus in eo nō est, & nō est ei species neq; decor. Insuper hoc ad denu dati altaris causam pertinet, qd idem dñs uestimētis suis spoliatus est. Milites namq; cū crucifixissent eum, diuiserūt sibi uestimēta eius, & fecerūt quatuor partes, unicuiq; militi partem. Et de tunica dixerūt: Nō scindam eam, sed fortiamur de illa, cuius sit. Tale uinū bibit noster Noë, qd interpretatur requies, scilicet dominus Iesus in quo requiem inuenimus animabus nostris, tale, inquam, uinum bibit ex uinea sua quam plantauit, scilicet ex gente Iudaica, quam de Aegypto trāstulit, quia cunctis amaritudinibus inebriatus, soporatus est fomno mortis, & in cunctis à diuinitatis suæ gloria nudatus ad tempus apparuit. Cum ergo altare Christum significet, recte ob cōmemorationem horum, uestitū & ornatu suo spoliatū est.

Cur ui-

Luce 12 Hebræo 18

Psal. 90

Esaiæ 62

Matth. 16

Matth. 16

Esaiæ 63

Altare Christus.

Exodi 10

Esaiæ 57

Psal. 44

Philip. 2

Cantico 5

Esaiæ 55

Matth. 21

Iohan. 2

Cantico 5

Ibidem.

Esaiæ 55

Iohan. 19

Gene. 9

Matth. 11

Psal. 79

Cur vino & aqua lauentur.

Caput XXXII.

Iohan. 19

CAusa uero, cur lauentur altaria, non minus his, quæ dicta sunt, scientem delectat. Videlicet iccirco illa lauari institutum est, quia dominus noster, quem altare significat, ut dictum est, de latere suo lancea militis perforato sanguinem & aquam effudit. Ideo lauantur uino & aqua. Vinum enim pro sanguine, in sacramento quoque sacrificij, ipso domino auctore, ascitum est. Sanguinem, inquam, & aquam effudit de latere suo, summus nostræ opifex salutis, quæ prima sunt eiusdem elementa salutis. Sanguine redimimur, aqua abluimur. Hæc enim aqua, prima sui fuit origo baptismi, quo baptizamus nos, quem à nullo accepit, sed ipse primus eius auctor extitit. Hoc ideo dicimus, ne putemus illum à Iohanne, suum accepisse baptismum, quod Romana auctoritas non concedit, Græcorum contra dicens traditioni, ut die Epiphaniæ baptismum celebremus, sicut in nocte paschali (quod & supra dictum est) ubi de die Epiphaniæ mentio facta est. Sed de origine baptismi opportunius dicemus, cum de morte domini in sequenti parascæue, uel sabbathi sancti officio, tractauimus uel ordo causarum poposcerit. Sciendum autem quod rectius faciunt hi quos & nos imitatur, & ordini euangelico magis eorum propinquat consuetudo qui hodie quidem, id est, feria quinta, altaria nudant, sed ipsa die parascæue lauant. Nam hac feria quinta cœpit quidem dominus ad uesperam agonizari, sed feria sexta sanguinem & aquam, de latere suo læcatus, effudit. Iccirco & cum cantu ad passionem pertinet, uel cum psalmodia poenitentiali lauare consueuimus. Hispidi quoque ramusculi, cum quibus lauantur, flagella significant, quæ peccatus illud sacrati, deique capax, atrociter se cuerunt. Non enim diuinitas inhabitans, passibilitate carnis excluderet, sed ueros dolores, uerasque uirgarum uibices, in illo, nostra caro pertulit.

Cur horas sub silentio cantamus.

Caput XXXIII.

apostolorum fuga, & silentium.

Lucæ 9 Mattheas

Ibidem.

Iohan. 19

Quod non solum campanarum clangor fiescit, sed regularium quoque concertum horarum noster omnino chorus abscondit, illud significat, quod apostoli Christi non solum prædicare cessauerunt, ut soliti fuerant circuire per castella euangelizantes & curantes ubique, sed & nocte hac, postquam hymno dicto exierunt cum illo in montem Oliuarum, diffugientes & oppressi tristitia, cuncti à laude communi conticuerunt. Iccirco autem à completorio profundum hoc incipitur silentium, quia circa hanc horam, cum dixisset discipulis: Ecce appropinquauit qui me tradet: ipsi graues esse cœperunt, & præ tristitia dormitabant, tandemque ubi turba, & qui uocabatur Iudas uenit, cum tenerent eum, relicto eo, omnes fugerunt. Nec quisquam ex illis ad eum propius iam accessit, nisi discipulus ille, qui, ut Iohannes ait, notus erat pontifici, quique dixit ostiari, & introduxit Petrum, quem Hieronymus ipsum fuisse Iohannem asserit.

Cur matutinas sicut horas sub silentio non dicamus.

Caput XXXIII.

Quari hic potest, cur cum diurnas horas triste silentium operari, nocturnasque uigilias uel laudes inter cetera melodia deprimat: Ad quod dicendum, tempus aliud per diem, aliud significari per noctem. Nam diurnis horis præsentia significamus dominicæ passionis, nocturnis autem uigilijs tempora priora, per quæ futura eandem passionem prophetæ prænuntiauerunt. Qui quia non tacetis interesse sunt, iccirco nobis uoces illorum proferentibus, candele, ut supra dictum est, extinguuntur, quarum ultima quæ extinguuntur ad canticum Euangelij, ipsum dominum, qui euangelizans occisus est, significat.

Libri Quinti finis.


RVPERTI ABBATIS

TIS TVITIENSIS DE DIVINIS OFFICIIS, LIBER SEXTVS.

DE Parascæue.

Caput I.

Matth. 11



Homo feria sexta & ceteris diebus & redemptus. Parascæue.

Exodi 16

DIES SEXTVS AB ILLO, QVO DOMINVS noster ciuitatem Hierusalem cum gloria, quam mox in uindicta sequetur, ingressus est, illud euidentius cõfirmat, quod superius commentatum est, scilicet hæc hebdomadam humanæ restitutionis respondere mysteriorum ordine, primæ illi hebdomadæ mundanæ creationis. Nam hominem, quem in illius sexta feria creator mirabiliter condidit in huius nihilominus sexta feria idem ipse saluator mirabiliter redemit. Dies hic parascæue uocatur, parascæue autem præparatio interpretatur. Quo nomine Iudæi, qui inter Græcos conuersabantur, sextam sabbathi, quæ nunc à nobis sexta feria nuncupatur, appellabant quod eo uidelicet die, quæ in sabbathum forent necessaria, præpararent, iuxta quod de manna quondam erat præceptum,

ptum, sexta autem die colligetur duplum, & cætera. Qui uero inter Romanos uitam ducebant Iudæi, uisitatius eam Latine, cenam pyram cognominabant. Quia uero sexta die homo factus, & tota mundi est creatura perfecta, septima autem conditor ab opere suo requieuit, unde & hanc sabbatum, id est, requiem uocari præcepit: recte dominus eadem die sexta crucifixus humanæ restitutionis impleuit arcanum. Vnde cum accepisset acetum dixit, consummatum est, id est, sexta die, quod pro mundi refectione suscepit, totum est opus perfectum.

Cur hac die Missa non cantetur.

Caput II.

DE hac die primum illud quaeritur, cur officium non habeat, in quo quod maxime miserum uidetur, cur à Missarum solennijs uacet, cum passio dominica, quæ hac die celebrata est, sacrificij principium, nostræque salutis summa sit. Videretur nanque iure, tanta res solennibus summe celebranda esse gaudijs. Si enim martyr unius uel festiuis honoratur gaudijs: merito, quia pretiosa in conspectu domini mors sancto eius: cur dies hæc solennium gaudiorum orbata est instrumentis, qua martyrum & sanctorum omnium rex, sanctis omnibus antiquis & nouis per mortem suam paradysum aperuit, & latro in quoque cui dixit: Hodie mecum eris in paradiso, hoc die solum est admirabile pretium, cuius pondere, ut cantamus, captiuitas mundi redempta est, inferni claustra confracta sunt, & cœlestis nobis aperta est ianua regni. Quaeritur ergo, cur adeo publicis gaudijs exempta sit, ut nec missarum laetitiam, ordinis ecclesiastici auctoritas illi ascripserit. Vnde cõsulto gratiæ cœlestis oraculo, breuiter aliquid super hoc capitulo dicendum est. Gloriarum quidem (ut Apostolus ait) nos oportet in cruce domini nostri Iesu Christi, & in gratia tanti pretij, quod pro nostra redemptione datum est, fideliter cunctis posthabitis exultare gaudijs. Sed sunt aliqua, quæ gloriam hanc & exultationem nostram nimium nimiumque obnubilant. Primum nostræ conscientia causæ, propter quam imperiosa sanctæ trinitatis charitas, hominem tantæ reuerentiæ tantæque dignitatis, qui cum deo uerbo una persona est, hominem innocẽtem, & morti nihil debentem, morti addidit, sicut Apostolus ait: Proprio filio suo non pepercit deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Non enim ita gaudere debemus de gratia traditis, uel de charitate morientis, ut non etiam doleamus, quod tanto domino, tormentorum, & mortis causa fuimus. Si quidem non gaudere, ingratitude in domino dolere autem, erudelitatis est. Non ita simus in cauti laudatores prouidentia: uel præscientia: dei, ut præscientiam eius & ordinationem idem esse arbitremur. Non enim hæc, id est, præscientia & ordinatio dei, quæ ualida sunt, aut cõuerti possunt, quia præsciuit deus quidem omnia quæ ordinauit, sed non præordinauit uel prædestinauit, ut fierent omnia quæ præsciuit. Nam de homine cum faceret eum, duo præsciuit, scilicet, & quomodo per fraudem diaboli decipiendus esset, & quomodo per omnipotentiam suam, deceptum & perditum restaurare posset. Hæc, inquam, duo præsciuit sed eorum alterum, id est, lapsum hominis fieri permisit, ad cumulum diabolo debite damnationis, alterum autem, id est, restitutionem eius, præordinauit, ut (sicut ait Apostolus ad Ephesios) innotesceret principibus & potestatibus in cœlestibus, per ecclesiâ multiformis sapientia dei. Vnde & Hieronymus in cõmento eiusdem epistolæ: Si, inquit, principibus, & potestatibus in cœlis, quas sanctas, ministrasque dei accipere debemus, ignota fuit multiplex sapientia dei, quæ nunc eis per ecclesiâ reuelata est, quæto magis patriarchis & prophetis ignota fuit, quos supra non ignorasse mysteria Christi, sed ita ut Apostolus, nescisse monstrauimus. Multiplex quippe sapientia dei per ecclesiâ eius, nunc & principibus & potestatibus reuelata est, quam olim deus futuram in sua mente decreuerat, & nunc esse perfectam ex eo quod uidemus, agnoscimus. Crux itaque Christi non solum nobis, sed & angelis cunctisque in cœlo uirtutibus profuit, & aperuit sacramentum quod ante nesciebant. Denique ad cœlum cum corpore reuertentem miratur & dicunt. Quis est iste qui uenit de Edom, unctus uectibus de Bosra? Iste formosus in stola sua. Et in alio loco: Quis est iste rex gloriæ, dominus uirtutum ipse est rex gloriæ. Non ergo putemus diuinæ ordinationis utrumque fuisse, & hominis lapsum, & eiusdem restitutionem: sed præscitum quidem lapsum, fieri permisisse deum, ad diaboli damnationem: restitutionem autem præordinasse, ad multiformis sapientie sue ostensionem. Et non sicut blasphemamur, inquit Apostolus, & sicut aiunt quidam nos dicere: Faciamus mala, ut ueniatur bona, quorum damnatio iusta est. Dixit enim: Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Quod quidam iuste damnant, sic peruertebant, ut illum dixisse assererent, quod oporteat nos facere mala, ut ueniatur bona. Quorum hæc: Videlicet ut aduertam, quia multo magis deus, cum faceret hominem, nec uoluit, nec ullo modo dixit fieri mala, ut ueniatur bona: sed eo nolente, eo prohibente, morteque cõminante, diabolo contentiens homo malum fecit: deo autem disponente, bonum uenit. Et ubi abundauit peccatum, in tantum superabundauit gratia, ut quia satisfactio pro culpa nullus debebat, nisi homo, nullusque soluere poterat, nisi deus, miseratus deus homo fieret: qui cum pro se nihil morti deberet, moriendo pro nobis debi-

Iohan. 19

Quæstio.

Argumentatio.

Psal. 117

Lucæ 23

Responsio.

Galat. 6

Nobis tunc dolendum, quia Christo mortis causa fuimus. Roma 8

Differentia inter præscientiam & prædestinationem dei.

Ephes. 3 Hieronymus.

Per ecclesiâ innotescit etiam angelis cunctisque sapientia prædestinationis dei. Hæc 68 Psal. 23

Roma 2 Ibidem 15

Genes 2

tum nostrum solueret. ¶ Igitur nostræ, ut supra dictum est, conscientia culpe, gaudium nostrum reuerberat, ut non exultemus hac die, sed ambulemus demisso capite: quia uulne ra illa nostra fecerunt crimina, quia cõtumaces serui commisimus, quod uapulari ille omnium do minus, quia quæ ille exoluit nos rapuimus. Deinde euangelicæ quoque auctoritatis est, & ex domini dictis accepimus, ut hac die gaudere Iudeis relinquamus, & nos contristemur. Nam cum dixisset: Modicum & iam non uidebitis me, & iterum modicum, & uidebitis me: secutus adiunxit: Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mūdus autem gaudebit uos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Adhuc autem huius rei tristitiam conuenire, probabili exemplo confirmat, dicens: Mulier cum parit, tristitia habet, quia uenit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gau dium, quia natus est homo in mundum. ¶ Mulieri quippe ecclesiã suam assimilat. Quæ quia Christum diligit, quem ex deo patre genitum, in nostram naturam suscepit: recte hac die mo riente illo, & per mortem, quasi per partum in uitam æternam & in immortalitatis gloriã exiit te, tristitiam habet, & clamat ut in utero habes, & clamat parturiens, & quia postquam resur rexit, æterno suo regno natus, gauisi sunt discipuli uiso domino, sicut ipse dixerat: iterum au tem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis: per pul chre perfecta est, quæ præmissa fuerat mulieris similitudo, quæ postquam pepererit, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

Quod celebritas nostræ redẽptionis à feria sexta ad dominicã transferatur. Caput III.

Differendum est igitur gaudium tantæ salutis, tantæ tamq̃ necessariæ redemptio nis, tanti pretij, cuius pondere captiuitas in di redempta est, inferni clausura cõ fracta sunt, ianuæ cœloꝝ apertæ sunt, latro poenitentiu exemplum, cum domino paradysum ingressus est. Differendum, ino uam, usq̃ in diem tertium, quo tantus il le uictor surrexit, quo nobis uictoriam suam annuntiauit, quo nobis in semetipso, quid de no bis speremus, ostendit: tunc pro redemptione animarum, quæ hac die parata est, & pro re surrectione corporum, quæ illa luce condita est: pro hoc, inquam, duplici munere, in narra bilis, inæstimabilis, infinitæ solennitas dignitatis, toto corde, toto ore, totisq̃ uiribus concele branda est. ¶ Hac interim die tristitia regnet, hac, inquam, die, tristitia denominata, id est, tri sti die contristemur ad poenitentiam, seruum domini, & passionis nostram pertranseat animus, clauis, manuum ac pedum eius carnem nostram configant, crux eius nostram suspendat con cupiscentiam. Compatiamur ut conregnemus. Hoc die nõ sacrificemus, dum nobis hostia tol litur de manibus. Non sacrificent amici dum trucidant inimici. Dominus, inquit Moyses, pur gnabit pro uobis, & uos tacebitis. ¶ Quamdiu ergo rotular calcat solus, & indumetum eius sanguine conspergitur, quamdiu ligatus deridetur, uelata facie colaphizatur, & alapatus, cõsputus, quamdiu illuditur uelate alba indutas, ite m q̃ arundinem accipies in dextera, uel stem q̃ purpuream & spineam coronam, clauorumq̃ fixuram, quibus in cruce pendens, legis factus est maledictum, bibitisq̃ aceti poculum, quãdũ uel tot obprobrijs exaturatur: tandũ nos, id est, à mane usque ad horam nonam, iuge ac profundum tenemus silentium, mcerorũ amicũ, & interiorẽ penetrantes meditationis solitudinem, soluentesq̃ cum Moysẽ calceamenta de pedibus nostris, audiamus illum tanquam de medio rubi dicentem: Vides uidi afflictionem populi mei qui est in Aegypto, & gemitum eius audiui, & descendit liberare eum. Nunc enim quasi in rubo spinis in heret, clauis confixus, spinisq̃ coronatus, crucisq̃ arbutum guttis san guinis, quasi rubentibus pullulat moris, ut (sicut ait quidam) tristes purgantur sanguine cul pæ, quem contorta rubus, densis cruciatibus edit.

Cur hora nona conuenimus adorare crucem. Caput IIII.

Hora autem fere nona, quando mox traditurus spiritum clamauit uoce magna, di cens: Pater in manus tuas commendo spiritum meum: uidensq̃ quod factum fue rat, & quod sic clamans emisisset spiritum, Centurio, nostræ fidei præcorer, clama uit & ipse dicens: Vere filius dei erat iste, iussitq̃ Pilatus ad petitionem Ioseph reddi corpus, uenitq̃ Nicodemus ferens myrrhæ & aloës quasi libras centum, & acceperunt cor pus Iesu, & inuoluerunt lintheis cum aromatibus: tũc, inquam, licuit his & alijs discipulis ap propinquare, & querelas tanto funeri depromere, paulatim dilapsis persecutoribus, uel quia diuino dominicæ mortis fatiati spectaculo, discesserãt: uel quia uiso terræ motu quo uelut in templi scissum est, & petræ scissæ sunt, & monumẽta aperta sunt, territi diffugerant. Circa non am igitur horam conueniamus & nos, & supremo funeri, non tam Missale officium, quam su nebreum exhibeamus planctum, quem & hoc ordine peragimus.

DE Officio uel ordine adorandæ crucis. Caput V.

Narranda sacre passionis historia, illa duo præeunt animalia, de quibus & cã tamus: In medio duum animalium innotesceris: scilicet lex & prophetæ, quæ illi concorditer attestantur: iuxta quod Moyses & Helias apparuerũt in monte, quã do trans-

do transfiguratus est, cum eo loquentes. ¶ Nam prima lectio Osee prophetæ est: In tribula tione sua mane confurgent ad me: Venite, & reuertamur ad dominum, quia cepit & sanabit nos, percutiet & curabit nos, uiuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Secun da de Exodo est: Dixit Moyses filijs Israel: Mensis iste principium uobis mensũ, primus erit in mensibus anni. Decima die mensis huius, tollat unusquisq̃ agnum per domos & familias ue stras, & immolabit eum decimo quarto die mensis huius ad uesperam, & reliqua. ¶ Prima sa ne, resurrectionis præconium est: secunda, passionis, & eidem passioni, quæ hac die legẽ da est secundum Iohannem, proprie congruit: maxime pro eo quod idem Euãgelista sumpsit hoc ex illa testimonium: Os non comminuetis ex eo. Singulas lectiones singuli sequuntur tractus, quem cantum proprium esse lugentium, longe supra in septuagesima dictũ est. Primus nos ad tremorem excitare molitur, dicente Abacuc: Domine audiui auditũ tuum & timui. Si enĩ Abacuc hic ex eo, quod in certamen & luctum, ut ita dicam, amplexu cum deo congre ditur, amplexantis, id est, luctantis fortitudo est nomen: nullus enim, ut ait Hieronymus, tam au daci uoce, aulus est deum ad disputationem iustitiæ prouocare & dicere ei, cur in rebus hu manis tanta uersatur iniquitas: Vt quæquod domine clamabo & non exaudies: & cetera: si, in quam, hic dei colluctator fortis & rigidus, frans super custodiam suam, & figens gradum su per munitionem, dum Christum in cruce contemplatus, & uidet cornua in manibus eius, & ibi absconditam fortitudinem eius: timui, ait, & expaui, quid nos, longe impares, longe q̃ mi norem in die iudicij fiduciam habentes: quando uidebimus manifestam in nubibus cœli for titudinem illam, quam hic timet absconditam in cornibus crucis, quæ erit in manibus eius: Quid facient tabulæ, si tremunt columnæ: Recte ergo, ut nostrum tractus hic magis ac ma gis excitet & timorem, in plerisq̃ ecclesijs religione imitandis ita cantat, ut post singulos uer sus semper primus uicissim nunc à principio nunc à medio reperatur. ¶ Sequens tractus: Eri pe me domine ab homine malo, secundum titulum eiusdem Psalmi, qui est in finem Psalmus David, uox est eiusdem manu fortis propugnatoris nostri, pro nostra salute in passione sua decertantis, & hæc illi oratio hac de causa attribuitur, ut nos quoque simile exemplo in peri culo existentes, orationis deuotione à domino liberari mereamur.

Cur hac die legitur passio secundum Iohannem. Caput VI.

Quamuis & ipse ordo describendi poposcisse uideatur, ut hac die post alios Euangeli stas passio domini secundũ Iohannem legeretur, constat enim illum, reuersum de Pathmos insula, ubi exilio relegatus fuerat, post omnes Euangeliũ suum scipisisse ultimum: tamen hæc altera maior causa est, quia præsens inter fuit, & ceteris adesse non audentibus, ipse, quia (sicut de seipso ait, & sicut Hieronymus perhibet) notus erat pontifici, fiducialius se curus est, & iuxta crucem stetit. Stãtibz enim iuxta crucem Iesu, Ma ria matre eius, & sorore matris eius: cum uidisset Iesus matrem suam, & discipulum stan tem quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus: deinde dicit discipulo: Ecce mater tua: Et ex illa hora accepit eam discipulus in suã. Et paulo post de se ait: Et qui uidit, testimo nium perhibuit, & testimonium eius uerum est.

Cur Euangelista suum interposuit testimonium. Caput VII.

Non prætereundum tantæ huius rei sacramentum, cui sanctus Euangelista tam di ligenter suum interposuit testimonium, & congrua de scripturis subiecit exem pla. Dixerat enim, quia milites qui steterunt crura latronum, cum uenissent ad te sum, & uiderunt eum iam mortuum, nõ frugerunt crura eius: sed unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Facta sunt, inquit, hæc, ut scri ptura impleretur, quæ dicit de eo: Os non comminuetis ex eo. Et item alia scriptura dicit: Vi debunt in quem transfugerunt. Cur agnus, qui immolatus est, noluit ut os comminueretur ex eo: Non enim casu, sed eo nolente & disponente actum est. Siquidem non alia quàm quæ uoluit ac disposuit ipse ab his, qui eum uoluntate sua uel propria nequitia peremerunt, tormẽ ta perpeffus est. Vnum de similibus nobis locutus est, hoc scilicet, qd, ut nos mortales ac passi bilis homo natus est. Cætera dissimilia nobis cuncta locutus est, quia quando uoluit, & quo modo uoluit natus est: quando uoluit & quomodo uoluit mortuus est. Cur ergo noluit, ut crura sua frangerentur, sicut & illorum sceleratorum, inter quos reputatus est: Videlicet ic circo, quia ossium fractura, nullum usquam bonum sua similitudine commendat.

Quod singula eorum, quæ dominus passus est, aliquid mystice significant. Caput VIII.

Consideremus ea quæ in passione sua pertulit dominus noster, & inueniemus alia quædam, quæ nõ spiritualiter amplius ædificant, per illa significari. Nam non so lum quæ gessit, sed & quæ pati uoluit, sic disposuit: ut cum interiora perpexeris, si exteriora hæc attendas, sic utrobique consonam inuenias similitudinem: quo modo ex qualitate seu ex proprietate figurarum uel apicum, eandem scriptoris manum, di uersis in locis recognoscis.

Abacuc 3
Math. 17
Dua lectio nes.
Osee 6
Exodi 12
Lectio Exo di cõuenit huius diei, p per passio nem dñi se cidum Iohannem.
Iohan. 19
Duo tra ctus.
Abacuc 3
Abacuc.
Abacuc. 3
Et 3

Secondus tractus.
Psal. 139

Passio secũ dum Iohã nẽ ultimũ legit pro pter duas causas.
Iohã. 18. 19

Cur noluit Iesus ossa sua frangi. Vbi supra.

Exodi 12
Zach. 12

Responso.

diuersa my sticia i pas sione dñi.

Mal. 69
Iohan. 16

Ecclesia mulieri cõ paratur.
Apocal. 12
Iohan. 20
Iohan. 16

Differendũ gaudij redẽptionis usq̃ in die dñicę resur rectionis.
Lucæ 23
1. Cor. 15

Feria sexta standũ.

Roma. 8
Exodi 14
Esaie 63
Meditatio dominicæ passionis.
Math. 26
Lucæ 23
Iohan. 19
Deur. 21
Exodi 12

Mors & sepultura Christi.
Math. 27
Lucæ 23
Iohan. 19

Math. 27

duo anima lia scilicet lex & propheta.

Quid crucis figura significet. Caput IX.

Præconiū crucis.

Primum ipsa crucis figura nihil ne mysticum significat: Taceo quod a decentissimum esse nullus abnuat, salutem humani generis in ligno crucis constitui, ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret: & qui in ligno uincebat, in ligno quoque uinceretur. Quod quædam quidam: Ne uel quis ignoret speciem crucis esse colendam quæ dominum portauit, uanas ratione potentis: quatuor inde plagas quadrati colligit orbis. Illud non præteream, quia salutis quam operabatur, primas ianuas, id est, fidem, spem, & charitatem, quarumque illarum, perseuerantiam, in eiusdem crucis qua pendeat, figura significabat. Habet enim crux longitudinem, latitudinem, sublime atque profundum. Profundum, id est, acumen, quo fixa terra inheret: longitudinem, id est, usque ad brachia: latitudinem, in eorundem expansione brachiorum: altitudinem, ab ipsis brachijs sursum uersus, quo caput imminet. His autem quatuor, supra dictæ uirtutes signantur: Profundo, fides: quæ occulta uoluntatis dei uocatione, prima in fundo cordis quasi fundamentum in edificio, ponitur: longitudine, perseuerantia: altitudine, spes, quæ nobis in celestibus reposita est: latitudine, charitas. Nam de his, inquit Augustinus, Apostolum dixisse intelligo: Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Salutus ergo primas aditus in supplicijs sui figura Saluator noster prædicabat.

Quatuor uirtutes secundum quatuor dimensiones crucis.

Ephes. 3

Math. 27 Reprobatio uineæ olim dilectæ.

Quid significet, quod aceti poculum cum gustasset, noluit bibere. Caput X. Er hoc autem, quod oblatum sibi acetum, felle mixtum, cum gustasset, noluit bibere: reprobationem significat uineæ suæ: scilicet gentis iudaicæ. Vinea enim dominus factus, domus Israel est. At illa quam ipse expectauerat, ut faceret uinas, & fecit labruscas: tandem illi mortis miscuit amaritudinem, qua gustata modice, id est, per triduum, iam de gemine uitis illius bibere non uult. Resurgens enim a mortuis, iam non moritur, mors uili ultra non dominabitur.

Ephes. 5

Math. 26

Roma. 6

Math. 27

Quid designat chlamys coccinea.

Exod. 26. 28

Ephes. 2

Iohan. 14. 15

Cur chlamydem coccineam circumdari sibi permisit. Caput XI. Sed & quod chlamydem coccineam, cum illuderetur, non indignatus est circumdari sibi: nunquid non congruit illi, quod propter nos in passione sua fungebatur ministerio charitatis: Coccus enim coloris ignei, qui in tabernaculo domini offerri, & in ueste sacerdotali bis tinctus iubetur assumi, geminam significat dilectionem, dei & proximi: quæ sit, ut quicquid offerimus, ignitum & quasi bene coloratum coram diuinis placeat conspectibus. Ipse autem propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, bibebat calicem passionis, sicut ipse, ut cognoscat, inquit, mundus, quia ego diligo patrem, & maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Igitur huic regi nostro chlamys coccinea bene congruebat, ut ipso habitu se illum esse ostenderet, qui in lege significabatur per uitulam rufam, cuius corpus pro peccato iubebatur extra castra cremari, & cinis eius in aqua cum hyssopo super populum aspergi.

Numer. 19

Arundo seu uirgam mystica.

Iohan. 10

Exod. 17

Sapient. 3

Cur arundinem in manu accepit. Caput XII. Arundinem quoque siue calamum ab illudentibus accipere non recusauit in manu sua: quo, ut ait Hieronymus, sacrilegium scriberet Iudæorum siue ut uenena interficeret animalia. Habebat namque in manu sua uirgam, id est, suam, in propria potestate, animam, ut uolens poneret atque iterum sumeret eam. Et sicut Moyses coram Pharaone suam proiecit uirgam, quæ uersa est in colubrum, deuorauitque uersas in colubros uirgas Magorum, iterumque rediit in uirgam: sic ipse nunc suam quodammodo positurus erat animam, ut descenderet in mortem, quæ per colubrum intrauit in mundum, colubrosque Aegyptiorum, id est, mortes absumeret peccatorum, atque iterum in uirgam, id est, in potestatem rediit pristinam.

Spinea corona, peccatoris nostrorum portatio.

Ephes. 3

Gene. 3

Velata eius facies, qua idigni sunt Iudæi.

Humilitatis exemplum.

Iob 15

Cur spineam coronam gestauerit. Caput XIII. Er spineam autem coronam illud uisibiliter quoque significat, quod de illo propheta prædixit: & peccata nostra ipse portauit. Spineæ namque peccata designant, quæ animam pungunt & lacerant. Nam & propter peccatum homini data sunt, dicente domino ad Adam: Cum operatus fueris terram, non dabit fructus suos, sed spinas & tribulos germinabit tibi. Cetera quoque omnia, quæ passus est, quibus illusus est, mysteria simul & moralia continent documenta. Nam in eo quod facies eius uelatur, ac deinde colaphizatur, uelamen illud significat, quod super corda Iudæorum expandebatur, ut uidere illum non mereantur, quem nunc usque in synagogis suis conuictijs colaphizant & exalant maledictis. Nobis autem fortissimum in his omnibus præbet humilitatis exemplum. Quis enim non erubescat collum erigere, & pingui armari ceruicem, cum deus & dominus omnium, ab illudentibus sit pro nobis colaphizatus? Nam hominis humilitatem imitari superbi dignamur, humiliato sub tot conuictijs deo, superbi erubescamus.

Caput XIII. Qui

Quia ergo cætera rationabiliter pertulit, non frustra, sed disponente eo, frangi sibi crura noluit. Offa namque, quæ ubique in scripturis mystice pro uirtutibus accipiunt, nihil nobis mysterij prædicarent in eo quod frangerentur. Sed e contra crura eius in eo quod integra conseruata sunt, illud nobis mysticant, quod uniuersæ uirgines eius in uolabiles sunt. Crura namque eius, uias eius significant, unde & in Canticis dicitur: Crura eius copulata in recludit firmata. Quid igitur uitata crurum fractura fieri maluit?

Dispensatio. Offa non frangenda, quid significet. Psal. 118. Cant. 5.

Cur sanguinem & aquam de latere suo fuderit. Caput XV. Sed unus militum (inquit Euangelista) lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Cur igitur hoc fieri maluit? Videlicet ut illam super nos effunderet aquam sanguine suo, quam dum commendaret, dixerat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest uidere regnum dei. Siquidem huius aquæ sacramentum ab hoc miraculo sumpsit exordium. Baptizatus ergo dominus in passione sua, talem ad nos suæ salutis mortis participationem iam mortuus emisit. Non est nouum hoc autem mirum, quod illum in passione sua dicimus baptizatum, matre filiorum Zebedæi postulante ac dicente: Magister, dic ut se deus hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam in regno tuo, respondens dixit: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum, aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? Qui cum respondissent, Possumus, Calicem, inquit, meum bibetis, & baptismo quod ego baptizor, baptizabimini &c. Nomen calicis siue baptismi, passionem uoluit designare martyrii, qua & ipsum & illos decebat consummari. Unde & alibi de passione sua loquitur: Baptismo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor usque dum perficiatur? Gratia autem baptismi, Latine ablutio dicitur. Quas ergo sordes habebat dominus, ut baptismi passionis ablueretur? Nempe mortalitatem nostram & passibilitatem, propter quam fordidus & cõtemptilibus apparebat hominibus, sicut & in Zacharia legitur: Iesus autem in dutus erat fordibus uestibus. Dixit autem angelus his qui stabat coram se: Auferte ab eo uestimenta fordida. Iesus (inquit Hieronymus) in dutus erat fordibus uestibus: qui quum non fecisset peccatum, pro nobis peccati factus est, & ipse infirmitates nostras tulit. Et in Apostolo legitur: Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictio. hic in uicem primo Psalmo loquitur: Longe à salute mea uerba delictorum meorum. Et in hexagesimo octauo: Deus, tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. Quæ uniuersa (inquit) appellatur fordida uestimenta, & auferuntur ab eo, cum in morte sua nostra delet peccata. Cum igitur uidemus dominum Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum, & à nostris quæ ipse portauerat ablutum, recte illum accipimus suo baptismi in morte sua baptizatum, atque ut eundem suum ad nos transfunderet baptismum, sanguinem & aquam de latere suo profudisse iam mortuum. Baptismum autem quo à Iohanne baptizatus est, non ad eandem pertinuisse uirtutem, aliàs iam dictum est.

Ioh. 19.

Ioh. 3.

Luc. 12.

Baptismus passionis.

Matt. 20. 16

Luc. 12.

Iesus baptizatus est passione, qua mortalitatis sordes abluat.

Zach. 3.

2. Cor. 5.

Isai. 53

Gal. 3.

Heb. 1.

Cur nec solus sanguis, nec sola aqua de latere eius exiuit uel cur aqua sanguini sociata sit. Cap. XVI. Circo nec solus sanguis, nec sola de latere saluatoris aqua manauit, quia diuinus ordo nostræ salutis utrunque depoposcit, sanguine namque redimimur, aqua abluimur. Nec ad hoc redempti sumus, ut tales nos ille possideret, quales eramus prius. Unde & Apostolus: Non enim, inquit, uocauit nos deus in immunditiam, sed in sanctificationem in Christo Iesu. Et in alio loco, cum priora commemorasset peccata, Et hæc, inquit, fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis &c. Ut ergo esset unde à peccatis lauari mur, aqua, quæ corporales tantum lauare poterat sordes, sanguini qui est pretium nostræ redemptionis, sociata est, & ex eius societate uirtutem et autoritatem sumpsit, ut ad abluendas inuisibiles peccatorum sordes, digna sit sancto cooperari spiritu. Societate, inquam, uiuifici ac pretiosi sanguinis hoc accepit, ut compareret uera similitudine in rubro mari, per quod saluatus populus transiit, Pharaone submerso cum curribus & equibus suis. Nam fugientes Aegyptum huius seculi, mundatos in ueram repromissionis terram transmittit, diabolumque persequentem penitus absorbet cum præteritis actibus & pompis suis. Igitur (ut supra dictum est) longe rationabilius fuit, ut lancea militis latus domini aperiretur, quam ut eius crura frangerentur. Rationabilius, inquam, ac decentius tanto fuit salubris artificij, ualdeque accessit ad pulchritudinem operis, ut illud sibi mortuo de latere educeret, unde nasceretur ecclesia, qui dormienti Adæ costam eduxit, unde formaretur Eua. Hæc enim similitudine quid pulchrius, quid elegantius, quid dulcius: Siquidem ille primus Adam obdormiuit, iste secundus (ut dictum est) surrecturus obijt, illi dominus soporem immisit, huic pater calicem passionis dedit.

Luc. 12.

Iesus baptizatus est passione, qua mortalitatis sordes abluat.

Zach. 3.

2. Cor. 5.

Isai. 53

Gal. 3.

Heb. 1.

Cur egredimini ergo & uidere filij Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis eius, & in die lætitiæ cordis illius. Egredimini, inquam, de tenebris illis, quæ super terram factæ sunt ab hora sexta usque in horam nonam, imò de illis quæ per

Gal. 3.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

Heb. 1.

illas significatae sunt, & nunc operiunt faciem cordis Iudaeorum. De his ergo tenebris exiit & uidete intentam contemplationem illum, qui uos uocauit in admirabile lumē suū, regem magnū, regem pacificū in diademate spinea, quod est charitatis & magnae miserationis ornamentum, quo coronauit eum mater sua synagoga in hac die desolationis eius, qua (ut dictum est) nascitur sibi sponsa ecclesiae in letitia cordis sui prima elementa produxit.

Cur hac die solennes fiant orationes pro statu ecclesiae. Cap. xvii.

O Mni quidem tempore pro statu sanctae ecclesiae fideliter orandum est: sed hac die praecipue solennes pro illa orationes secundum gradum uel dignitatum ordines ac diuersitates, a sacerdote peroranda, rationabiliter instituta sunt. Hac enim die saluator noster pro cunctis orauit, & commune pro omnibus sacrificium factus est, de quibus & passioni appropinquans, in id iam ad aram crucis pene assistens, cum pro discipulis suis rogaret, dixit: Non pro his tantum rogo, sed & pro his qui credituri sunt per uerbum eorum in me. nempe hic ille erat magni consilii angelus, de quo in Apocalypsi legimus: stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua. Hodie iuxta aram templi (id est, in conspectu ecclesiae) assistens, aureum immaculati corporis thuribulum in conspectu dei pendens in cruce sustulit, & orationis incensum dignum cum clamore ualido & multis lachrymis (ut ait Apostolus) pro nobis adoleuit. Recte ergo & nos cum illo solennes pro nobis & pro cunctis orationes offerimus, iuxta quod illic additum est: Et data sunt ei incensa multa &c.

Cur pro Iudaeis genua non flectimus. Caput xviii.

Vbi notandum, quod cum in singulis orationibus ad pronuntiationem diaconi genua flectamus, in ea tantum quae pro Iudaeis dicitur, hoc non facimus uidelicet, quia donec plenitudo gentium subintroeat, caecitas quae contingit in Israel, nullius orationis manu depelli uel expelli potest. Itaque diuinis nec debere nec uelle aut posse contraire iudicij profutiles, uehementer pro illis nunc intendenda non esse oratione significamus in eo quod genua non flectimus, & tamen oramus ut cum quod pro his, quia uisus est ut illos quoque trahat ad se, qui idcirco in cruce exaltatus est, ut ad seipsum omnia traheret.

Cur ab his qui crucem apportant, cantat, Popule meus, & aliae antiphonae: & ad singulas respondetur Graece & Latine, Sanctus deus. Cap. xix.

Tres istae antiphonae, Popule meus, Quia eduxi te, Quid ultra debui, quae apportando crucem decantantur, sensibus parum aut nihil differentes, uerbis quoque ac modulatione conformes, triplicem significant scripturam tituli, sensumque eius consonant, quod super caput domini Hebraice, Graece ac Latine descriptum est: Iesus Nazarenus rex Iudaeorum. Nam quae ibi scriptum est, Iesus Nazarenus, hic per singulas antiphonas in fine subiicit, Saluatori tuo, iuxta interpretationem eiusdem nominis. Et quia uere est rex Iudaeorum, licet hoc illi negauerint, & titulus quoque mutare uoluerint, dicentes, Noli scribere rex Iudaeorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudaeorum: hoc in eis de antiphonis astruunt ab effectibus, ueris & antiquis exponendo regis officium, uidelicet quod eduxerit eos de terra Aegypti, quod deduxerit de deserto XL annis, quod manna cibauerit, quod in terram fatibus bonam introduxerit. Et quia causa haec, Iesus Nazarenus rex Iudaeorum, tripliciter (ut dictum est) scripta est, i. Hebraice, Graece & Latine, ad singulas antiphonas quibus in fine subiicit, Saluatori tuo, quod est in illo titulo Iesus, Graece & Latine respondetur, Sanctus sanctus, quod est in eodem titulo, Nazarenus, Hebraice uero non respondetur, uidelicet quia gens illa regem suum adhuc negat, titulumque illum a uerso corde maledicit & detestatur. Supradictas ergo cantando antiphonas, illud deserti crux, quod sibi Graece & Latine fideliter respondetur, quia uidelicet crucifixus dominus, a negantibus Iudaeis sese promouens, ad confessionem gentium proficiscitur, appropinquantibus apostolis & cantantibus, i. totis uiribus operum crucis quam non erubescunt, praedicantibus, & inter dum multa passis grauique persecutionum pondere fessis: quod & pulchre significatur per hoc, quod eiusdem crucis portatores nunc eunt, nunc tanquam lassus subsistunt.

Quid significet quod crux haec operata, nunc discooperitur. Cap. xx.

Velamen quo haec tenus tegebatur eadem crux, quod quae auferatur, dicendo, Ecce lignum crucis, uelamen illud significat, sub quo se dominus a Iudaeis abscondit, quodque cordi eorum oppanum est, nobis autem reuelatur, quae (ut ait Apostolus) in Christo auferatur. Nobis enim seipsum ostendit in prophetis, sensumque aperit ut intelligamus prophetas, non sicut Moyses ponebat uelamen super faciem suam, dum non possent filii Israel intendere in faciem eius: sed faciem nobis reuelat, ut gloriam eius speculantes, in eandem imaginem transformemur a claritate legis in claritatem euangelij tanquam a domini spiritu. Haec reuelatio primum per illud significata est, quod de eo tradente spiritum, uelum templi scissum est a summo usque deorsum. Ex tunc enim omnia legis sacramenta patuerunt, atque ad gentium fidem arcana Iudaeorum transferunt. In euangelio quoque secundum Hebraeos, superliminare templi

illi infinita magnitudinis, inquit Hieronymus, fractum esse atque diuisum legimus. Praeterea Iosephus refert uirtutes angelicas, praefules quondam templi, tunc pariter conclamasse: Trans eamus ex his sedibus. Sed & in hoc quod terra mota est, & petrae scissae sunt, & monumenta aperta sunt, iuxta literam quidem magnitudo signorum est, quod crucifixum dominum caelum & terra & omnia contremiscent, sed mystice tremorem significat credentium, quod pristinis errorum uitis derelictis & emollita cordis duritia, quae prius erant similes tumulis mortuorum, postea cognouerint creatorem. Unde & in Psalmo: Commouisti domine terram & conturbasti eam. Item: Commota est & contremuit terra.

Item de cruce. Caput xxxi.

Haec ergo crucis adoranda reuelatio, sicut & illa ueli templi scissio, nobis illud mystice significat, quod creditibus in crucifixum clausa prius scripturarum mysteria mysteria fiant. Nam per creditam Christi passionem uel crucem, nunc intelligimus sacramenta legis & arcana prophetarum. Verbi gratia: Cur Pharaon uel Aegyptus, quae decem plagis uerberata non cessit, solo sanguine agni uicta, filios israel dimisit, & quis ille sit in prophetis, cuius factus est principatus super humeros eius: quis uel sicut ouis ad occisionem ductus sit, & sicut agnus coram tendente se obmuerit, & non aperuerit os suum. Haec & cetera clausa prius, nunc crucem Christi suscipientibus aperta sunt. Sicque factum est ut bibere iam possimus de aquis Mara, quas (sicut in Exodo legimus) non poterat bibere populus, donec clamante Moyses ad dominum, ostendit ei dominum lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem uersae sunt. Aquae enim Mara legem significat, quae non paruam in se amaritudinem habet, dum dicit: Oculum pro oculo, dentem pro dente, & similia. Dulcescit autem per lignum, dum proposito dominicae passionis expelet, ei quae percussit in maxillam, praebes & alia, &c. Adoramus igitur in cruce domini nostri Iesu Christi opportunam (ut ait Paulus) gloriam, salutem acquiram, reducere uitam, saluationem perfectam, liberationem perpetuam. Adoramus crucem, fidei praefidium, spei firmamentum, charitatis solium, misericordiae titulum, pietatis argumētum, gratiae uehiculum, pacis uexillum. Adoramus crucem, quae superbiam excidit, inuidiam obtruit, culpam corripit, poenam delinuit. Crux Christi, ianua caeli, clauis paradisi, diaboli deiectionis, hominis erectio, captiuitatis nostrae solatium, libertatis pretium. Crux expectatio patriarum, promissio prophetarum, triumphus regum, dignitas sacerdotum. Crux tyrannos increpat, potentes inclinat, afflictos subleuat, pauperes honestat. Crux tenebrarum excidium, lucis infusorium, mortis effugium, uitae nauigium, salutis imperium. Quicquid deo proficimus, quicquid acquiritur, quicquid speramus, adoranda crucis est fructus. Per crucem Christus ad se traxit omnia. Regnum patris, septem filij, sigillum spiritus sancti, totius est testimonium trinitatis.

Cur pridie dominicum corpus in hodiernum diem reconditum sit. Cap. xxxii.

Causa potest uideri, ut hac die dominici corpus conficientes, & inde usque ad sabbatum recedentes, toto eodem sabbatho in iugis silentio consopiti, usque in prima sabbathi ad omni diurno pallentio cunctisq; facti altaris ministerio uacaremus. Sic enim rei propius accedere putaremur, pro eo quod hac die dominus noster immolatus, sabbatho quieuit in sepulchro, totaque sequentem nocte discipuli eius in tristitia transegerunt, donec diculo redeuntibus a monumento mulieribus, quaeque audierat & uiderat referentibus, paulatim respirare & in gaudium reuiuiscere ceperunt. Verius itaque triduanam domini mortem obseruare uideremur, & illa de ueteri historia similitudinem rectius tenere, quae dictum est de manna, quod filij Israel in figura domini corporis datum est: Die sexta colligat quod inferat, sitque duplum quod per singulos dies colligere solebat, quae die septima non inueniet. Nunc autem e contra die septima apud nos inuenit, quia post meridiem corpus domini solenniter in uoce exultationis & laudis conficimus. Hac uero die sexta quodammodo non inuenit, quia non conficitur, sed pridie, i. feria quinta, illatum & reconditum est, quod hodie sumamus. Cur ita fiat, quia ratione non uacat, uigilanter intuendum est. Quod dominus noster non tunc solum uel tunc primum immolatus est, quando a Iudaeis in cruce suspensus est, sed & pridie quae pareretur, quando accipiens panem & calicem benedixit & dedit discipulis suis, dicens: Hoc est corpus meum. Hic est calix sanguinis mei: suis manibus immolatus est, suis ipse manibus nobis, ut iugiter immolet, agnus comendatus est. Ab illa immolatione prima sabbathi, tertia dies ab illa uero, sabbathum ipsum tertia nihilominus dies est. Cōstat autem quod (ut superius dictum est) nocte siue uespera sabbathi ab illo silentio uel tristitia, quae exigebat requies sepulchri, causa illa uehementer abstrahit, quod in parte eiusdem noctis dominus resurgens, totam illam incomparabilis gaudij iubare solo uerus illustrauit. Triduum ergo dominicae mortis, quod per comparationem eo respectu quo ipse a Iudaeis est crucidatus, pulchre & rationabiliter ad hunc respectum transponitur, quod ipse suis manibus est immolatus. Cuius rei uel maximum illud est indicium, quod tribus his noctibus minuras extinctis luminaribus canimus uigilias, ad similitudinem tenebrarum, quae patiente domino super terram factae sunt, significatio (ut supradictum est) cacti

nare quoque fractum est. Iosephus de bello Iudaei col. 7. c. 12. Matt. 27 terrae motae in morte domini. Psal. 59. 17.

Myseria passionem Christi reuelata. Exod. 12.

Esa. 9. 55. Bibere de aquis Mara per lignum cibus. Exo. 15. Leu. 24. Deut. 19.

Matt. 5. Pulcherrima sanctae crucis pconia.

Ioh. 12.

Exo. 16. Cur sabbatho conficitur corpus Christi & non in pasce. christus immolatus, primo suis manibus i coena, deinde ab inimicis in cruce.

Risio ad quatuor.

Matt. 27. 1. Pet. 2.

Christi hac die pro omnibus orauit. Ioh. 17. Esa. 9. Apo. 9.

Heb. 5. Apoc. 8.

Cur minus deuote pro Iudaeis quam alij oramus. Roma. 11.

Ioh. 12.

Tres antiphonae tres linguae in titulo crucis designant. Ioh. 19.

Exo. 12. Deut. 1.

Cur portatib9 Graece & Latine respondet, & non Hebraice.

1. Cor. 11. 2. Cor. 1.

Exo. 34.

Matt. 27.

Superlimi-

Roma. 11. Cæcitatem, quæ ex tunc accidit in Israel. Sicq; fit ut sacrificium nouum, quod mortem domini pridie per manus ipsius præcesserat, resurrectioni eius nihilominus pridie, qd est in sacrosancta sabbati uespera, solemniter occurrat. Itaque quomodo hac die, quæ est feria sexta, qua Christus hostia salutatis à suis trucidatur inimicis, recte à nobis quasi sepultus est sacrificii deus, & cœlestis illud manna, quia hodie nō inuenitur, feria quinta parauimus & intulimus qd hac die sumamus, sicutq; duplumq; per singulos dies colligere consueuimus.

De eo quod duo presbyteri corpus dominicum de loco, quo pridie reconditum fuerat, deferant: & qd dicitur super illud oratio dominica tantum, Caput XXIII.

Qualis missa in parasceue,

TAndem salutata cruce, duo presbyteri deferunt ad altare corpus dominicum, quod pridie reconditum est, & assistens sacerdos præmissa oratione sic incipit: Oremus, præceptis salutaribus moniti. Constat locum hunc esse in canone, ubi eleuato calice cum corpore domini, dicitur: Per omnia secula seculorum, & sequente dominica oratione, rursus operitur calix: per quod nobis illud ex passione dñi repræsentatur, qd depositum corpus eius de cruce, sepultum est. Sed de hoc in secundo huius opusculi libello iam dictum est, quo & cætera quæ secundum ordinem dominicæ passionis in canone dicenda erant, annotata sunt. ¶ Nunc illud dicendum est, duos presbyteros qui corpus domini ad altare deferunt, significare Ioseph iustum ab Arimathia & Nicodemum, qui petiitum & cōcessum sibi à Pilato corpus Iesu, detulerunt ad sepeliendū. ¶ Nos autē cum silentio cōmunicamus: sed sanguis ille quem sumimus, ad deū de ore nostro clamatur, sicut scriptū est: Ecce uox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Nos enim (id est, ecclesia) terra illa sumus, quæ aperit os suum & sanguinē Abel (id est, Christi) bibit fideliter, quem Cain (id est, populus Iudaic⁹) effudit crudeliter. At ille maledictus est sup terrā candē, uagusq; & profugus est sup eā, sicut scriptum est in psalmo: Disperge illos in uirtute tua. Maledictus inquam illa maledictione, quā sibi posterisq; suis uoluit arrogauit, dicit deo: Sanguis eius super nos & super filios nostros.

Iohā. 19. Quōd sanguis Christi clamatur de terra.

Gen. 4. Psal. 59. Matt. 27.

Incipit de sabbato sancto. Caput XXIII.

Nox uictoria.

Sabbato post profundam tristitiæ noctē diescit nobis post meridiem in summam lætitiæ claritatem, imminemēq; uesperam noctis eius, qua uerus sol Christus ab inferis uictor ascendit. Omnis anima Christiana uigilanter attendens & præ exultās, plaudit sibi met & dicit: Et nox ut dies illuminabitur, & nox illuminata in delicijs meis. Quapropter quotquot sacerdotalis aut leuitici sumus ordinis, iure pro tati regis uictoria tuba intonamus salutari, iuxta illud Psalmistæ: Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis uestræ. ¶ Quis em̄ die nocte hac insignior: quæ solennitas hac uictoria præstator: quæ alia nostra est neomenia, nisi illa quæ hac nocte in Christo per baptismū renascitur noua ecclesia: lute ergo nūc angelica tuba cœlorum exultat, tuba salutari insonat: gaudet tellus, mater ecclesia lætatur, & omnis aula diuini nominis magnis resultat populorum uocibus.

Psal. 138.

Psal. 80.

Præconiū sabbati sancti.

Cur hoc sabbatum uocetur sanctum. Caput XXV.

Benedictio fontis.

Sabbatum hoc pro magnitudine rei cōmune nomen excessit, quod est uigilia, scilicet attenda expectatio uel præparatio cuiuslibet magnæ & cum deuotione suscipiendæ festiuitatis. Dicitur autē sabbatū sanctū, tum propter alia plura, tum maxime propter hoc qd ad suscipiendā tantam luminis claritatem, noua ecclesia sacro baptismi fonte sanctificat. ¶ Hac em̄ die solenne est, iuxta uerā & euāgelicam pattū traditionē, fontes benedici, & præparata p fidē tam corpore q animæ: credentiū uasa, regeneratione noua sanctificari. Præparant animæ, quæ mortuæ fuerant, uitæ uictoricæ (de bello reuertenti, ut in magna regis Christi curia nullus sit uernaculus aut seruus emptitijs, q nō ad ingressum triūphantis dñi, græ ferico uel castitatis auro uestiatur, sed de hoc in sequentibus suo loco dicemus.

Osee. 17.

1. Cor. 15.

Tres causæ huius solennitatis. Prima, redemptionis spes.

Nunc antequā de ordine uel ratione officij differamus, dicendum est, quot uel quibus ex causis paschæ solennitas tam illustri tamq; celebris habeatur. ¶ Multi em̄ solum hoc in illa respiciūt, qd in prima sabbati resurrexerit dñs: unde & dies dominicæ resurrectionis appellatur. Magna plane solennitas & lætitiæ cordis nostri materia: quia dum illo resurgente resurrectione mortuorū esse credimus, nos quoq; resurrecturos esse sperantes, iure gaudemus. ¶ Verū in huius contemplatione solennitatis nunq illud gaudium memoriæ nostræ debet præterire oculum, de nostræ redemptione animarū, quod (ut superius dictum est) in hanc diē dilatum est à feria sexta, qua per crucē & sanguinem suū saluator n̄ illā operatus est. Hęc sunt em̄ festa paschalia, in quibus uerus ille agnus occidit, eiusq; sanguine postea consecretur. Pascha quippe nostrum immolatum est Christus, qui mortem nostrā moriendo destruxit, & uitā resurgēdo reparauit. Duæ sunt isq; paschalis magnæ & annumerabiles causæ festiuitatis redemptionis animarū, quæ die pasceues morte Christi parta est & resurrectio corporis, quæ prima sabbati Christo resurgente data atq; confirmata est. ¶ Ad diē huius tertiæ, necessaria baptismatis solennitas, omnem nobis illarū conferens utilitatē uel fructum,

Matt. 28.

1. Cor. 5.

Scda, aitari redemptio p uerum pascha.

Exo. 12.

1. Cor. 15.

Tertia, baptismi solennitas.

Etum: quæ pro eo quod ab illis exordium totumq; suæ rationis sumpsit sacramentum, recte in eisdem paschalibus gaudijs addita est. Tribus igitur ex causis nox hæc ut dies illuminata resulsit in delicijs nostris. ¶ O uere festa dies, uere beata nox, nobilitas anni, mensis deus, arma dieq; splendore horarū, nox in qua desertus infernus, apertus est paradysus. Nox ista, mortis exitus, uitæ reditus est. Lux gratiæ, splendor gloriæ, suauitatis poculum, fluminis deliciarū, inundatio pacis, acquisitio fortitudinis, laus cōsiliū diuini. Hac nocte cessauit exactor, quieuit tributum, captiui redditi sunt, lassæ respirauerūt, cōfracta est uirga persequentium, computruit iugū dominantium. Pulchritudine noctis huius paradysus resloruit, cœlū purpuratū est, angeli candidati, homines exhilarati sunt. ¶ Nox ista pascha dicitur. Pascha autē hebraice, latine dicitur transitus. Quis ergo transiuit: unde & quō trāsuiuit: Christus dominus transiuit de hoc mundo ad patrē, de morte ad uitā, de ignobilitate ad gloriam, de seruitio ad regnū, de cōtumelijs ad honorem, de fluctibus seculi ad portū cœli, de medio latronū ad patris confessum. ¶ Trāsuiuimus & nos. Pascha enim nostrū Christus est, transitus noster immolaris Christus est. Quō ergo transiuiuimus: Quam ex longinquo: Transiuiuimus à duplici perditione ad duplicem corporis & animæ salutem: de diabolo ad deum, de hoste ad patrem, de tyranno, qui nec deus est nec homo, ad regem nostrum, qui deus est & homo. Transiuiuimus, inquam, de tenebris ad lucem, de fatigatione ad requiem, de planctu ad cantum, de nuditate ad tegumentum, de paupertate ad opulentiam, de reatu ad gratiam, de pœna ad gloriam.

Psal. 76. Præconiū istius noctis

Pascha. Iohā. 15.

Transitus nocter.

Cur Pascha non celebretur ante plenilunium, quod primum occurrit post uernum æquinoctium. Caput XXVII.

TAm iucundam solennitatem, tam mirā ueri luminis claritatem, tam splendiddā gratiæ celsitudinē omnis sexus agnoscere, omnis ætas in mente habere, omnis debet conditio suscipere. Nescire enim, calamitatis non habere, captiuitatis: nō indigere, damnationis. Si quidem paganus quia nescit, miser est: quia non habet Iudæus, captiuus est: quia non diligit hæreticus, damnatus est. Ut ergo tantum hoc bonum maiorum sapientiam delectet, minorū infantiam lætificet, mediocriū profectus edificet, diuina suffragat autoritas, elementorū concurrat natura, ecclesiastica simul nitit induitria. ¶ Diuine namq; autoritatis est, & ex antiqua lege Moysi traditū, ut non celebretur ante primi mensis plenilunium, uel delict ubi primum plena luna post uernale occurrit æquinoctium. Valde hoc delectat ingenia sapientium: quia magnū & perpulchrū in se cōtinet mysterium. Luna quippe quæ propriū non habet, sed à sole mutuatur lumen, sanctam significat ecclesiam, quæ non habet à semetipsa, sed à uero sole Christo interni luminis accipit gratiam. Acquinoctium uero, qd transacto iam dies noctem sup greditur, noctisq; horas decerpens, illi minuit & sibi adijcit, illud significat, qd post ignorantia noctē dies scientiæ dei lōga cœpit serenitate produci, & multitudine inueniuntur studium & labor immittunt ueritatē dei cognoscentiū. Dum ergo paschalis agnus immolatur, & populus dei submerso Pharaone cum exercitu suo, de seruitute liberatur, plenilunium est, & nox uincētē die superatur, quia dum agnus dei Christus patitur, plenitudo græ sanctam illustrat ecclesiā, ut tanq; luna reuelata facie ueri solis gloriam contēpletur, & iā idonea iamq; placens, in thalamos eius ire meditetur. Sicq; dies noctem superat, quemadmodum scriptum est: quia ubi abundauit peccatum, superabundauit gratia.

Rō paschalis cognitiua iucunda & utilis.

Exo. 12. Mysteriū paschalis plenilunio.

Exo. 14.

¶ Elementa quoq; nos in hoc lætificant, nostriq; sensus lactāt infantia, qd post hyemis asperitatē mollis aër uernas spirat blanditias, tellusq; dudum sterili frigore decrepita, uiridi iuuenescit herba, floresq; ac segetes rediuiuo fructu uernat, & uolucres cœli, gelu tristi terro, dulci iubilat. Nā inter gaudia, quæ celebramus dum hæc aspiciamus, ex ipsis inuisibilibus similitudine congrua cōmoneri debemus, qualiter in inuisibilibus per Christi resurrectionē profecerimus: scilicet quæ pulso p̄sidia gelu uitiorūq; imbribus, fidei uirtutūq; pulchritudine resloruit mundus, unde & in Canticis dicitur: tam em̄ hyems trāsuit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt, uinæ florēt odorē dederūt, & uox rurturis audita est in terra nostra. Temporibus ergo siue elementorū considerata qualitas, nō nihil gaudia piæ cōtemplationis amplificat.

Rom. 5. Ver post hyemē nos lætificat etiam mysteriū.

Cant. 1.

¶ Quantū autē ad cognoscendam solennitatis eiusdē gratiam, carnales quoq; ecclesiastica iuuat industria. Nam quia nequeit ad spiritalia uidentā mētis oculos aperire, nisi causerum corporaliter accidentiū uel maiore exciterit, quæ sita sunt causæ quarū impulsu uehementer excitādi percellerētur. Ieiunium quippe quadagesimale (quod pro decimis diebus offerri deo alibi iam dictū est) sic dispositum, sicq; præfixum est, ut non ante hanc sacratissimā noctē ullo modo terminetur, ac deinde quinquaginta diebus numerus continue sequat, in quibus omnino ieiunia relaxantur. Itaq; dum per abstinentiam corpus atteritur, nec aliū de laxatio, nisi ab hac paschali nocte sperat, uel sic eadē beata nox à carnalibus quoq; ambitur, & cum expectatione suscipit, & anteq; ueniat: sic oēs dies quadagesimæ qui inter sunt, tanq; diurna desiderati uaioris itinera, pene quidē diligenter computantur. Omnibus ergo (ut dictum est) dulcis est hæc sacra solennitas, oibus chara, cunctis desiderabilis est, sicut lux ambulanti bus in tenebris,

Gaudiū pasche ex p̄cedenti ieiunio quadagesimæ.

bris, sicut fuitibus fons aquæ de petra salientis, sicut pegrinantibus tabernaculū qđ deus fixit, sed iā nunc ipsum attingamus officiu, quo tandē læta læxemur ora post triste silentium.

De cereo. Caput XXVIII.

Cereus à Zozimo papa istituit.

Proprium quoddā huius tantæ solennitatis decus est, cereus à Zozimo Romanæ ecclesiæ pōtifice tricesimonono per ecclesias benedici institutus, à cuius dulcifona benedictione præconia sanctæ resurrectionis Christi inchoantur. Significat uero eundem dominū nostrum resurgentē, suoz tristitiam discipulorum, imō mundū uniuersum lætitiæ cōpetentis claritate serenantem. Hoc uere congruit, & uis ipsa significationis exposcit, ut sicut præteritis noctibus extincta luminaria faciem ecclesię contristauerūt, sic eandem nocte hac cereus illuminatus iugi flāmæ tripudiantis iubare lætificet.

Quid cereus significet. Caput XXXIX.

Cereus Christi typi gerit. Matt. 23.

Vpra dictum est, per cadelas quæ extinctę sunt, mortes significari prophetarum & iustorum, qui à sanguine Abel iusti usq; ad Christum occisi sunt, ipsamq; candelam quę ad euangelium non maior cæteris extinguitur, ipsum dominum significare, qui euangelizans occiditur, unus ex prophetis reputatus. Constat autē, quia qui contemptus et humilis occisus est, hunc deus suscitauit, ac principem & saluatorem exaltauit, ad dandā penitentiam in remissionem peccatorum. Bene ergo significationis ordo procedit, dum clarā resurgentis magnitudinem præclari significat magnitudo cerei. ¶ Eo uel maxime cereus ad Christi similitudinem accedit, q; paruula quæ substantiam cereę apes mater educit, absq; concubitu concipit & parit. Cui recte comparatur uirgo Maria dei genitrix, quę in uiolata nobis deum in carne, quasi mel in cera, protulit. Cum ergo recte humanitatis Christi similitudinem gerat, annus illi ab incarnatione eiusdem domini Christi consequenter inscribitur. Et quæ crucifixus est, crucis quoq; figura congrue nihilominus insculpitur. Amplius autem id quod dictum est eiusdē cerei benedictio confirmat. ¶ Primo, cum in præfatione benedicens rogat, Ut qui me, non meis meritis, intra leuitas; numerum dignatus est congregare, luminis sui gratiam in fundendo, cerei huius laudē implere præcipiat. Laus enim cerei nullo modo nominanda esset, nisi Christum filium, qui cum patre & spū sancto deus unus & solus laudandus est, si gnificaret: præsertim cum laus eadem cerei, noctis huius iucundum ac prædulce præconium sit, & resurgentis gratiā atq; uictoriā, uetera cū nouis conferēs, tanq; tuba clarissima personet. ¶ Sed iam colūne huius (inquit) præconia nouimus, quam in honorem dñi rutilas ignis accendit. Quilibet diuisus in partes, mutuati tamen luminis detrimenta non nouit. Ex his quoq; duob; uerficulis magis ac magis sæpe dicta cerei significatio collucescit. Quod em̄ ait, Columnæ huius præconia nouimus, aperte nobis innuit, q; illud idem per hanc pretiosam lampadē intelligere debeamus, quod per illam præfigurabat columnam, quæ casti ratorū Israēl de Aegypto exeuntium per mare rubrum præcebebat. ¶ Significabat autem illa colūna nubis, bene notam nobis nubem humanitatis Christi, in qua proprie thronū suū posuit sapientia dei, sicut ipsa dicit: Thronus meus in colūna nubis, Siquidem nūc illa colūna nubis populum suū à diaboli seruitute liberatum, & rubrū mare baptismi transeuntē præcedit dux itinēris, ut in duca in uerā terrā repromissionis, terrā uiuentiū, quā (sicut Moyses ait) dñs deus noster die ac nocte intuet, nunc cælestibus doctrinis cōpluens, ut uere colūna nubis; nunc igne sui spūs accēdens, ut uere columna ignis. Iam ergo uerā columnæ huius mysteria nouimus.

Actu.

Similitudo cerei alia ad Christm.

Laus cerei propter Christm.

Exo. 13. 14. Mysterium columnæ. Eccl. 24.

Deut. 11.

Natura ignis.

Mysterium cerei accessi.

Cereoli à cereo accessi.

Iohā. 20. Luc. 12.

¶ Quod autem adjicit de natura ignis dicens, Qui licet diuisus in partes, mutuati tamen luminis detrimenta nō nouit, multa nanq; luminaria de uno uidemus accēdi, nec illud unū propterea sibimet lumen diminit, nihilominus ad idem argumentū proficit. Nunquid em̄ talem tali in loco, præsertim omnibus notā, non propter aliud q; propter semetipsam docere nos uoluit: Siquidem ineptum fuisset hoc absq; mysterio tantis inferere laudibus. ¶ Dum ergo columnam ceream rutilans ignis accēdit, sic de sua naturali copia laudatus, per hoc aliud perpulchrum piumq; spectaculum nostrarum mentium oculis ingeritur. Deniq; illud innuitur, quod extinctam in sepulchro iacentem humanitatis Christi substantiam de supernis aspirans ignea diuinitatis potentia rursus animauit, & sicut uere rutilans ignis gloria beatæ resurrectionis hac nocte in perpetuum nobis gaudium feliciter illuxit.

¶ Item eodē igne cōsecrati cerei, cūcti qui in ecclesia sunt illuminari debēt cereoli. Quod cum fit, opportune nobis illud in mentē subuenit, q; dñs noster ea die qua resurrexit, cum esset sero, stans in medio discipuloz; suoz, manusq; & latus ostendens eis, insufflauit & dixit eis: Accipite spū sanctū. Illic em̄ cōcepit ille hominibus dari ignis, quē per hunc uisibilem ignē constat significari, quē uenit ipse mittere in terrā & uoluit uehementer accendi.

Cur diaconus cereum benedicat. Caput XXX.

Hic ipsa rei nouitas admonet ut quærat, cur tantæ materiæ, tantæ dignitatis benedictionē super cereum pronuntiet diaconus, præsertim sacer dote uel etiam pōtifice, sacrisq; in dutum uestibus, causa manifesta sese offert quærentibus. Constat em̄ quia bonū

bonum sanctæ resurrectionis Christi nuntium per minorem sexum (i. per mulieres) sanctis apostolis stentibus & lugentibus euāgelizatum est. ¶ Hoc autē tam rationabili diuinitatis dispositione actum est, ut inter illa quæ significatione fiunt in ecclesia, memoriale suum oratio in re habere debeat. Nā quia mulier à diabolo missa uiro mortē obrulit, pulchre sexus idē à redimiuo Christo missus, uirili sexui uitā euāgelizauit. Recte itaq; gradus inferioris minister tam dulci, tam pulchra, tamq; melliflusa cerei benedictione, tantæ solennitatis nræ gaudiū inchoat: quæ per inferiorē sexū, tam iucundū tamq; piū dominicæ resurrectionis miraculū, uiris non quibuslibet, sed ipsis apostolis annuntiatū est.

Luc. 24. Cur p mulieres annūtiata ē resurrectio apostolia.

Cur ad benedicendum, cereū quoq; portat incensum. Caput XXXI.

Vm̄q; diaconus cū cæteris subministris ad benedicendū accedit, frustula q; portat incensū, ut cruciculæ (quæ cereo insculpta est) offerendo infigat. Et hoc q; quod causam prædictā respicit. Illæ nanq; mulieres quæ mortuū quærebant dñm, & uiuum uidere meruerunt, aromata ferebant, sicut euāgelista refert: Maria Magdalenā & Maria Iacobi & Salome emerūt aromata, ut uenientes ungerent Iesum.

Mar. 16.

Cur dicatur uel sit sacrificium uespertinum. Caput XXXII.

Offerens igit incensum dicit: in huius igit noctis grā suscipe sancte pater incensū huius sacrificiū uespertinū. Vespertinū esse sacrificiū, totū q; ad uesperā sabbathi, quæ lucefcit in primā sabbathi diei præsentis pertinere officii clarē est. ¶ Cur autē hæc sacrosancta solēnitās utrūq; scilicet matutinū & uespertinū, habeat sacrificiū, supra dictis ex causis colligi potest. Supra nanq; dictū est, duabus ex causis præsentē splendē solennitatē, scilicet ex redemptione animarū, quæ die paraceus morte Chrī parata est, & ex resurrectione mortuoz; quæ illo resurgente primā sabbathi cōfirmata est. Constat autē, q; idem resurrectionis nostræ autor, imminente uespera, caput inclinans tradidit spūm; & hora qua primus Adā requisitus, clamante dño & dicente: Vbi es Adā, inobediēs deprehēsus est, eadem hic secundus Adā cōsummata passione sua, clamanis & dicens: In manus tuas cōmendo spiritū meum, obediens inuentus est. Oblaturus igitur sacrificium matutinum, pro eo q; hic Lucifer matutinus, resurrectionis primogenitus, diem nobis eternitatis resurgēdo aperuit. Sacrificiū quoq; uespertinū primū offerimus pro eo, q; (ut dictum est) imminente uespera, spiritum tradēs, eandem uesperam sua morte fecit memorabilem, sed eius celebritas dilata (ut dictum est) & competenter in hanc transposita est.

Vtrunq; sacrificiū die isto celebrat.

Iohā. 19.

Gen. 3. Luc. 23.

De baptismo. Caput XXXIII.

A Equa uictoriæ lex est inter homines, ut quicunq; ante bellū fuerat uicti, post bellum cedant in ius dominationē q; uictoris, mittantq; legati in uniuersam uicti potestate, qui uictū esse priorē tyrānum annuntient, titulosq; uictoris recipiendos ostēdant, & eius iura prædicet. Vnde & ipse dñs, qui ad debellandū humani generis inimicū uenerat, dicit in euāgelio: Cū fortis armatus custodit atriu suū, in pace sunt omnia quæ possidet: si autē fortior illo superueniens uicerit eū, uniuersa arma eius auferet in quibus cōsidebat, & spolia eius distribuet. ¶ Hac nocte aduersus illū fortem armatū, scilicet diaboli, fortior superueniēs filius dei, crucisq; uexillū eius bellator inferēs, ipsum cepit, alligauit, arma eius abtulit, & spolia paradiso reddidit. Ille tā fortis, q; uniuersam terram cōculcauit, hamo crucis captus est: quia dum fragilitatē carnis in Chrō morte appetit, diuinitatis aculeo transfixus est. ¶ Recte igit hac eadē nocte celebrat baptismi sacramentū, quo cōstanter aduersus uicti potestate iniquā eunt sacer dotes nrī, legati utiq; uictoriosi regis Christi, titulosq; uictoriæ professerentes, uicti abrenuntiationē, uictorisq; ab hoibus exigūt professionem. De cuius magnitudi ne sacramenti aliqua debere dici, tēpus & officij eius ordo nūc exigat, atq; in primis dicē dum uidet, quō uel quid mors Chrī per baptismū operetur in nobis. Consequens em̄ esse uidet, ut quō propter peccatū mortales facti sumus, in remissionem autē peccatoz; baptizauer, iam post baptismum immortales existeremus.

Lex uictoriae.

Fortis armatus hac nocte & uictus & spoliatus est.

Legati uictoriosi baptisum sacer dotes sunt.

Quō uel qd per baptismū mors Christi operetur in nobis. Cap. XXXIII.

Aulus apostolus dicit: An ignoratis fratres, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Cōsepulti enim sumus cū illo per baptismū in mortem: ut quō surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulamus. Hic patenter ostendit lucrosam cōmutationem factam esse nostræ duplicis ac sempiternæ mortis, cui iuste fueramus addicti, scilicet ut per baptismum cū Christo iniustæ morti addicti morientes, mori ultra non debeamus. Idcirco nanq; mortuus mortis suæ fluuū, scilicet sanguinem & aquā, de latere suo Christus effudit, ut non deesset nobis, in quo eiusdem mortis sup postem participes fieri, & sic à nostra liberari. Valde nā quæ repugnat iustitiæ, & cū iusto Chrō mori, & cū peccatore diabolo damnari. ¶ Sed nō eadē iustitia pariter & hoc admittit, ut quicūq; in morte Christi Iesu baptizati sumus, statim q; à morte corporis liberi sumus. Nam in baptismo unius simplæ mortis Christi, quā suscepit, similitudo

Rom. 6.

Effectus baptismi.

Baptismus liberat à morte aig, non corpore.

do est. Nos aut duplam, scilicet corporis & anime mortem debentes, baptismi subimus remedium. Igitur propter unam Christi mortem, cuius similitudini complaciti facti sumus, unam ad nobis mortem quae erat animae, salutis gratia depulit, aliam uero, quae corporis est, iustitiae censura referauit. Corpus quidem (inquit Apostolus) mortuum, id est, certissime mortuus est: propter peccatum, spiritus uero uiuit propter iustificationem. ¶ Sed habent spei suae consolationem ipsa quoque baptizatoz corpora: quia quorum spiritus nunc uiuit propter iustificationem, ipsa quoque immutabuntur per resurrectionem. id est, sicut impassibilia, quando absorbebitur id quod mortale est a uita. Nec hoc dictum est, quod ideo resurrectio consequatur, quia baptizati sumus: alioqui quicunque non baptizantur, non resurgerent si de qua baptizati sumus, praemium recipiet fides, ut cum omnes mortui resurgant, soli immutentur fideles. ¶ Omnes quidem, inquit, resurgemus, sed non omnes immutabimur. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. i. immortales esse ceteri, & nos immutabimur. i. impassibilitatem quoque obtinebimus, quae infidelium non erit. Nam qui mala egerunt, procedent in resurrectione iudicij. Nunc ergo praesentem accipimus in baptismis spiritus iustificationem, futurae uero immutationis spem. Et sicut praecedens mors animae, causa extitit corporeae mortis, omniumque corruptionum carnis: sic nunc uita uel iustificatio spiritus, quo in baptismis renouiscimus, causa efficiens erit in resurrectione, ut immutemur, id est, ut impassibiles simus.

Resurre-
ctio corpo-
rum.
a. Cor. 5.
1. Cor. 15.
Oes resur-
gemus, sed
non oes im-
mutabi-
mur.
Ioh. 5.

Mors cor-
poris p mi-
sericordiam
nobis infli-
cta est.
Gen. 3.

Plotinus
philosophus
Platonis
discipulus.

Mors cor-
poris potius
operanda quam
fugienda.
Num. 23.

Ioh. 3.
Luc. 23.
Questio.

Responsio.

Matt. 28.

Zac. 13.

Fides ex late-
re Christi
ta ecclesia
praedecem
tunc bapti-
zauit.

Eph. 5.

¶ De morte uero corporis argumentandum non est, quod consequenter & ipsam, baptismi uirtus absorbere debuerit. Quamuis enim & haec ab originali peccato, quod in baptismis deletur, initium acceperit, modo tamen diuerso mors utraque peccati homini accidit. Nam mortem quidem ante totum appetitum inuitit: corpori autem materiam semper uiuendi, subueniendo potius quam persequendo, deus abstulit. Ecce, inquit, gens, a qua quasi unus es nobis factus est, scilicet ens bonum & malum, nunc ergo uidete, ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno uitae, & uiuat in aeternum. Videtur haec iras sonare uel uindictam si recte considerentur, uerba sunt patris: ne prouideat, nosque iam tunc a lege circumuolantis quaedam praeparatio misericordiae. Quid enim esset iam uitatio homini uita aeterna, nisi aeterna miseria? Quod Plotinus quoque gentiliu quidam philosophorum recte, Augustino teste, intellexisse laudatur. Nam cum de humanis animis ageretur: Pater, inquit, misericors mortalibus illis uincula faciebat. Ita hoc ipsum (ait Augustinus) quod mortales sunt homines corpore, ad misericordiam dei patris pertinere arbitratus est, ne huius uitae miseria semper tenerentur. Tunc enim a deo monibus quod differret? Nunc autem longe differunt: quia cum sit debeat aeternitas uel aeterna beatitudo, demonum autem misera aeternitas uel aeterna miseria: homo, cuius est miseria mortalis uel mortalitas misera, a dei quidem beatitudine cecidit, sed usque ad demonum miseriam non peruenit, prouidente misericordia deo ac dicente: Videte ne sumat de ligno uitae, & uiuat in aeternum. ¶ Non ergo conqueisione uita uentilanda arbitramur, cur in baptismis nostra corporea mors non deletur: quin potius uita uel deus operanda est ut ueniat, & tanquam misericordiae profectus, animam a miseria uitae praesentis absoluat. Non enim est quasi homo ut mentiat, neque ut filius hominis ut mutetur. Vnius eiusdemque gratia propositum, quod tunc incipit quando hominem immortalem esse ueluit, nunc in fide baptismatis ostendit: perficiet autem in die resurrectionis.

Quod iuxta sententiam domini nullus unquam, nisi renatus ex aqua & spiritu sancto, regnum dei introierit, & quod illa hora qua dominus noster sanguinem & aquam de latere suo fudit, uniuersa ecclesia quam iam erat uel fuerat ab origine mundi, usque ad latronem qui in cruce confessus est, baptizata sit. Cap. XXXV.

Tantum autem, tamque necessarium est hoc baptismi sacramentum, ut sine illo iuxta sententiam domini non possit quis uidere regnum dei. Hic a deo illatrone queri potest, cui confitentem in cruce dicenti, Memoro mei domine dum ueneris in regnum tuum, Amico dico tibi, inquit dominus, quia hodie tecum eris in paradiso. Hic enim secundum regulam, qua singuli baptizamur nos, baptizatus non est. Quod ergo defendit illa domini sententia, dicitur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest uidere regnum dei: Sed si de huiusmodi pmouemur, angustus est adhuc cordis nostri intellectus, claraque maiestate sacri baptismatis non dum satis aperit uentur oculis. Solum riuum, quae ad nos quoque foris eramus, Christus emisit, dicens discipulis suis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti in nomine domini, inquit, riuus sacri baptismatis quod ad nos exiuit, attendimus, ipsumque fontem domus David, ubi, quoniam uel quantum prius ad nos deriuaret, in unum dauerit, minus diligenter animaduertimus. ¶ At ille fons salutaris uniuersae ecclesiae, quae ab initio per sex mundi aetates collecta, propter originale peccatum ab ingressu paradisi arcebat, cunctisque, qui adhuc uiuentes iam corpore erant eiusdem ecclesiae, dominum nostrum audire do, ipsumque fideliter sequendo uniuersae, inquam, ecclesiae ab Adae usque ad latronem supradictum, fons ille baptismi salutaris inundauit: qua hora patefacto latrone militis Christi latere, sanguis & aqua prorupit. Ibi pariter tota ecclesiam, quae iam erat uel ab initio mundifuerat, lauit Christus a peccatis eius in sanguine suo, ut exhiberet sibi sponfam gloriosam, non habentem maculam

culam aut rugam. Nam ex quo primi parentis peccato maculata, & propter hoc in medio corruptionum ueterascens, corrugata est: uel (ut Esaias uerbis utar) ex quo bibit de manu domini calicem irae eius, & usque ad fundum calicem soporis bibit, & potauit usque ad feces, non fuit (ut idem ait propheta) qui suscitaret eam ex omnibus filiis quos genuit, & non fuit qui apprehenderet manum eius ex omnibus filiis quos enutruuit. Filij tui, inquit, proiecti sunt, dormierunt in capite omnium platearum, sicut bestia illaqueata. ¶ Quamuis enim idem salutaris curatiois auxiliu circumciso in lege contra originalis peccati uulnus tunc ageret, quod nunc baptismus agere, reuelatae gratiae tempore, contineuit: hoc omnino exceptum est, quod dicitur regni caelestis ianuam necdum intrare poterat: tantum in sinu Abrahae post mortem beata spe consolati, supernae pacis ingressum feliciter expectabant, donec adueniret ipse qui in eodem propheta post pauca loquitur: Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Et paulo post idem propheta de eodem: iste, inquit, asperget multas gentes. ¶ De qua asperione loquitur ecclesia per os David, qui ex supradictis ecclesiae filiis antiquae unus erat: Asperges me, inquit, hyssopo & mundabor, lauabis me & super niuem dealabor. Per hyssopum, quae herba humilis est, nasciturque in petrosis locis, & bibita tumorem pulmonis depouit: de qua in lege quoque preceptum erat, ut fasciculo hyssopi intincto in sanguine uictima aspergerentur leprosi, & sic mundarentur: per hyssopum, inquam, herbam humilem atque salubrem, passionis Christi significat humilitatem, qua aspergenda, lauanda & super niuem dealbanda erat ipsa, quae per David hoc loquitur, ecclesia. ¶ Hinc & propheta Zacharias cum dixisset de ingressu eius, qui in ciuitatem Hierusalem passurus intrauit, ipse pauper & ascendens super asinam & super pullum filij asinae, post pullum conuersus ad ipsum: Tu quoque, inquit, in sanguine testamenti tui emisti uinctos tuos de lacu in quo non ulla aqua, i. in sanguine passionis tuae eos, qui uincti in carcere tenebantur inferni, in quo non est ulla misericordia, tua clementia liberaisti. Hinc autem munitione, ad quam per eundem prophetam eosdem uinctos cohortatur dominus, statim adiungens, Cuiusmodi ad munitionem uincti spei, non aliam debemus accipere, nisi habitationem paradisi, inquam primus cum domino latro ingressus est.

Esa. 57.
Circumciso non apuit ianuam regni caelestis.

Asperio per hyssopum. Psal. 50.

Leu. 14. Num. 19.

Zach. 9. Emisit uinctos de lacu.

Luc. 12. Baptizati passione Christi.

Act. 9. Cur Paulus legit baptizatus, non alij apst.

Ioh. 4.

Regula baptizandi post passionem non data. Latro sicut tota ecclesia, ex latere Christi baptizatus.

Gen. 2. Nemo intrat caelum nisi baptizatus. Ioh. 3.

¶ Baptizatus ergo Iesus in passione sua, de qua & ipse dixerat: Baptismo autem habeo baptizari, & quomodo coartor usque dum perficiatur, qua hora sanguinem & aquam de latere suo profudit, eadem hora totum corpus eius, quod est ecclesia, quantum acunque ab initio mundi usque in eandem horam concreuerat, semel simul quoque baptizata est, & aspersa hyssopo (ut supra dictum est) mundata est: & lota, super niuem dealbata est. ¶ Propter eos autem qui foris erant, nec ad huc eiusdem ecclesiae corpori per fidei uniti fuerant, & idcirco non eos ille fluctus attigerat, nec enim baptizatur quis priusquam eiusdem baptismi fidem habeat: propter eos, inquam, positum est quasi ante fores eiusdem ecclesiae deriuatum baptismi sacramentum, ut quicumque ludaeorum siue gentilium ecclesiam ingredi cupiunt, baptizentur quia ecclesia ipsa baptizata est. ¶ In de est quod singulariter Paulum quidem legitur baptizatum, uidelicet quia quod uniuersaliter (ut dictum est) ecclesia baptizata est, ipse in corpore eiusdem ecclesiae nondum erat, sed in synagoga satanae, quae Christum caput ecclesiae crucifixerat. ¶ Petrum uel quemlibet ceterorum qui Christo adhaeserant, baptizatos singulariter non legitur: nec ipse Augustinus reperire potuit in epistola, quae ad Seleuciam interrogatus de baptismis apostolorum, scripsit. Nam ante passionem suam Iesus (inquit euangelista) non baptizabat, sed discipuli eius, quomodo autem baptizabant discipuli eius, nisi quemadmodum & discipuli Iohannis, uidelicet in penitentiam? ¶ Siquidem & Romani papae Leonis auctoritas ex euangelica serie comprobatur, quia baptizandi regula ante passionem domini data non fuerat, sed post passionem ac resurrectionem eius ab ipso data est, dicente: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ceterum de his uidetur quicquid quid sentiat, utrum eos rebaptizatos esse asserat. ¶ De latrone supradicto illud nemo est qui dubitet, quin cum domino Paradisum ingressus sit: & tamen non nisi in uniuersali ecclesia simul illo qui de latere domini effluxit, flumine praesentialiter baptizatus est. Baptizata quippe (ut saepe dictum est) tunc est omnis quae super terram uel sub terram erat ecclesia, sicque de mortui Christi latere renata, sicut de latere dormientis Adae fabricata est Eua. Nam sicut costa Adae causa materialis extitit unde formaretur Eua, sic fluiuis ille qui de latere Christi fluxit, causa fuit effectiua, ut paradiso uel caelo, Christi quoque spirituali coniugio sancta eius sponsa renasceret ecclesia. ¶ Siquidem nullus adhuc de omni genere humanae regnum dei uidet. Dixerat autem ipse absque ulla exceptione tam praeteritorum quam praesentium uel futurorum: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest uidere regnum dei. Omnes igitur oportuit renasci, omnem ecclesiam ueterum pariter ac notorum: quia fuerat in praeparatione primi Adae generata, oportuit in fide secundi Adae regenerari, ut posset uidere regnum dei.

Cur nulli ueterum sanctorum sua tristitia suffecerit, ut per eam illuc unde primus homo lapsus est, posset restitui absque baptismis sanguinis Christi. Cap. XXXVI.

Rom. 4. Nec Abrahā potuit absq; baptisimo intrare coeli.

Meretur aliquis, cur haecenus nemo iustorum, nemo sanctorum patriarcharum aut prophetarum, nec ipse pater Abraham, cui primo contra spem in spem credenti fides ad iustitiam reputata est, quicquid ob eiusdem fidei meritum amicus dei appellatus est, per laudabilem iustitiam saltem in seipso, delere peccatum originale sequi paradiso restitueretur potuerit. Sed de hoc profecto quicumque diuini uel etiam humani iuris peritiam habet, minime miratur. Reus enim & condemnatus capitis seruus quod redimet caput suum, si nihil addat ad seruitutem, uel etiam minuat quod debuerat ante reatum. Alijs enim & minoribus debitis, alia maiora debita non redimuntur. Verbi gratia. Homo ille qui descendebat ab Hierusalē in Hiericho & incidit in latrones, debebat regi suo Hierosolymitano decem milia talenta (quis enim aestimare possit quantum creatura debeat creatori? Seruus quippe diues & inclutus in illa ciuitate, nec illi tanti debiti persoluit facultas deerat. Praemonitus fuerat ab illo domino suo, fidelis ut esset ac subditus, perceptumque acceperat, quo non difficulter obseruato, tunc demum emeritis iure altiori dignitatis gradu promoueret. At ille ab anathematizato principe Hiericho domini sui inimico, spe regniadi sollicitatus ut descenderet, & tanquam regnare idoneus, seruire cōtemneret, descendit, lectumque omne domini sui debiti abstulit: statimque ab illo deceptore spoliatus, & plagis impositis semiuuius relinquitur. Hic proditor iacens in Hiericho, qui antequam transurgeret, decem milia talenta debebat, nunquam pro satisfactione centum offerens denarios, debiti omne rependit, suis quoque medetur plagis, proditionis quoque opprobrium diluit, ut infamis inter famulos proceres in illa regali sedate curia: Imò bene ac misericorditer cum illo agit, si tantum in illa ciuitate uel curia non recepit, non etiam ignibus exuratur, uel alia poena funditus à uita qua indignus est, extrudatur. Bene ergo cum Abraham & Isaac & Iacob uel quolibet iusto clemens diuinitas, quod à paradiso exclusus, non etiam inferni cruciatur ignibus, sed in pace collocatus, illum expectabat legiflatorem, qui ueniens benedictionem daret, ut uideretur deus deorum in Sion. Quicquid enim fidelis seruus deo quilibet iustus obrulit, tantum erat ad comparationem eius laudis & glorificationis, quam homo conditus in paradiso suo debuerat creatori: quantum si compares centum denarios decem milibus talentis. Vnde ergo peccatum quoque originale redimeret? Ad hoc etiam accedebat, quod uita haec misera sine actualibus quoque peccatis saltē leuibus, sicut nunc, ita & tunc transigi omnino non poterat. Non ergo summam dei iustitiam congruebat, qui in hoc terrestri sanctuario suo maculatum quippiam sibi offerri prohibet, ut in illis celestibus sanctis sanctorum aliquid nisi immaculatum susciperet, & in commendam humanam creaturam angelicę dignitati penitus incorruptę coraequaret: sicut & iniustus sicut & iustus, & clarissima coeli re publica tali inordinatione confunderetur.

Luc. 10. Adā incidit in latrones

Nec Adam nec Abrahā potuit pro prima culpa satisfacere.

Psal. 51.

Nemo maculatus coeli ingreditur. Leu. 21.

Ezech. 18.

Gen. 5. Adā genuit filios & filias. Quid nāq; est quod ait, Genuit Adā ad imaginē & similitudinē suam: Hoc utique uoluit intelligi, quod à latronibus despoliatus (ut supradictum est) genuit nudos, plagatus moribundus, semiuiuus & ipsos semiuiuos. Vitiarum namque succus radice, nihilominus uitiose in fructibus erupit. Et quod ualde dolendum est, sicut spoliatus & semiuiuus multo plures generauit quam gignere debuerat, si in priori sanitate custos paradisi fidelis & obediens permansisset. Tunc enim ex illo soli nasceretur hi, qui ad uitam praordinati sunt, quicquid nunc per Christi gratiam ad eandem reuocatur uitam. Nam propter peccatum, Male dicta, inquit deus, terra in opere tuos operatus fueris, non dabit fructus suos, sed spinas & tribulos germinabit tibi. Cui terrae, scilicet mulieri, Multiplicabo, inquit, aerinas tuas & conceptus itaque conceptus de terra carnis, que propter superbiam qua diuinitatem appetiuit, luxuriae subiecta est, tanquam tribulorum & spinarum densitas excreuerit super numeros: & ita nascuntur reprobi, ut ad comparationem illorum pauca sint electi. Dicat nunc hois illi filij, qui omnes in Hiericho nati sunt: hois, inquit, qui ciuitatem Hierusalem, quia sponte dereliquit, iuste perdidit: dicat, utrum iure haec reditatio ciuitatem eadem repossent, legaliter patri adiudicant. Dicant, inquit, le gis peritiam, in qua Romanorum seu Barbarorum curia simile quid iudicare praesumant.

Gen. 9.

Matt. 20. Filij Adę iuste dñari & exules.

Pro. 31. Eze. 18. Thr. 5. Exo. 20.

Quos filij portat iniquitate patrum.

¶ Et ne forte quid absit iudicia dei reprehendamus, cum his quae iuxta Ezechielē intra se parabola uerebant, dicentes: Patres comedunt uua acerba, & dentes filiorum obstruuntur, libet proposita similitudine, quoniam ex euangelica parabola est, adhuc secundum humanę legis aequitatem perfectę, quoniam hoies sunt qui reprehendunt iudicia dei: Audiunt hoc, & respondant mandata legis & qui censores, & diuini examinis iniqui reprehenses. Quis supradictus homo, postquam descendit in Hiericho, genuit (sicut scriptura refert) ad imaginē & similitudinē suam filios & filias. Quid nāq; est quod ait, Genuit Adā ad imaginē & similitudinē suam: Hoc utique uoluit intelligi, quod à latronibus despoliatus (ut supradictum est) genuit nudos, plagatus moribundus, semiuiuus & ipsos semiuiuos. Vitiarum namque succus radice, nihilominus uitiose in fructibus erupit. Et quod ualde dolendum est, sicut spoliatus & semiuiuus multo plures generauit quam gignere debuerat, si in priori sanitate custos paradisi fidelis & obediens permansisset. Tunc enim ex illo soli nasceretur hi, qui ad uitam praordinati sunt, quicquid nunc per Christi gratiam ad eandem reuocatur uitam. Nam propter peccatum, Male dicta, inquit deus, terra in opere tuos operatus fueris, non dabit fructus suos, sed spinas & tribulos germinabit tibi. Cui terrae, scilicet mulieri, Multiplicabo, inquit, aerinas tuas & conceptus itaque conceptus de terra carnis, que propter superbiam qua diuinitatem appetiuit, luxuriae subiecta est, tanquam tribulorum & spinarum densitas excreuerit super numeros: & ita nascuntur reprobi, ut ad comparationem illorum pauca sint electi. Dicat nunc hois illi filij, qui omnes in Hiericho nati sunt: hois, inquit, qui ciuitatem Hierusalem, quia sponte dereliquit, iuste perdidit: dicat, utrum iure haec reditatio ciuitatem eadem repossent, legaliter patri adiudicant. Dicant, inquit, le gis peritiam, in qua Romanorum seu Barbarorum curia simile quid iudicare praesumant.

¶ Sed dicit aliquis: Dominus ipse (cuius in ore lex clementię est) Filius, inquit, non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Bene. Sed rursum alius propheta dicit: Patres nostri peccauerunt & non sunt, nos autem iniquitates eorum portauimus. Et Moyses ad deum: Qui reddis, inquit, peccata patrum in filios in tertia & quarta generatione. Quapropter querenda est haec consonantia tibi: quia cum spiritus illas unus idemque persflauerit, in ipsis dissonantia non debet intelligi. Videlicet portat iniquitatem patrum filij, qui sequeuntur: non portant, qui non sequuntur. Dicis itaque mihi: Abraham, Isaac & ceteri iusti non sunt secuti primorum iniquitatem parentum, sed

sed omni testimonio fidei probati inuenti sunt. Fateamur igitur, quia nec portare debuerunt: uerum tamē, in quantum non secuti sunt. Et qui omnino non secutus est, Christus deus, carnē habens ex carne Adam, & ossa ex ossibus Adā, omnino nec portare debuit. At illi quae longe ab illa parentum iniquitate in altitudine iustitiae profecti sunt. Vnus ex precipuis Esaias dicit: Facti sumus ut immundum nos omnes, iustitiae nostrae sicut panus menstruatae. Non igitur equum erat ut illorum iustitia, quoniam menstruata erat, coeleste sanctuarii introiret, donec fons ille domus Dauid, fons baptismi, de quo nunc sermo est, iuxta prophetam Zachariam in ablutione menstruatae pateret, uidelicet lancea aperiēte latus domini crucifixi. Interim illis ampla merces, & oem illorum iustitiam supergrediens, erat, apud inferos praesens requies, & futurae per Christum glorificationis securae & beatae spes. Grauius misericordiae dei iustitiae, & iustae dei misericordiae, qui sic aduersatus est, ut subueniret: sic percussit, ut sanaret, & iuxta illud Psalmistae: Misericordia & ueritas obuauerunt sibi, iustitia & pax osculatae sunt, sic ueritate & iustitia aduersus culpam exercuit, ut misericordia & pacē reseruaret homini. Nam quia satisfactione pro culpa non nisi homo debebat, & non nisi deus posset: deus homo factus est, quatenus unus idemque Christus, & uerus deus ab hoie exigeret, & ut uerus homo persolueret.

Heb. 11. Nemo filio cum sine peccato, excepto Christo. Eia. 64. zach. 13.

Misericors iustitia. Eia. 19. Plal. 84.

Rom. 6.

¶ Igitur, sicut supra dicere coepimus, ut participatione mortis Christi iustificaremur, in morte ipsius baptizati sumus, & sepulti cum illo per baptismum in morte: ut quod surrexit Christus ad mortuis per gloriam patris, ita nos in nouitate uitae ambulemus. De cuius renouationis sacramento uel ordine, qui post supra memoratae cerei consecrationem celebratur, iam dictum est.

Libri VI. finis.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE DIVINIS OFFICIIS, LIBER SEPTIMVS.

De ordine eiusdem baptismi. Caput I.



A QUAE in baptismo celebrantur, quae dicuntur, quae aguntur, carmina sunt illa, propter quae tanquam maleficia martyres accusabantur, rapiebantur, occidebantur. Diabolus enim, cui per Christianae fidei professionem in sacro fonte renuntiatur, in quem iudiciales sententiae profertur, habens iram magnam, saeuiebat in cordibus impiorum, & tuba diuini nominis offensus, illorum caecitate & infania pro suis aduersus deum armis utebatur, & sicut in Apocalypsi legitur, quia canente tuba magnus mons ardens iracundia, & fugiebat in profundum cordis impiorum, & diuinis exorcismis per quos eiectus fuerat, maleficij crimen effingens, leges contra dictabat. Sed uos testes mei, dicit dominus, uidelicet quia nihil male artis nos à bono magistro didicisse, optime cōscij sumus. In his igitur quae dicuntur uel aguntur, uirtutē, qua diabolus dānatur & confodit, ad motu fidei speculo, cōtemplemur.

Diabolus ora impiorum magici dicit, quod in baptismo gerit. Apoc. 8. Eia. 45.

Quod lectiones & tractus praesentis diei ad baptismi pertinent sacramentum. Caput II.

IN primis lectiones de ueteri testamento ad nouum hoc sacramentum pertinentes leguntur, & cantica similiter. i. tractus ad idem respondententes, succinuntur. Difficile namque est enumerare, quae familiare, quae frequens spiritus sancto fuerit, etiam ante aduentum Christi, maxime circa aquas operari, & mysticis dictis aut factis gratiam praesignare baptismatis. Inde ergo lectiones sacrae baptismi congruentes, ad instructionem baptizandorum sollemniter recitantur. Et sicut seruus Abraham missus, ut filio domini sui Isaac uxorem acciperet, Sara mater eius mortua, Rebeccam inuenit ad fontem aquae, & in aures dedit ad ornandam faciem eius, & armillas in manibus, & ita praenotatam adduxit ad Isaac: sic legati dei patris, id est, sacerdotis eius, ad fontes baptismi uenientes, nouam sponfam, id est, nouam plebem Christo filio eiusdem antiqui dierum, per fidei doctrinam acquirunt. Adiuuauit enim eos deus pater charitate magna, coeterni sibi uerbi in carnationem exhibens, cuius in typum ille senex Abraham praedictum seruū adiuuauit super femur suū: & ipsi quoque serui secum de omnibus bonis domini sui, quae diuites facti sunt in omni uerbo & in omni scientia, magnarumque operatione uirtutum, Adiuuauit, inquit, eos deus pater, ut filio suo uero Isaac, i. risui uel gaudio nostro, nouam sponfam ecclesiam de gentibus accipiant: quia mortua est quae secundum carnem illum genuit synagoga mater eius, & eiusdem filij sui quae occidit, enecata est sanguine, quia dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Dū ergo lectiones sacras baptismi dis recitamus, quasi Rebeccam, quae interpres erat obediētia, seruus Abraham ad fontem aquae alloquit, datque in aures, i. fidei doctrinam, quae obediētem bene perornat aurem. Accipit illa & armillas in manibus, dū quod credit, in mortifica

Circa baptismi saepe figurata.

Gen. 24. Seruus Abraham, quae res uxorem filio eius circumfontem typum gestit sacerdotum. Dan. 7. 1. Cor. 1.

Matt. 27.

tione suę carnis operatur, propter quod & in morte Christi baptizatam se esse meminit. Nec mora, libenter ad Isaac contendit, obliuiscens populum suum & domum patris sui, totaq; expeditam cœlestibus præbens nuptiis.

De lectione prima, quid ad baptismum pertineat. Caput III.

Illa quę prima ponitur lectio libri Genesis, In principio creauit deus cœlum & terram, forte quærat aliquis, quid ad baptismi pertineat sacramentum. Et qui talis est, quasi clausus ad huc facculus est, qui antequam excutiatur, non apparet quid in illo contineatur. Sed prophetę, quorum Moyses primus uel maximus est, iam excussi sunt, ut inde q̄ clausa & aperta sacramenta continebant, manifesta procederēt. Quod quia primitus apostoli fecerunt, ipsi nanq; primi post Christum quasi excutiendo nobis prophetas aperuerunt, idcirco dicuntur in Psalmo, filij excussorum. ¶ Et hæc maxime lectio iam à magnis & fortibus uiris excussa & exposita est, à quibus & uocatur Hexameron, id est, opus sex dierum. De quoq; dictis si omnia congregarentur quę ad baptismi pertinent sacramentū, nimia proluxitas preſenti loco magnum afferret fastidium. Breuiter ergo dicendum, quia maxime ex hoc præclarum baptismi Christi perhibet testimonium, quod ait: Et spiritus dei ferebatur sup̄ aquas, si mulq; diuini nominis in quo baptizamur, id est, sanctę trinitatis semel & iterum euidens personator aculuan. ¶ Ait enim: In principio creauit deus cœlum & terram. Quod aliud principium intelligendum putabimus nisi filium? Ipse enim de seipso interrogantibus Iudæis quis esset, Principium, ait, qui & loquor uobis. Ergo principium filius. Per filium se cit deus cœlum & terram. Omnia per ipsum facta sunt, sicut Iohannis euangelista narrat, Et sine ipso factum est nihil. Nam proculdubio in dei nomine pater, in principij nomine filius intelligendus est. Profecto, cū dixisset, In principio fecit deus cœlum & terrā, subsecutus adiūxit: Et spūs dei ferebatur sup̄ aquas, qui tertia est in trinitate persona.

¶ Item in eadem lectione, Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. Vnde Gregorius: Cuncta, inq; dixit deus & facta sunt. Cum uero facere hominē decernit, hoc quod reuerenter p̄ſandum est, præmittit dicens: faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostram, ut uide licet quia rationalis creatura cōdebeatur, quasi cū consilio facta uideret, quasi p̄ studiū de terra plasmatur, & inspiratione cōditoris in uirtutē uitalis spūs exigitur, ut scilicet nō per iussionis uocem, sed per dignitatē operationis existeret, qui per imaginē dei fiebat. De eo q̄d supradictū, Et spūs dei ferebatur sup̄ aquas, & de similitudine quę hic posita est, Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, plus aliq̄ eloqui præſenti negotio cōpetit. Nā uerē idcirco nunc spūs sanctus ferebatur sup̄ aquas, ut similitudinē dei quę in hoīe per peccatū abolita fuerat, per regeneratē baptismi gratiā restitueret. Quod ut commodius fieri possit, dicē dum prius est, quę inter imaginē similitudinēq; dei distantia sit.

Quę imaginis & similitudinis dei distantia sit: & quōd imaginē, sed similitudinē homo peccāto p̄didit, ad quā reformatur per baptismū Christi. Cap. IIII.

AD imaginē dei homo factus est, in eo quōd rationalis sit ad similitudinē uero, in eo quōd diuine bonitatis imitator conditus est. Imago nanq; dei uel figura substantiæ eius, sicut ut Apostolus ait, filius est: bonitas autē uel charitas dei & imaginis eius, spūs sanctus est. Et idcirco nō est dictum, Faciamus hominē ad similitudinē & imaginē meam, sed, Ad imaginē & similitudinē nostram, quia similitudo non unius tantū, sed duarū personarū, scilicet patris & filij est: imago autē nō duarū, sed unius, scilicet patris est. Filius nanq; patris tantū, nō etiā spūs sancti, filius est. spūs autē sanctus non solū patris, sed & filij spūs est. ¶ Potuit autē creatura rationalis amittere id, q̄d ad similitudinē dei facta est: nō potuit uero eo carere, q̄d ad imaginē dei condita est. Quare: quia uidelicet diuine bonitatis imitatio, per quā dei similitudo retinetur, creaturę q̄q; uoluntatē exigitur: rationalitas autē, quę impressione imaginis dei humanę aīę insculpta est, à sola creatoris arte processit.

¶ Igitur ut similitudinē dei, quam nostra uoluntate perdidimus, nostrā nihilominus uolūtate recuperare possimus: bonitas dei spūs sanctus, illuc usq; descendit, quōd peruenire nos facere possumus, dū superferatur aquis, quę præſto sunt, de nostro solā uoluntatem postulans, cætera gratis omnia procurans. Nā & aquam illam quę de mortuo Christi corpore profliuixit, ipse creauit, qui corpus ipsum Christi de nostrę aqua naturę fotu suo concreſcere fecit, sicut habemus in symbolo: Et incarnatus est de spū sancto, uel in euangelio: Quod enim in ea natum est, de spū sancto, & q̄ in mūdī creatione (ut in præſenti lectione scriptum est) superferbatur aquis, in modū uolucris (ut ait Hieronymus) oua sua calore animatū, ipse nūc superferat aquę baptismi, ut ingrediētes sub gratiā suā, cōfouens in uerā regeneraret uitā, expūdens alas suas & assumēs eos, atq; portās in humeris suis. ¶ Et si opus est ut amplius appropinquet alicui, id est, si ab aquę arceat aliquis, ut uolēs ad illas peruenire nō possit: sicut arcebat Cornelius, Iudæis prohibētes arceat gētilēs recipi: uel sicut multi Christi in cōſuetudine cōſuetētes, nec dī baptizati, ad aquas peruenire nō poterant, artati carceribus & uinculis præpediti, in quā opus sit propter

Ap̄t. filij excussor. Psal. 126. Hexamerō Basilij & Ambrosii. Gen. 1. trinitas in opere creatiōis. Iohā. 8. Ioh. 1.

Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā.

Imago ratione, similitudo imobilitate. Heb. 1.

Similitudo amitti potuit, non imago.

Spūs dei ferebatur super aquas.

Matt. 1.

Deut. 32. Baptismus flammis. Act. 10. 11.

pter aliquid huiusmodi, tunc demum aduolat mater gratia dei, suasq; ultra nidum aquarum alas extēdit: sicut adhuc loquente Petro cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum, & erant loquentes linguis & magnificantes deum.

Quōd martyres baptismum non consecuti, recte dicantur in sanguine & morte sua baptizati. Caput V.

Sed illos, tanto defensore tutos, iussit Petrus aqua baptizari in nomine patris & filij & spiritus sancti: multi autem persecutionis articulo præoccupati sine aquę baptismi supplicij affectu, pro Christo cōsummati sunt. Quid ergo? Nunq̄d hi baptizati sunt? Imō tanto maiorem gratiam præ illis, qui in pace ecclesię moriuntur, assecuti sunt: quanto grauiori dispendio morti & sanguini Christi communicauerunt. Nam in baptismi communi, tātum similitudo mortis est, sicut ait Apostolus: Si enim complantati facti sumus similitudinē mortis eius, simul & resurrectionis erimus: in martyrio autem ipsa mors. Quod si martyrium baptismum nō esset, nunquam dominus de passione sua dixisset, quod iam supra commemoratum est: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor, usque dum perficiatur: Verum exceptis his, quos eiusmodi articulus non intercipit, nulli spiritus sanctus extra fontem occurrit, totamq; remissionem peccatorum intra aquas continet, nec ultra extendit.

¶ Ex his maxime locis, de quibus dictum est, memorata lectio baptismi sacramēto congruit. Cæterum nisi uitandi subesse causa fastidij, poterat ex authenticis doctorū tractatibus ostendi, quod tora series mundanę creationis quę in eadem lectione digesta est, similitudines præferat nostrę, quę per baptismum agitur, renouationis. ¶ Nam qui in principio creauit deus cœlum & terram, & cætera fecit sex dierum opera, nunc dicit: nouos cœlos & nouam terram ego creo, id est, nouos sanctos, & nouam ecclesię plebem: & diuidit aquas ab aquis, & positum est firmamentum apostolorum & prophetarum, diuidens diuinę aquas sapientię, quas continet ab aquis humanę uel carnalis prudentię. De quo Psalmista: Extendens, inquit, cœlum sicut pellem, qui tegis in aquis superiora eius, & congregatis aquis in unum locum, circumdedit deus mari, id est, turbibus huius seculi, terminos suos: posuitq; uectem & ostia & dixit: Huc usque uenies, & hic constringes tumentes fluctus tuos, & sic terra ecclesię: à naufragio liberata, germinauerunt campi eremi, id est, latitudines gentilitatis, germen odoris Israel, quia floruit in gentibus patriarcharum & prophetarum fides. ¶ Et posita sunt in firmamento prophetica uel euangelica scripturę: firmamentum enim, inquit Augustinus, contra insidiosos errores deus ponere uoluit in scripturis, in firmamento, inquam, sacre scripturę, posita sunt sol & luna, & numerositas stellarum, id est, maiorum minorumq; ac mediocrium luminaria doctorum: & baptizatorum alij per cōtemplationem euoluunt dicentes: Nostra autem conuersatio in cœlis est: talij secularibus innatant curis, & proficiente cultu Christianitatis, animalia quoque quadrupedia, id est, carnalium turbę, ad fidem Christi prorēpserunt. ¶ Et talis creaturę dominus, est nouus Adam, custos & possessor tam terrę quā cœlestis paradisi, quem serpens non decepit, mulier non seduxit, qui peccatum non fecit, & ideo mortui non debuit.

¶ Sed & ipsum tempus anni primum, id est, uerū, eidem congruit similitudini: quo non solum in exitu Israel de Aegypto sanguis agni restitutio fuit libertatis, sed & totus mundus in initium suę sumpsit creatiōis. Vnde magnus Leo dixit: Nunc ad prænuntiatum festis omnibus festum, sacer nouorum mēsis inuitur, ut in quo accepit mundus exordium, in eodem haberet Christiana creatura principium. ¶ De qua noua creatura Paulus Apostolus dixit: scimus enim quoniam omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc: uidelicet usque ad reuelationem filiorum dei, quam ipse præmiserat dicens: Nam expectatio creaturę reuelationem filiorum dei expectat. Ac deinde securus: Non solum autē illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, id est, qui primi dona sancti spiritus accepimus, ipsi intra nos gemimus, & cætera. Quāuis enim perfecti uideamur, tamen (dum corruptibiles sumus) securi non uiuimus, neque comprehendisse nos arbitramur.

DE LECTIOE SECUNDA. Caput VI.

Lectio secunda est illa libri Exodi: Factum est in uigilia matutina, & ecce respiciens dominus super castra Aegyptiorū: per columnam nubis & ignis, interfecit exercitū eorū, & subuertit rotas currū, ferebaturq; in profundū. Nō dubie neq; per partes, sed manifeste tota lectio hæc salutaris baptismi Christi typi præfert, & notū est, quā passim in scripturis sacris, lectiōis huius sacramentum à doctoribus con celebratum est. Et in supra memorata ceret benedictione sic dictum est: Hęc cnox est, in qua primum patres nostros filios Israel eduxit de Aegypto, quos postea rubrum mare sicco uestigio transire fecit. ¶ Qualiter hoc fiat nunc in singulis per baptismum Christi, sola suis fides inuenitur oculis: ideo cantat domino canticum Moysi, id est, tractum sequentem: Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare. ¶ Qualiter autē hoc

Maioris gratiæ baptisimus martyrij aqua. Roma. 6.

Lucæ. 11.

Mysteria lectionis p̄ſentis. Esaię 65. Ephē. 2. Psal. 105.

Iob 38. Iohel. 2. Firmamentum scripturę. Philip. 3.

Act. 17. 10. Nouus Adam.

Prærogatiua uernitę foris.

Roma. 8.

Philip. 3.

Exod. 14. Trāſitus filiorū Israel per mare.

Trāſitus baptismi. Exod. 15. Trāſitus

parum ex gestum fit in patribus sanctis & omnibus electis, qui apud inferos hunc expectabant transi-
limbo i pa- tum, quantus beatarum animarum exercitus, duce potenti anima Christi, per illud mare tran-
radisum. sicut, quod de latere eius in aquam & sanguinem diuinum exiit, quanta exultatio de tenebris
Esaie 64. exeuntium, quanta lætitia paradisum introeuntium, nec oculis uidit, nec auris audiuit, nec in
1. Cor. 2. cor hominis ascendit.

DE LECTIONE tertia.

Caput VII.

Lectio tertia: Apprehendent septem mulieres uirum unum in die illa dicentes: Pa-
nem nostrum comedemus, & uestimentis nostris operiemur, & cætera. Hæc quoque
ad baptismi sacramentum, & ad instructionem manifeste pertinet baptizandorum.
Quatuor Sed iam nunc dicendum cur quatuor legatur lectiones, de lege & prophetis assum-
lectiones i- ptæ. Videlicet lectio prima iccirco legitur, quia ut dictum est, de creatione mundi & hominis
ficius dici. conditione narrans, aquarum quoque mysteria, cum spiritus dei autoritate interferit. Tres ue-
ro reliquæ tria mundi tempora respiciunt, id est, primum ante legem, secundum sub lege, ter-
tium sub gratia, quibus cunctis temporibus remedium baptismi necessarium fuisse com-
mendatur. De his qui ante legem fuerunt, claret, quia sicut iam dictum est, in secunda lectione,
1. Cor. 10. baptismum Christi præfigurauerunt in eo, quod mare transferunt, & sicut Apostolus dicit
Omnes sub Moysè baptizati sunt in nube & mari. Nondum enim data erat lex. De his autem
qui sub lege erant, in tertia lectione dicit Esaïas: Si abluerit dominus sordem filiarum Sion,
& sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris. De quo ar-
dore dicit Iohannes Baptista in Euangelio: Ille uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Vir il-
le Christus est: quem iuxta hanc lectionem apprehendent septem mulieres, id est, septem gra-
Matth. 2. tiarum spiritus sancti. De quibus idem propheta alibi dicit: Et requiescet super eum spiritus do-
Septē muli- eres, septē dona spūs sancti.
Mini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pie-
tatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Hæc septē gratiæ apprehenderunt Iesum, quem
Vir, Chri- (ut ait Hieronymus) multo tempore desiderauerant, quia nullum alium inuenire potuerunt,
Esaie 11. in quo æterna statione requiescerent. Quod autem gratia spiritus sancti cuncta possideat,
exponi non indiget. Ideo panem nostrum, inquit, comedemus, & uestimentis nostris ope-
riemur, sed quia in hominibus semper obprobrium, nullo uiuente, ut sancti spiritus dona po-
scebant, propterea Iesu nomen sibi cupiunt inuocari: ut quod in lege imperfectum erat, in
Euangelio completetur.

DE LECTIONE quarta.

Caput VIII.

Lectio quarta: Scripsit Moyses canticum: siue, hæc est hæreditas seruorum domini.
Vtræque enim uicissim leguntur in pascha & in pentecosten, & ambæ hoc tempus gra-
tiæ manifestius exprimunt. In ea quæ est: Scripsit Moyses canticum, ait idem Mo-
yses: Noui enim, quod post mortem meam inique ageris, & cætera. Mortem Moysi fi-
nem legis accipiunt pene cuncti doctores sancti, id est, aduentum Christi, cuius gratia sic le-
gi, quemadmodum Iosue successit Moysi, qui populū dei trans Iordanem eductum, in gētibus
Hebræo. 2. prælijs in terra repromissionis, dux uictoriosus introduxit: Iesum Christum nomine præfigu-
rans & opere, qui omnem electorum populū, quoque neminem lex ad perfectum adduxerat,
sanguine suo contra diabolum dimicans, uictor mortis per baptismi gratiam in paradisum re-
duxit. Profecto in hoc tempore iuxta canticum quod Moyses scripsit: Peccauerunt domi-
ni non filij, scilicet iudæi, generatio praua atque peruersa, populus stultus & insipiens, quem cō-
stituerat dominus & pater suus super excelsum terræ, scilicet legis prophetarumque notitiam,
ut suggeret mel celestis doctrinæ de petra, quæ Christus erat, oleum, id est, gratiam spiritus
Canticum sancti, de eodem saxo durissimo, per resurrectionis potentiam immortaliter solidato: & ecce
Moyfi. contrario de uinea Sodomorum, & de suburbanis Gomorrhæ, uua eorum uua fellis, & hortus
Deut. 32. amarissimus: & propter hæc abscōdam, ait, faciem meam ab eis, & cætera. At uero cæli & ter-
ra, de quibus alibi per prophetam dicit: Nouos cælos & nouam terram ego creo. Noui, in-
Esaie 65. quam, cæli & noua ecclesiæ terra audiuit uerba eius, sicut in sequenti tractu cantamus
& concreuit in eis ut pluuia doctrina domini, & fluit ut ros eloquium domini, quasi humber
super herbam, & quasi stillæ super gramina, quia nomen domini inuocatur super nos, nomē
Math. 23. patris & filij & spiritus sancti, quod totam uim continet eius, quæ per baptismum agitur, nos-
tra regenerationis. Non minus illa Esaie lectio: Hæc est hæreditas seruorum domini, hoc
idem, ut suprascriptum est, tempus gratiæ respicit, prouocans credentes & dicens: Omnes si-
Esaie 54. 55. tificantes uenite ad aquas, ut ueniant ad fluuium dei qui repletus est aquis, & cuius impetus læ-
Psal. 64. tificat ciuitatem dei, ut bibant aquas de fontibus Saluatoris qui loquitur ad Samaritanam
Esaie 12. Si scires donum dei, & quis est, qui dicat tibi: da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & de-
Iohan. 4. dissest tibi aquam uiuam, & aquam quam ego dederō ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam
æternam. sciendum autem quod ait Hieronymus, homo aquam tribuat, deus autem spiri-
tum sanctum, quo sordes abluuntur & peccata purgantur.

DE Tra

DE Tractibus, quos lectionibus eiusdem succinimus. Caput IX.

Tanta quæ his tribus lectionibus chorus succinit, singula singulis exultationem in-
dicant renatorum, quod iure exultare debeant, quia submersis omnibus peccatis,
ipsi per mare baptismi transeunt liberati. Verum hæc exultatio in metu & tremore
debet esse, & cum laboriosa & necessaria carnis mortificatione, quam diu sumus in
corpore, stātes (sicut in Apocalypsi legimus) supra mare uitreum, quod graues & rursus on-
ratos peccatis sustinere non potest. Vnde oportet, ut abiectis oneribus seculi, & simplici tuni-
ca contenti, persistamus, uel ambulemus super hoc uitreum mare baptismi, mixtum igne spi-
ritus sancti, tenentes (sicut tibi legitur) citharas dei, id est, tota carne mortificati, & in laude dei
extenti, canendo trementes, & tremendo canentes, iuxta illud: Seruite domino in timore, &
exultate ei cum tremore. Bene ergo uerba canticorum Moysi & prophetarum quæ succi-
nimus, in tractus efferimus, quem canticum lugentium esse, & miseritæ presentis exilij congrue
re, iam dictum est.
¶ Quartus tractus in hoc differt a ceteris, quod nulla lectione præmissa catur. Nec mirum.
Non enim in officio presentis sic est uox uniuersalis ecclesiæ quemadmodum & illi. Eorum
quippe solummodo uox est, qui in præsentia assunt baptizandi, adhuc peccati originalis ue-
neno infecti, & ideo festinant ad baptismum ut iuuenescant, quemadmodum desiderat cer-
uus ad fontes aquarum. Quod maxime ex subsequenti collecta confirmatur: Omnipotens
sempiternus deus, respice propitius ad deuotionem populi renascētis, qui, sicut ceruus, aquarum
tuarum expetit fontem. ¶ Contra lectio prima nullo subsequenti cārico terminata est,
uideletur quia creatis & completis mundi cunctis operibus, non cantauit dignas homo in-
gratus deo creatori gratias: sed obmutuit à laude dei, & audito serpente, contra præceptum
quod acciperat, obmutuit. Vnde & baptizando dicitur, ephpheta, quod est adaperire, sum-
prum de Euangelio quo dominus noster curationem humani generis, quod sic obmutuerat
& obmutuerat, ut dictum est, in eo quem sanauit homine surdo & mutō significauit.
¶ Nec prætereūdum, quia neque collectis salutatio, id est, dominus uobiscum, neque lectionibus
supradictis ullæ supercriptiones, id est, tituli præferuntur: quos à nudius tertius cunctis le-
ctionibus tanquam corporibus capita præcēdimus, donec caput nostrū Christus resurgendo
nobis red datur, cuius resurrectionis similitudo in his, qui baptizati de fontibus ascendunt,
Christum induit, ut Apostolus ait, si dei oculis representatur: nec ante hoc signa ecclesiæ con-
crepant: quorum causa iam superius dicta est.

DE Consecratione fontis.

Caput X.

Consecratio fontis in nomine sanctæ trinitatis, & maxime inuocatiōe perficitur spi-
ritus sancti. Quod iccirco recte fit, quia tota hominis regeneratio, licet totius sit o-
pus trinitatis, proprie tamen est operatio spiritus sancti. Sancta quippe trinitas, ut
ait Leo Magnus, ita sibi diuisit opus hominis, ut pater conderet, filius redimeret,
spiritus sanctus regeneraret uel igniret. Veruntamen & pater cum filio & spiritu sancto con-
didit: & filius cum patre & spiritu sancto redemit, & spiritus sanctus cum patre & filio rege-
nerat atque illuminat. Nam & pater dum cōderet: Faciamus, inquit, hominem ad imaginem &
similitudinem nostram: & filius dum redimeret, pater illi calicem passionis dedit: & ipse fi-
lius per spiritum sanctum bibit, sicut Apostolus ait: Sanguis Christi qui per spiritum sanctū
semetipsum obtulit deo, & cætera: & ut spiritus sanctus regeneret, pater eundem paraclētū
spiritum dat, & filius in eodem spiritu baptizat, sicut Iohannes Baptista in Euangelio sibi di-
ctum insinuat: Super quem uideris spiritum descendente sicut columbā & manentem in eo,
hic est qui baptizat in spiritu sancto. ¶ Spiritus ergo sanctus aquarū sanctificator est, sanctus
spiritus fontis nostri sanctificatio est, imō spiritus ipse fons uitæ est, pacis fluuius est. Spiritus
sanctus illa paterni cordis benigna uena est, de qua usque ad nos miseratio larga, & quam flu-
men inundans, procurrit. Amor dei, torrens uoluptatis dei, spiritus sanctus est. ¶ Hic illū duo-
rum patrem filiorum, erga iuniorē filium, id est, gētilem populū, in genita sibi pietate fle-
xit, qui luxuriose uiuēdo, suam paternæ substantiæ partem, consumperat, porcos alienos in
longinqua regione pauerat, id est, spurcos dæmones coluerat, & nunc reuerfus suscipit, fe-
stum diem omnibus amicis, id est, cœtibus indicit angelicis, iubet primam cum anulo stolam
proferri. Quid enim intelligimus per anulum, nisi fidei signaculū: Nam catechuminus, dum
baptizandus, fidei sacre quam firmiter tenet, symbolum reddit, profecto illam tabulis cor-
dis eius inscripsit, decentem anulum in manu eius dedit, & in eo quod consignatus est cruce
Christi: ut dicat cum Apostolo: Christo confixus sum cruci & quod tertio submergitur, ut
triduanam mori Christi confirmetur, & hoc mirabili pietatis artificio uiuus & in columnis cru-
cifixus & mortuo atque sepulto configitur, commoritur & consepelitur: procul dubio cal-
ceamenta accipit in pedibus. ¶ Calceamenta nanque de mortuis animalibus fiunt. Et
hæc manifeste dominicæ mortis insignia sunt, quæ ideo suscipit, ut eius exemplo qui pro-
pter

Baptizati
sunt supra
mare uitre-
um.

Apocal. 15

Psal. 4

Quartus
tractus ha-
pizandorum
uox est.
Psal. 41

Cur post
primam le-
ctionem non
cantatur.

Marci 7

Cur nec sa-
lutatio nec
titulus ibi
dicitur.

Galat. 3

Regeneratio
attribuitur
spiritui
sancto.

Gen. 1

Hebræo. 9

Iohan. 1

Præconia
spiritus san-
cti.
Psal. 95
Esaie 66

Galat. 3

Cur bap-
tizati dant
pter

calceamen... pter nos crucifixus est, deinceps crucifigat carnem suam cum uitijs & cōcupiscentijs, mor... tificans membra sua quæ sunt super terram, dicit: Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me... Christus. ¶ Cum autem candidam uestem accipit, quæ utiq; nouam Christi consolationem... significat, dicente Apostolo: Omnes qui in Christo baptizati estis Christum induistis. Pro... fecto primam illi stolam induit pater, & māducemus, inquit, & bibamus, quia filius hic meus... mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus est.

DE Missa eiusdem diei, & cur illi consuetudinalis cantus, id est, In-
troitus & Communio desit.

Caput XI.

STatim ergo paschale uespertini sacrificij construitur conuiuium, trina præeunte li-
tania, in honore sanctæ & indiuiduæ trinitatis, in cuius nomine trino baptizatus filius
hic, de quo loquimur, qui mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus est, concre-
pant signa, quæ hætenus fuerant muta, & personate symphonia chorus exultat. Gau-
dent nobiscum angeli, & propter illorum gaudium nos repetimus omniū in septuagesima
hymnum ipsorum, id est, Gloria in excelsis. ¶ Adducitur uitulus ille saginatus, scilicet deus
& homo Christus, cuius carnem manducare & sanguinem bibere debem⁹: qui ideo uitulus
dicitur, quia homo pro nobis sacrificat⁹ est: ideo saginatus, quia in ipso habitat plenitudo di-
uinitatis corporaliter. ¶ Sed huic cōuiuio senior frater, id est, Iudaicus populus, inter esse nō
uult, stansq; foris & audis symphoniā & eorum, detrahit fratri suo, inuidia tortus & odio,
patriſq; clementiam reprehēdens, tristitia maullt & fame consumi, quā cum fratre gaude-
re & epulari. Exhibet autem pater quandoq; & faciem lætam auri⁹ & tristi filio dignāter in-
gerens, persuadet, & precabitur illum opportunis inter esse gaudijs & epulis, tenens ma-
num eius, & blandis consulens sermonibus, & tunc reliquia Israel saluæ fient. ¶ Interim do-
nec illud fiat, plenum uel integrum non erit paterna domus, id est, præsentis ecclesiæ gau-
dium: quia licet iudaicus populus semper gentium oderit salutem, gentium tamē ecclesia do-
let quod ille populus stat foris, quodq; sua salus illi in scandala sit. Igitur huius diei sacrificio
uespertino, tam festi uo tamq; iucundo, conuenienter quædam ornamenta detracta sunt, scili-
cet introitus, graduale, offerēda atq; communio, quæ de Celestina quondam à Celestino Papa
quadragesimo, primum ad canendū instituta ante sacrificium excerpta, & cum suauī modu-
latione in Romana ecclesia cantari instituta sunt. ¶ Interea dum uitulus adducitur, conuiui-
um præparatur, accedit coram ille ministrorum primus atq; fidelissimus Paul⁹, filiumq; illum,
qui reuersus est, iam habentem anulum in manu, iam calceatum, iamq; stola prima indutum,
gratulabundus alloquitur in præsentī epistola dicens: si consurrexistis cum Christo, quæ
iursum sunt sapite, non quæ super terrā. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum
Christo in deo. Oſidi procuratoris elegans facundia, & officiosa sedulitas. Mortui, inquit, es-
stis, quia uidelicet mortuum est in uobis, quicquid super terram sapiebatis. Quid enim prius
sapiebat ille filius defertor patris, luxuriosus & prodigus, nisi cū meretricibus conuiuia strue-
re, sua dissipare, alienis inhiare, porcos alienos pascerē? Totum hoc mortuum & in baptismo
Christi sepultum est. ¶ Vita autem noua, quæ de eodem baptismo surrexit, quæ filium talem
longe alterum fecit: Vita, inquam noua, quæ cum Christo in deo abscondita est, ipse idem no-
uus homo Christus est, quem & candida uestis baptizati significat. Cum enim, inquit, Chri-
stus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum illo in gloria. Vitam eandem diuina
nouitate conditam significant, & in Euangelio consequenti, ueſtimenta angeli quæ erant cā-
dida sicut nix. ¶ Ecce interea canore cœlestis personat symphonia, quo lætificentur conuiui
tanquam de cœlo remissum & ori nostro redditum alleluia: quod à septuagesima nostra nō
cecinerunt organa, uidelicet quia diebus his captiuitas præsentis uitæ significata est, & ideo
quod futuræ uitæ iucunditatem significat alleluia, tacendo uelut ad salices Babylonis huius
sentibus nobis pēpēderunt. At nunc, quia nox illa sacratissima iam incumbit, qua Christus
libertatis author resurrexit, in qua iam, ut dictum est, prima resurrectione resurgunt qui ba-
ptizantur noui ecclesiæ filij, protinus tanquam de salicibus direpta nostra certatim organa
perfulsant alleluia, dicuntq; Confitemini domino, causamq; subijciunt: quoniā bonus, quod
ab affectu comprobatur, quoniā in seculum misericordia eius, subauditur exhibita in remis-
sionem peccatorum, quam est largitus in baptismo: & hunc merito uersiculum alleluia pri-
mum arripit. Psalmus quippe ceteris uersibus septimusdecimus, cuius hic prim⁹ uersus est, alleluia
in titulo habet, multum hanc misericordiam, & hanc diem solennem, quam fecit dominus, fi-
dei nostræ cōmendat, ut exultemus & lætemur in ea. ¶ Hoc alleluia sicut & reliquum huius
diei officium, maxime baptizatorum est exultatio, eo quod prima, ut dictum est, resurrectio-
ne iam conresurrexerunt cum Christo. Restat uero grandis labor, ut habeant partem in resur-
rectione secunda, & inter ipsum laborem honorum operum superest metus, superest fletus,
uel propter periculum gehennæ, uel propter desiderium uitæ æternæ. Recte ergo, quia nec-
dum plenum est gaudium sp̄ci uocatorum, quod imminuit sollicitudo eorūdem adhuc à deo

peregri-

peregrinantium: cum alleluia tractus quoque cantatur, quem cantum lugentium esse supe-
rius iam dictum est. Itemq; per totam paschalem hebdomadam usque ad sabbatum quo al-
bas ipsi deponunt, eadem pro causa graduale cantatur, qui cantus est laborantiū, nec nisi pro
pter eos pertinere ad dies pentecostes, quod tempus futuræ requiei, pacisq; & gloriæ signū
est. ¶ Nam & in canone per hanc hebdomadā hoc pro ipsis additū est: Hanc igitur oblatio-
nem seruitus nostræ: sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quos regene-
rare dignatus es ex aqua & spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum. Et
ab hac uespera qua baptizati sunt, per singulas huius hebdomadæ uesperas clerus ad fontes
procedit cum Christi resurrectione solennitatem sancti celebrans baptisterij.

Cur à nudiustertius omissum nunc reddatur pacis osculum. Caput XII.

Cur à nudiustertius omissum nunc reddatur pacis osculum, & hodie reddatur: ex ipso canonis loco in
quo datur, citius agnoscitur. Datur enim eo loco, quo iam secundo calicem deoco-
peruimus & dicimus: Pax domini sit semper uobiscum. Hic autem locus, sicut in
eiusdem canonis tractatu dictum est, illud significat, quod dominus noster resurrexit à mor-
tuis, & stans in medio discipulorum suorum dixit eis: Pax uobis. Per quod illud nobis inuuit
quod paries inimicitiarum inter nos ac deum erectus fuerat, id est, peccatum, ad quem dissol-
uendum dominus noster transitu mortis profectus est. Quo effecto resurgendo rediens pa-
cem annuntiauit quam acquiserat nobis, prima uoce quam emisit in medio discipulorū suo-
rum dicendo: Pax uobis. ¶ Recte igitur ex quo ad faciendā eandem pacem profectus est, do-
nec rediēs diceret: Pax uobis, intermissimus: Pax domini sit semper uobiscum: neq; dedimus
pacis osculum. ¶ Simil iudæ traditoris probrosus execrantes & anathematizantes osculū
quo filij hominis tradens, sanctū & innocens apostolorū infamauit collegiū apud eos qui fo-
ris erant, occasionē maledicendi præbēs, ac detestandi eos, quorum sanctitatis æstimatione ma-
gna fuerat, ut de illis tale quid cantaret, quale illud est: Et crimine ab uno disce omnes.

DE Die dominicæ resurrectionis. Caput XIII.

Octauam illam, quæ in Paralipomenon & in superscriptionibus quorundam in ue-
nitur Psalmorū, hæc sacra spectat dies quam fecit dominus, ut esset solennitas solen-
nitatum, quæ modū pro sui magnitudine dicuntur sancta sanctorū, Cantica Cā-
nticorum. Sicut em̄ illa cætera superant sancta uel cantica: sic solennitas cæteras
huius sacrosanctæ solennitatis antecedit nobilitas. Octaua autē illa futura est perfectæ atq;
consummatæ resurrectionis gloria, in qua electi omnes qui nunc post depositionem carnis
una & simplici solius animæ beatitudine perfruuntur, sicut in Apocalypsi legimus quia dare
sunt illis singulæ stolæ albæ: duplici, id est, corporis & animæ felicitate remunerabuntur sicq;
binas perennis gloriæ stolas accipient. ¶ Quam octauam sicut septem mundi ætates ordine
suo præeunt, quarum sexta nunc ab aduentu Christi uoluitur, septima uero animarum est
carne deposita quiescentium, sicut alio loco iam dictum est: sic & hanc sacratissimā solennita-
tem septem dominicæ præcesserunt, quarum in primis: Circumdiderunt me gemitus mortis,
in septima cantauimus: Lætare Hierusalem, singulæ singulis ætatum earundē proprietate sui
respondētes officij, sicut loco uel ordine suo iam dictum est, & interposita dominicæ passio-
nis memoria per duas hebdomadas, quod ipsum tur fiat, iam dictum est. ¶ Sequitur hæc octa-
uæ ætatis, quæ extra septem est, quia æterna est gloriosa Christi resurrectione commendata
festiuitas, nobilis, admirabilis, decora & suauis, splendida & desiderabilis. Non enim parum
est quod in illa nobis octaua repositum est. Nam sicut octaua dies eadem quæ prima est, sic in
illa ætate restituitur homo in hoc ipsum, ad quod conditus est, eritq; corpore & anima im-
mortaliter felix, & felicitate immortalis, sicut angeli dei, imō supra primæ originis reparatus
dignitate, eo quod suam in unitate personæ filij dei respiciat naturam, personam super oīa
opera manuum patris constitutam adorari, laudari & glorificari ab angelis in cœlestia sum-
mæ & indiuiduæ trinitatis. ¶ Circirco dum sanctorum recolimus natalitia, de quibus dubium
non est, quod egressi à corporibus gloriam sempiternam iam adepti sunt, diem quoque cele-
bramus octauam, beatificantes illos ex eo quoque quod in futuro corporum receptorū im-
mortalitatem gloriosam felicitate obtinebunt.

¶ Hoc & per octo beatitudines euangelicas significatur, ubi octaua redit ad caput. Nanque
& in prima & in octaua hæc eadem beatitudinis sententia est, quoniam ipsorum est regnum
cœlorum. Vnde Augustinus: Octaua, inquit, sententia, quæ ad caput redit, perfectūq; homi-
nem declarat, significatur fortasse & circuncisione octaua die in ueteri testamento, & domini
resurrectione post sabbatum, qui est utiq; octauus, id est, primus dies, & celebratione octa-
uarum feriarū, quas in regeneratione noui hominis celebramus. De illa igitur octaua quæ est
resurrectio, quæ iam completa est in capite nostro, scilicet Christo, nunc secundum diei præ-
sentis, in qua resurrexit, officium, ordinemq; mysticum, aliqua dicenda sunt.

Cur

Epistola Pauli.

Coloff. 3.

Lucæ 15.

Vita noua.

Coloff. 3.

Matth. 28.

Alleluia

redditur.

Psal. 136.

Psal. 117.

Cur post al-

leluia canit-

tractus.

Iohan. 28
Ephc. 2

Osculum
Iudæ.

Octaua, so-
lennitas so-
lennitatu.
2. Paralip. 7
Psal. 6 & 11

Apocal. 8

octaua, ple-
nigaudiū te-
paratio.

Octaua san-
ctorum.

Octaua be-
atitudo eā-
dem quæ
prima.
Gene. 17
Matth. 28

Cur dominus non ante diem tertium resurgere uoluerit. Caput XIII.

Excellencia numeri ternarij.

Ternarius numerus, qui apud seculares quoque philosophos insignis habetur pro eo quod imparium & eorum qui preter unitatem nullam aliam recipiunt sectionem, primus est numerorum: apud nos longe amplius preclari nominis, imo prima ac diuina est autoritatis, tam propter ipsam essentiam sanctam & indiuiduam trinitatis, quam pro eo quod saluator noster tertia die resurrexit a mortuis. Et profecto tertia dies hec, ad idem ipsum eiusdem sancte trinitatis respicit sacramentum. ¶ Itcirco namque dominus non ante tertium resurrexit, quia congruum fuit, ut propitiationem sancte trinitatis tridua non bis obtineret mors carnis Christi. Alioquin cur cum sub trina merione baptizamus in nomine patris & filij & spiritus sancti, complantari dicimur, imo uere complantati facti sumus similitudini mortis eius, nisi quia eandem mortem suam, quam antea baptismum suum appellauerat, triduo pertulit & ipse in nomine & in obedientia patris & filij & spiritus sancti. Siquidem & pater filio (sicut & ipse filius testatur) calicem passionis dedit: & ipse filius animam suam in sua potestate propinauit, sicut ipse ait: Potestatem habeo ponendi animam meam: & spiritus sanctus illi propinari fecit, sicut Apostolus ait: quia Christus per spiritum sanctum semetipsum obtulit. Congruenter ergo mors domini tridua extitit, quam sancta trinitas disposuit, quamque ad obtinendam humano generi propitiationem eiusdem sancte trinitatis, nostra in illo natura sola pertulit. ¶ Non solum autem, sed & tota uita eius annorum suorum numero sancte trinitati famulatum se exhibere, & eius precepto se obedire inuit. Nam in triginta tribus annis, quibus super terram ambulauit, ternarius est repetitus hac sola differentia, quod unus ternarius ut triginta sint, in decenum limitem confurgit, alius ut simplex sit, in singulari limite subsistit. ¶ Cuius in typum Isaac quoque ad immolandum ternario dierum numero ductus est. Nam de Geraris ubi tunc habitabat Abraham, usque ad montem Moria, id est, sedem templi, dierum trium est, ut ait Hieronymus, & consequenter illuc die tertio peruenit, sicut historia refert, & uenit in locum quem dixit ei deus in die tertia. ¶ Sed ut ad inceptum redeam, mira uelocitas, mirabilis ille saluatoris gratie cursus, ut in triduo trium temporum seculi peccata delectet, omnes qui ante legem fuerant, omnes qui sub lege erant, cunctos qui sub gratia uenturi erant, una Christi morte pariter solueret, pro singulis temporibus singulos dies eiusdem mortis appendens. Totam eius uelocitatem spiritus sanctus innuebat, cum prophete imperas dicebat: *Voca nomen eius Accelera spolia detrahare, festina predari.*

Tridua mors in honorem trinitatis.

Roma. 6. Lucae 12. Iohan. 18.

Iohan. 10. Hebræo. 9.

Aetas Christi 33 annorum, mysterium trinitatis.

Gene. 22. Isaac per triduum ductus ad immolandum.

Triduum Christi tribus temporibus datur.

Esaiæ 8.

Item de celebritate resurrectionis.

Caput XV.

Canticum. 2. Velox cursus uictoris Christi.

De hoc & illud in Canticis, reuertere, similis esto dilecte mi caprea hinnuloque ceruorum super montes Bethel. Accelerauit enim inferni spolia detrahare, festina uicque predari, reuersusque ut caprea aut ceruorum hinnulus, id est, patriarcharum filius, ad saluandum uelocissimus, apparuit super montes Bethel, id est, uisus est apostolis, ut eorum tristitiam cito in gaudium conuerteret, qui sunt montis Bethel, id est, domus dei, quae est ecclesia, principes summis uirtutibus eminentes. Accelerauit, inquam, inferni spolia detrahare, id est, electos omnes iure uictoris adducere. Quae enim mora fieret ad detrahendum, aut quae difficultas ad discernendum? ¶ Sol erat iste, illi autem qui querebantur, tanquam specularia. Illorum fides speculum erat reddendo solis aspectum radio satis idoneum sed ideo non splenderat haecenus, quia soli obiectus medius obstabat paries inimicitiae, scilicet originale peccatum. At illum in carne sua moriens Christus parietem soluerat ac diruerat, qui illa specularia animarum uerum solem expectantium umbra tegebant aduersa. Quae ergo moras fieret, ut diruto pariete, & descendente ad inferos uero sole, non statim reluceret illa uascula lucis exceptoria, id est, electorum animae? Statim ut illic descendit hic sol, id est, anima Christi praepotens, & insita sibi uerbi omnipotentis diuinitate choruscans, illi resplenderunt, & tenebrarum principes dissipati sunt sicut fumus, & sicut fluit cera a facie ignis. Et iusti exeuntes de tenebris, & in paradysum recepti, epulari coeperunt & exultare in conspectu dei. Latrone simul epulante, cui dixerat dominus in cruce pendens, hodie mecum eris in paradiso, totoque sabbato requieuit ab omni opere suo dominus Christus cum illis, & pascebat dilectus in lilijs, donec aspiraret tertia dies & inclinarentur umbrae. ¶ Die igitur tertia, propitius nobis facta diuinitatis trinitate, cito mortem, quam gustauerat, reiecit a se, sicut significauerat quando in cruce nostra salutem sitiens, & ideo se ueraciter sitire dicens, cum oblatu sibi acetum noluit bibere. Mortis enim acetum paululum gustabat, quam cito, id est, tertia die reiecit, nec ultra bibiturus erat. Resurgens enim ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dabitur.

Christus sol, electorum animae specularia, fides speculum.

Ephes. 2.

Psal. 67.

Lucæ 23.

Cant. 2. 4. Christus modicum gustauit acetum mortis.

Secundus aduentus Christi sicut fur in nocte. Zach. 12.

Cur dominus non ante diem tertium resurgere uoluerit. Caput XVI.

Certum tenet Christiana fides, quod dominus noster qui mortalibus homo factus ad hoc uenit ut iudicaretur, ad hoc uenturus est in fine ut iudicet, & eandem formam ferui, in qua iudicatus est, cum suorum cicatricibus uulnerum iudicatoribus ostendet ad damnationis cumulum, ut uideant in quem transfugerunt dilectoribus autem suis

suis ad aeternum charitatis suae monumentum. Illa autem dies non cum expectatione, sed ita sicut fur in nocte uenit, quemadmodum factum est in diebus Noe, uel in diebus Lothi, quando uendebantur cunctis & ementibus, plantantibus & edificantibus, uxores ducētibz & danctibus ad nuptias, repentinus superuenit interitus: & secundum hanc erit quando filius reuelabit. Conuenienter ergo, dum iudex uerturus iam cum iudiciaria potestate resurrexit noctis tempus elegit, ut sicut in ceteris tam factis quam dictis exterioribus alia quaedam significare cōsueuit, sic & in hoc tempus significaret secūdi aduentus sui, quod prauideri non poterit. ¶ Itaque quemadmodum Samson, quod interpretatur sol eorum, obsessus ab inimicis, nocte surrexit, portas tulit, & in uertice montis ascendit, sic uerus sol noster Christus, obsessus custodibus & armis, media nocte de somno mortis exurgens, portasque inferni, id est, omne ius mortis attollens, & ad dexteram maiestatis in excelsis ascendit, ipso tempore inuit, quod semper debeamus esse parati, quia sicut tunc nocte cunctis quiescentibus surrexit, ita qua hora non putamus se uenturum esse praedixit.

Math. 24. Lucae 11.

Iudiciu 16.

Lucæ 12.

Quid significet quod cum terrae motu resurrexit. Caput XVII.

Terrae motus quoque magnus qui factus est, eiusdem secūdi aduentus significationi cooperatur. Erit enim confusio maris & fluctuum, & non solum terra, sed etiam uirtutes caeloz mouebunt, & tunc uidebimus fluiū hominis uenientem in nubibus caeli cum potestate magna & maiestate. Passurus quippe uenit occultus, tunc autem iudicaturus manifestus ueniet deus noster, & tunc silebit, ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tepes ualida. ¶ Et quia tunc ardentibus reprobis praetimore, iusti leuabunt capita sua, id est, ex hilarabunt corda, & pulchre hic unius eiusdemque angeli habitus utriusque praefigurat, cuius erat aspectus sicut fulgur, uesimenta autem sicut nix. Nam impij custodes praefulgore aspectus eius exterriti, facti sunt uelut mortui: mulieres autem quae religiose dominum querebant, niueis eius uesimentis & dulci alloquio consolatae sunt dicentes: Nolite timere uos, &c. Hinc est, quod hac die cantamus: Terra tremuit & quiescit, dum resurgeret in iudicio deus. Dicitur enim hoc de die illa, quando auditum faciet iudicium dicens his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei percipite regnum, istis autem qui a sinistris: Ite maledicti in ignem aeternum. Tunc enim exurgente deo in iudicium, qui nunc uidetur sopitus esse, uel non curare ea quae sub sole fiunt, terra tremet & quiescet, id est, impij, qui terreni sunt, timebunt, & quiescent: quia nocere desinēt. ¶ Igitur dies haec cuius in nocte dominus noster cum terrae motu resurrexit diem illum aeternitatis, diem significat futurae resurrectionis, cuius diluculo idem dominus noster improuisus, ut dictum est, caelis ardentibus, caelozque uirtutibus tremantibus, apparebit.

Math. 24. Lucae 21.

Psal. 49. Lucae 21. Math. 28.

Psal. 75. Math. 15. Iob. 22.

Quod Mathaeus non dissentiat a ceteris Euangelistis in eo quod dicit, mulieres uenisse uespere sabbathi, & quod uere uespere uenire coeperint & diluculo peruenerint & cur ita egerint.

Caput XVIII.

Sed & illud mystice nobis aliquid innuit, quod deuotae Christo foeminae, quae illi & uiuū dilexerat & mortuū desiderabat per noctem ambulantes, iuuante luna, uenerunt ad monumentum. Per noctem enim ambulauerunt quae diluculo ad monumentum fuerunt. Alioquin nisi per noctem uenissent, quomodo ad sepulchrum tam mane adfuisent? Verbi gratia: Maria Magdalena, cuius domus erat Bethania, qui uicus quindecim stadiis distat ab Hierosolymis, quomodo prima ante alias una sabbathi iuxta iohannem, ualde diluculo uenisset, dum adhuc tenebrae essent ad monumentum? Sepulto quippe domino mulieres quae illi securae fuerant, Hierosolymis non remanserant. Sed cum aspexissent ubi poneret, reuertentes, inquit Lucas, para uerunt aromata. Quomodo autem para uerunt uel emerunt, manifestus Marcus indicat, Et cum transisset, inquit, sabbathum, Maria Magdalena & Maria Iacobi & Salome, emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum. Siquidem sabbathum, ut ait Lucas, quae uerunt propter mandatum, subaudit legis, quia lex sabbathum uetat operari. Costat itaque, quia in lachrymis per uigiles amore, nimiumque longa retardatis sabbathi mora fatigatae, quae nec operari nec plus mille passibus ambulare licitum erat ludaeis: mox ut onerosum illud sabbathum abijt, recessit, transiit, non quae uerunt, nec dederunt oculis suis somnum, non luciferum ad proficiscendum praestolatae sunt. Noctem pro die, desiderium pro luce, lunam rapuere pro sole. Luna quippe nocti non defuit, quia tunc septima decima extitit, Septima decima uero luna, clauso uespere paulo post, id est, fere post horam & dimidia, exurgit, toti deinceps lumē suū ministratura nocti. ¶ Et alio igitur quidam Euangelistas calumniant sunt, quod contraria dixerint, in eo quod Mathaeus uespere sabbathi, ceteri prima sabbathi diluculo mulieres uenisse dixerint ad monumentum. Mathaeus enim ut eae cōmendantur desiderium, quando uenire coeperunt: ceteri dixerunt quando peruenerunt. ¶ Quid igitur illud mystice nobis innuit, quod mulieres illae sic uenerunt, nisi quod animae fideles paratae, id est, mente uigiles, diligentes & dominum quereutes, inueniri festinatē fatigant, ad illi filij hominis aduentum, qui, ut supra dictum est, sicut fur in nocte ueniet, non solum cum terrae motu, sed & tremētibz caeloz uirtutibus, ut consolatione inueniant, dum impij non iam uelut, sed uere fiēt mortui: Et ideo nunc parat & se cum portat aromata, id est, collecta de scripturae arcobis cum uirtutum odoribus, dicitur resurrectio

Mulieres per noctem ambulabant ad sepulchrum.

Iohan. 20.

Lucæ 23. Marc. 16. Lucae 23. Exodi 20.

Psal. 131.

Concordantia Euangelistarum.

Mysticus sensus in quodam dñm. 1. Thel. 5. Psal. 15. Iohan. 19.

Lucæ 23 nis testimonia, scilicet quod uere anima eius non sit derelicta in inferno, & caro eius non uideat corruptionem. Et sicut illis non satis fuit quod Ioseph iustus, & Nicodemus considerant illum cum lintheis & aromatibus ipsis presentibus, & aspicientibus, nisi & ipse aliquid de suo tantæ pietatis operi ad didicissent, sic sanctis & fidelibus semper mentibus operabile est, ad ea quæ apostoli uel apostolice uiri scripserunt de fide resurrectionis aliquid propriè super radicare laboris, faciunt hoc pene cuncti dictis aut factis, pauci etiam scriptis. Idcirco quemadmodum illis uinum se prebuit, & ut agnosceretur, Mariam suo nomine uocauit quod magni est in dicitur suæ dilectionis. Unde & Moysen, noui te ex nomine, inquit, hic omnibus tunc prope aderit quærentibus nunc cum in ueritate, & nomina ipsorum ostendet illis scripta in libro uitæ.

Quanto rectius nunc sancta sit prima sabbathi quam diu redemptor resurrexit a mortuis quam olim sabbathum quo idem mundi creator ab opere suo cessauit. **Caput XIX.**

Quanto propèderet primæ sabbathi sanctificatio quæ nobis est data, sanctificationi illi, qua Iudæis sabbathum dedicatum est, ex cõparatione causarum uel temporum utriusque sanctificationis aduertere licet. Diuersi enim ex causis longèq; imparibus sabbathum creator noster bene dicit, & primæ sabbathi idem ipse Saluator noster de dicit. Causa namq; benedictionis sabbathi fuit hæc, quod deus in illo cessauit ab omni opere quod parauit, causa uero primæ sabbathi, quod deus homo factus, in illa resurrexit a mortuis. Quis hæc longius à se differre non uideat? Si enim dei requies, causa sanctificationis diei est, cõsequenter ubi maior & uerior eius reges, illic sanctificatio copiosior est. Item ubi maiorem in operante laborem attendimus, maiorem nihilominus in cessante regem agnoscimus. Cõstat uero, quod deus dum cõderet mundum fatigatus non est, utpote quod pro uerbis suis operatus est, & uniuersa cõponens de singulis dixit, fiat, & factum est. At ipse idem cum ut mundum redimeret homo factus, unus idemq; Christus, deus & homo passus & crucifixus & sepultus est, proculdubio investigatione non paruafatigatus est. Qua ergo die resurrexit, ueram utiq; regem gloria & honore coronatus, introiit, lōge excellentius requirit, quæ cum à mundi creatione cessauit. Deus enim non in mundum dante creaturæ mole uisibili, sed in intellectualibus coelis, id est, in sanctis animabus regescit. Nunc enim gaudet de spõsibus super spõsam, quæ suo sanguine acquisiuit, et gaudet super nos deus noster, & delectat eum filia regum, imò quæ una est ecclesia, illa delectat eum regina, quæ affinità dextris eius, quæ & in presenti præparat et uocat amica, et in futuro torrete uoluptatis sue portabit eam. Nulli itaq; dubium quin prima sabbathi tanto uberius sanctificata sit, quanto uerioris suam in regem, quæ sanctificationis causa est, deus & homo Christus resurgens introiit.

¶ Relinquamus igitur Iudæis postremi sabbathi sui uetus gaudium, quod est illis de creatione mundi uisibilis, cuius solius semper fructu transitorio delectati sunt, cuius solius prosperitatis semper lactari appetuerunt, pro cuius solius acquisitione creatoris eius feruenter timētes colere uisi sunt. Intantū enim terrenis semper inhaerent, ut quæcūq; de cœlestibus illis promissa sunt, terrenarum quas amat tempore uelari oportuerit nobis res, ut est illud: Audi Israel præcepta dñi, & ea in corde tuo quasi in libro scribe, & dabo tibi terram fluentē lac et mel. Nā et ipsum deū & dominū, per quem mundus factus est, in propria ueritate, idcirco ipsi qui sui erant, non receperunt, nec intelligere uoluerunt eū esse regem Iudæorum, quæ cõtra carnalis sensus eorum opinio, beatitudinē pauperibus, & uerè predicabat diuitibus, cū ipsi existimarent, quod nunc quoq; somniat regnantem Christo, aureā gemmatā Hierusalē in terris, stratasq; auro mundo plateas eius se habituros.

¶ Noster sabbathismus hac die de septima transfertur ad octauam, quæ & prima est. Nam eadē octaua dies, quæ & prima. Idcirco aut iure in octauā transfertur, quæ de creatione mundi, nostrū, ut dictū est, gaudium sumit. Dupla namq; operatio dei, prima est creatio mundi, secunda saluatio mundi. Secundū creationem nihil nouum fit sub sole, quia qui uiuit in æternum, creauit omnia simul, secundū saluationem, pater meus, inquit Christus, usq; modo operatur, & ego operor. De creatione mundi sabbathizant dilectores mundi. Nobis autē de saluatione mundi gaudendum est, quorum uita & requies in deo cum Christo abscondita est.

¶ Quæ ratione uel autoritate, ab hac die dominicæ resurrectionis, processio cum benedictione aquarum, cunctis per annum agatur dominicis. **Caput XX.**

Proprium hoc habet hæc dies, quæ fecit dñs, id est, quæ ea sumpsit ois prima sabbathi, quæ aqua benedicta populis aspersis, agit processio solennis. Verū tamen hac ipsa prima & principali dñicæ omniū non bene dicit, neq; diei sabbathi, quæ ante quæ p̄tecostas, quæ in præteriti sabbathi uespera sumpta est de sacro fonte baptismi anteq; immergatur, & anteq; christus immisum sit. Non enim ad hoc aspergimur, ut rebaptizemur, sed diuini nominis gratiā super nos, cum hoc memoriali baptismi nostri, frequenter inuocare debemus. Et idcirco singulis aspergimur dñicis, quæ in sacrosancta primæ huius dñicæ uespera, baptismi uniuersaliter facta celebrat ecclesia, pro causa superius memorata. ¶ Unde & inter aspergendū hac die cõtamus: uidi aquam egrediente de templo à latere dextro alleluia, &c. De propheta Ezechiele sumptū est hoc. Cuius tate illi ostēderat manus dñi facta super eū, & edificatā super montē excelsū, & uergentē ad austrū

& in illa mirabile cõstituit templū. Illa autē ciuitas ecclesiā significat, de qua dñs in Euangelio: Non potest, inquit, ciuitas abscondi super montē posita. Quid ergo templum, nisi illud, de quo ipse idem: soluite templū hoc, inquit, & post triduum excitabo illud, loquitur de templo corporis sui? sed & Iohānes in Apocalypsi, cum de eadē ciuitate sibi ostēda loqueretur, & templū, inquit, non uidi in ea, dñs enim deus omnipotēs templū illius est & agnus. Quæ de hoc templo aqua uidit hic egrediente, nisi uisibilem sacri baptismi fontem? Cum enim illud soluissent Iudæi, sanguis & aqua, sicut supra dictū est, de latere eius exiuit. Et recte de latere dextro aqua exiuit, de qua dicit: Et oēs ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt. ¶ Nam huius quoque templi non manu facti latera duo sunt. Dextrū quippe latus diuinū, leuū latus, humana natura est. Signanter ergo dicendū fuit, quod de latere aqua hæc exiuit, quæ ad quoscūq; peruenit, salui facti sunt: à latere dextro, inquit. Et recte. Nam de diuina Christi natura spiritus sanctus aqua inuisibilis procedit, quæ aqua uisibili, quæ de latere leuo, id est, de humanitate lanceata profluxit, saluandi uirtutē tribuit: Hæc igitur die dñicæ resurrectionis, quæ sacri quoque baptismi celebratione est solennis, recte inter aspergendū cõtamus illud in laudem fluminis huius, cuius in ueneratione per mortē Christi reuiximus. ¶ Ceteris autē post pentecostē dñicis cõtamus: Asperges me dñe hyssopo & mihi dabor, lauabis me & super niuem dealbabor, quod & ipsum de fide baptismi pronitur, fidem humilitatis uel passionis Christi significat: per nomē lauacri super niuem dealbantis, baptismū ipsius manifestius exprimit. ¶ Deinde cum crucibus & uexillis, quæ sunt insignia uictoriæ Christi, omnes albat & exultates in laude resurrectionis sanctæ, procedimus, cum tanta populi expectatione sexus utriusque maiorum pariter & minorum, ut corporaliter quoque illud propheticum in nobis impleri uideatur, cum iocunditate exhibitis, & cum gaudio deducemini, nam & colles exilient expectantes uos cum gaudio.

Cur dominus discipulos ad uidentium se in Galilæa inuenerit, cum Hierosolymis uisus sit, & quod ideo processio fiat singulis dominicis. **Caput XXI.**

V autē processio ageret, ex mystica Euangelij autoritate tractū est, scilicet ex eo quod angeli mulieribus præcipiunt, dicentes: Ite dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet uos in Galilæā, & ipse dñs occurrēs illis exeuntibus à monumēto, cū tenuissent pedes eius & adorassent eū: Ite, inquit, nuntiate fratribus meis ut eant in Galilæam, ibi me uidebūt. Primi huius mādati, quod dñs resurgens per angelos suos & per seipsum, suis mādāt discipulis ut eant in Galilæā, & ibi me uidebūt, inquit. Si causam agnouerimus, proculdubio fatebimur merito fieri, quod mandatum illud hac die, cūctisq; per annū dñicis memoria celebri, id est, processione frequentamus solenni. Non enim sine causa, non absque diuini ponderis cõfilij sese in Galilæa uidentū esse promittit: cum & Hierosolymis sese illis ostendere potuerit, imò & quin quies ipsa die, quæ resurrexit, ibidem uisus sit. ¶ Quod si non aliud quod latus manus & pedes palpados & cõtrectandos illis in Galilæa ostendere disponit, hoc frustra uel sine potere rationis, quod omnino incongruū diuinæ est maiestati uidebitur agi. Hoc enim tam secūdo duobus discipulis, quibus ostēsus fuerat euntibus Emaus, & referētib; quæ uiderāt, illis se cum miratibus stetit Iesus in medio eorum & dixit eis: Pax uobis: Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. ¶ Quid ergo amplius in Galilæā euocatis ostēderit, quærendū est. Hoc nimirum quod inimicū erat Hierosolymis terrenæ ciuitati, unde illos euocauit & templo sacro dicitur ueteri, propositū suum, imò totius trinitatis cõsiliū illis aperuit: Data est, inquit, mihi omnis potestas in cœlo & in terra: Euntis docete oēs gentes, baptizātes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ecce hæc est illa magna transfugatio, quam Galilæa quoque suo commendat nomine, Magna, inquam, transfugatio Christi discipulis imperata, transfugare de Iudæis ad docēdas & baptizādas omnes gentes: cum ante dixisset: In uiam gentiū ne abieritis, & de ueritate circūcisionis ad nouā gratiā baptismi, cuius nunc regulā præscripsit, quæ hæc facta præteriti præfiguraret. Nam quomodo ante passionē suam, plerisq; dictis aut factis suis si militudines adhibere cõsueuit, uerbi gratia, quomodo superius octaua ab hinc die ueniēs ad pulli eius significauit solutionē. ¶ Sic tunc apostolis suis dicens, euntis docete omnes gentes baptizātes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, eandē gratiæ suæ transfugationē uos, id est, ad ecclesiā degentibus respicit, ad quam salus ex Iudæis hoc præcepto transfugatione uit. Recte igitur & merito in primi huius mādati cõmemorationem, quod statim ut uisus est dominus noster post resurrectionē, nuntiate, inquit, fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me uidebunt: nos processione agimus solennem, nosq; & loca nostra aspergimus aqua benedicta, in honorē huius diei, quo iussus sumus baptizari in nomine patris & filij & spiritus sancti.

Marth. 3
Iohan. 2
Apocal. 21

Templi quod Christus est duo latera:

Asperges me dñe. Psal. 50

Processio cū crucib; & uexillis. Esaiæ 55

Marci 16
Iohan. 20

Iohan. 20
Lucæ 24

Cur in Galilæa discipulos euocauit dñs. Matth. 28

Matth. 10

Matth. 21. 29
Galilæa transfugatione significat.

Iohan. 20

Quo die discipuli in Galilæa, uidetes dominū, adora uerūt secundū Mattheū. Cap. XXII.

Matth. 28
Opinio Hieronymi.
Iohan. 20

Lud quidē nemo qui dubiter, quod hac die, qua resurrexit dñs, id est, prima die sabbathi discipulos in Galilæa inuitauerit: sed illud per se nō satis liquet, qua die illuc abeuntes iuxta Mattheū, illū uidetes adorauerint. ¶ Verū Hieronym⁹ itē prima sabbati, id est, octaua die, factū hoc esse asseruit, & hęc eādē esse apparitionē, de qua Iohānes ait: Et post dies octo iterū erāt discipuli intus, & Thomas cū eis. Ait em̄ idē Hieronym⁹ super Mattheū, Post resurrectionē dñs in Galilæa montē cōspicit, ibiq; adoraf, q̄ licet quidā dībitēt. Tūc manifestus ostēdit Thomæ, & latus lāca uulneratū, clauisq; fixas manus demōstrat, ut uere licet nōnulli numerādo uices, quibus dñs post resurrectionē uisus esse describit, aliter sentire uideant, nos tamē p̄dicto doctori hūc sensum nō improbandū esse arbitramur. ¶ Et ipsa ratio admittit, q̄ discipuli eadē die qua dñs resurrexit toties in Galilæa ire iussi, nō ultra dies octo distulerint, p̄sertim cū eadē die fero illū uidetes, quādo Thomas nō erat cū eis, sp̄ festi nantissimā iterū uidēdi eū, ardētiusq; desiderii cōcipere potuerint. ¶ Nihil em̄ est in quo Hieronymo autoritas euāgelica refraget. Nam quod ait Iohānes post dies octo iterū erāt discipuli intus, nō nos coartat ut eodē in loco intus eos fuisse fateamur. Intus erāt, sed in mōte, id est, in ciuitate Nazareth, quæ in mōte Galilææ sita est. Sic em̄ habemus in Luca: Qui cū dixisset, quia dñs postq̄ resurrexerat, XL diebus, & XL noctibus, reuersus in uirtute spiritus in Galilæam, & iam magnificat⁹ in Capharnaū, uenit Nazareth ubi fuerat nutritus. Et cū dixissent ei quāta audiuimus de te facta in Capharnaū, fac & hic in patria tua, ipseq; respōdit eis in ueritate dico uobis, multæ uiduæ erāt in Israel, & ad nullā illarū missus est Helias, nisi in Sarepta sydoniæ ad mulierē uiduā, cum in quā, hęc dixisset Euāgelista, statim secutus, repleti inquit, in a surrexerūt, & eiecerūt eū extra ciuitatē, & duxerūt illū usq; ad superciliū mōtis, supra quem ciuitas illorū erat edificata, ut p̄cipitarēt eū. Nō ergo aliū in montē, q̄m Nazareth, quæ super montē sita erat, dominū p̄cessisse, & discipulos suos euocasse putandū est. Itaq; nulla, ut dictum est, autoritas euāgelica Hieronymo refragat. ¶ Intus em̄ erāt post dies octo, sed non in eadē domo, nec in eadē ciuitate. Et pulchre, ubi perfectionē primā pertulit, primiq; deflectionem Iudæorū, & transitū ad gētes p̄figurauit, sicut post supra dicta scriptū est. Iesus autē transiēs per mediu illoꝝ ibat, ibidē post oēs persecutiōes Iudæos deseruit, ritūq; eorū mutauit, circuncisionē abolita, gentes oēs p̄cipiēs baptizari in noīe patris & filij & spiritus sancti.

Approbatio eius opinionis.

Mons Galilææ Nazareth est.

Lucæ 4

Reg. 17

Intus erat post dies octo.

Lucæ 4

Predicatio Christi in Galilæa & cetera & finis.

Esaie 9
Gene. 49
Psal. 31

Matth. ult.

Mysteriū statiōis processionis.

Matth. 26
Marci 16

Tres portę nomen trinitatis.

Apocal. 21

Quod de redēptore nostro prophetice dictum sit: Neptalim ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis.

Caput XXIII.

Simulq; & hoc notandum, quod ubi, ante passionem maxime p̄dicauit in finibus Zabulon & Neptalim, sicut habemus in Euāgelio trans Iordanem Galilææ, illic & post resurrectionem eandem consummauit doctrinam, dando baptizandū, & docendi p̄ceptum, ut sicut ab eodē Euāgelista testimoniū subiunctum est: & propheta: Populus gentium, qui ambulat in tenebris, lucem uideret magnā, quom̄ eoq; prophetiam, qua dictū est: Neptalim ceruus emissarius dans eloquia pulchritudinis. Emissus em̄ per diuinam potentiam à canum infectione, de quibus ipse dicit per os Dauid: Circumdederūt me canes multi, emissus inquam, in plenam securitatem, uelocissime saltu resurrectionis, recurrit in fines Zabulon & Neptalim, ubi & ante docere cōperat, factus & ipse Neptalim, id est, dilatatus, uidelicet expeditione charitatis, & hęc dedit quæ p̄dicta sunt eloquia pulchritudinis de nobis gentibus baptizandis, quæ sic finiuit: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

Item de processione secundum quod uariatur in diuersis Monachorum & canonicorum ordinibus.

Caput XXIII.

Prae dicta processio sic agit, ut sacerdotē p̄cedentē, & officinas uisitantē, semper in eo loco, quo suprema statiōe cōsistimus, ante nos cū cruce inueniamus. Quod & ipsum ex eadem Euāgelij pendet autoritate. Nā dñs noster, cuius personā sacerdos in suo gerit officio (sicut alio loco iā dictū est) & an teq; p̄teret & postq̄ resurrexit hac die discipulos suos in Galilæa p̄cessurū se dixit: Nā qua nocte tradebat: postq̄ autē, inquit, resurrexero, p̄cedā uos in Galilæa, & cū resurrexisset sicut hac die legimus, ite, inquit angelus, dicite discipulis eius & Petro, quia p̄cedet uos in Galilæa. Hūc significationi pulchre & ipsa, quā ibidē, id est, in suprema statiōe, sacerdos dicit, oratio cōcinit, directā ad personā filij. Dñe Iesu Christe q̄ntroitu portę Hierusalē uakas sanctificasti, &c. ¶ Nā ad filij personam dirigit, & sub noīe Hierusalē, ecclesie mentio fit, quę de baptizatis omnibus gentibus cōstruitur, & sub noīe portę eius, nomē patris & filij & spūs sancti, in quo baptizant, significat secundū Apocalypsim, ubi in significationē eiusdē diuini noīs, patē ciuitatis, quæ significat ecclesiam, ab oriente portę tres, & ab occidente portę tres, & ab aquilone portę tres, & à meridie portę tres, quia quacūq; gate ueniant ad fidem Christi, seu in pueritia, seu in adolescentia, seu in iuuentute, seu in senectute (ut ait Prudentius) occurrit quadrina ad compita nomen.

¶ Sicq;

¶ Sicq; fit, ut tota hęc processio nihil aliud quā gratiarum actio sit, eo quod resurgēs dominus statim memor nostri, qui eramus absque deo, discipulos suos in Galilæam ad hoc consilium euocauit, ut baptizarentur in nomine patris & filij & spiritus sancti. ¶ Vnde locum quoque quo suprema statiōe processione terminamus nos Galilæam nominamus, & p̄euntes facerdotē semper in huiusmodi, id est, dominicali processione maiores quicq; post p̄laratum nostrum ut caput digniora membra sequuntur. ¶ Et illud quoque maiorum exemplis edocti, quia reiam dicta congruit, obseruamus ut in hac processione nulla unquam dominica quicquam, quod sit ueteris historię cantemus, sed semper quod de nouo testamento sit, gloriariq; perfonet Euāgelij.

¶ Sed de hoc principali die paschæ sermo nunc est, à quo omnis prima sabbathi insignita, & dominica dies dicta est, quō dominus noster patres nostros apostolos ad audiendum, ut dictum est, gratiæ consilium in Galilæam euocare dignatus est. ¶ Huius diei statiō, quo processio terminanda est, in medio templi splendide ordinata, rem ipsam, de qua dictum est, pulchre commendat dum sacer ecclesie chorus totus festiuus, sexus utriusq; populo circumstante, totis uiribus in uocem exultationis & salutis feliciter erumpit, cantando antiphonam: Sedit angelus ad sepulchrū domini. Hęc enim antiphona rem ipsam patenter exprimit, quam perdocere omnes gētes iussi sunt apostoli, scilicet quōd deus homofactus, mortem nostram moriendo deuicit, & uitam nobis resurgendo reparauit. Cui rei ualde & ipsa, quæ dictis inserta est, congruit melodia, dum cantus is terardi garrulitate cōcinnus, agili recurfu, festiua dicta suspendens frequenter tripudiat, & læta pronuntians, uelut alauda matutina, per uocum suarum sæpe uolitat acumina. ¶ Hęc igitur statiō nobis illud festiuo concentu cōmemorat, quōd in Galilæa iussi à creatore suo, cœli enarrauerunt gloriam dei, gloriam resurrectionis Christi, sicut legimus, quia uirtute magna reddebāt apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri. Quod ideo totis uiribus est concinendum, & toto corde totiq; ore, in auditu populorum circumstantium efferendum, quia in omnem terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terrę uerba eorum.

Quōd nos recte beatam Mariam in principio nostræ lætitiæ proponimus in hac processione omni dominica ad eius memoriam prima statiōe diuertentes, & quōd credendū non sit quod dominum resurgentem ipsa non uiderit, & quod inter testes mater scribendū debuerit.

Caput XXV.

Recte & laudabiliter à nostri, id est, monachici ordinis, maiorib⁹ traditum est, quōd hactenus pro lege fixum atq; inuulsum conseruatur, ut in huiusmodi processionebus, cunctis per annum dominicis, beatæ dei genitricis memoriā prima statiōe uisitemus decantando quodlibet qd eius propriū sit, eaq; saluta & oratione dicta, tunc demū processionem ordine supradictō peragamus. Sicq; feruente sacre religionis studio prouisum est, ut infra claustrū habeatur eiusdē beatę uirginis diuersorū, scilicet factratum in ipsius honore, maxime propter hoc ipsum propriū nominis eius oratoriū. ¶ Quid euāgelicæ fidei cōuenientius, Christiana sedulitas cōminisci potuit? Quid pulchrius, quid uenerabilius, q̄ congratulari matri uirgini super resurrectione unigeniti, iam nō morituri, in cuius passione gladius animā eius pertransiuit: perp̄dere gestit Christiana deuotio, quātus torrēs gaudij rep̄te inundans, locūq; uulneris replēs, animā eius ferro doloris cōfossam inebriauit, cum rediuuus filius, illi ante omnes fortasse mortales, materno uirginē non defraudans honore uictoriā suam annūciat, & dulcia carnis suę uulnera, quā illa uerā de carne sua carnē conceptā peperit, deosculatā p̄buit. ¶ Quid ergo repugnare uidebit Euāgelio, referenti qd surgens Iesus primo Mariæ Magdalenæ apparuit? Absit, sed omnibus beatā uirginem matrē ex cipiemus testibus p̄ordinatis, q̄s solos nominare ad euāgelistas pertinuit, uel q̄s Christi resurrectionē annuntiare decuit. Nūquid illam nūtiare decebat, ut uerba eius tanq̄ deliramenta uiderēt ante apostolos? Si em̄ extraneas uerba fecim⁹, uisa sunt eis tanq̄ deliramenta, q̄modo nō magis matrē amore filij delirare crederēt? Verissime ergo matri filius resurgēs apparuit, sed illa ut ab initio cōperat, ita & nūc cōseruabat oīa uerba hęc cōferens in corde suo. Quod sic cōseruare nō uidet, quia nullus euāgelista scriptis hoc attestat, conseque est qd nunq̄ post resurrectionē suā uisus sit matri, quia quando uel ubi apparuerit illi, nullus eorū nominatim edixit. Sed absit hoc ab illo, qui in lege suā patrem & matrē honorare p̄cepit, absit in quā, ut matrē propter se doloris gladio transuerberatā, tam dura negligentia, talis filius in honora uerit. ¶ Nō sic apostolica sanctæ Romanæ ecclesie sensit ueritas, quę hanc beatā Hierusalē in principio lætitiæ suę proposuit. Nam cum hac prima die paschæ statiōnem ad hęc, de qua loquimur, sanctā Mariam Missę officio p̄scripsit, quid aliud q̄ Hierusalē in principio lætitiæ suę proposuit. ¶ Si em̄ oīs anima timēs dominū sic benedicit, ut uideat bona Hierusalē, & uideat filios filioꝝ suorū, pacē super Israel. Et ideo dicit & est ipsa q̄q; Hierusalē, qd est uisio pacis: quāto magis ista ter quaterq; beata uirgo dicēda est Hierusalēni,

Ephē. 4

In die paschæ statiō in medio tēpli.

Marci 16

Cantus Te trardus.

Psal. 18
Actoꝝ 4

Statiō prima in processione ad oratorium uirginis Mariæ.

Christi matris primū apparuisse.

Euāgelistæ nō matris, sed testiuē mentionē faciunt.

Exodi 20

Matth. 15

Statiō Romanæ ad sanctā mariā.

Psal. 126

Psal. 127

Lucæ 1

quæ bene dicta inter oēs mulieres, uidit filiū suum pacē super omnē uerū israel, scilicet Christum, de q̄ Apostolus ait: ipse est em̄ pax nostra, qui fecit utraq; unū: ipsa præ omnib; ipsa an re oēs uidit hanc nostrā pacē, ipsa est Hierusalē, pulchra, electa, iuuas & formosa, quā uiderūt filia Sion, & beatā dixerūt, & reginā laudauerūt. ¶ Dum ergo hāc hodierna statione sancta Romana ecclesia in principio lætitiæ suæ, ut dictū est, proposuit, non hoc æstimauit, qd̄ pacē super israel ueniente, id est, filium suum propter iustificationē nostram resurgente, ipsa non uiderit. Sed ut ad propriā, de qua supra dictū est, hodiernæ & omnī dominicaliū processio- num, causam sermo recurrat: nunquid uel tunc, quādo undecim discipuli abierūt in Galileā, in montē sicut cōstituit illis dñs Iesus, hāc beatā, de qua loquimur, Mariā præterierūt, & absq; illa uidētes eum adorauerūt: Imō nō alias q̄ in domū illius, nō alium in montē abierūt ut uide- rent eum q̄ in illum, super quē ciuitas eius Nazareth sita erat, sicut iam dictū est. ¶ Igitur pul- chre & laudabiliter, ut supra diximus, traditū est à nostris maioribus, ut in hodierna, cūctisq; per annū dominicalibus processionibus, beatæ dei genitricis memoriā prima statione uisite- mus, eandē ob causam, qua hodiernæ Missæ officio, statio ad sanctā Mariā prescribit, ut eam, sicut iam dictū est, in principio lætitiæ nostræ proponamus, illud de cāctis recolētes, nouū nouæ ecclesiæ sp̄sūm, mox ut resurrexit, dixisse nō uane arbitratēs: Vadam ad montē myr- rhæ, & ad collū thuris. Qua em̄ sui corporis parte altius post ipsum caput suū Christū, eccle- siæ sublimitas eminuit, q̄ singularibus huius reginæ angelorū meritis, cuius ex carne sine uiro Christus, ut lapis de mōte sine manibus, est editus: Et q̄ in uertice montiū tū myrrhæ, id est, mortificationis, cum thuris, id est, piæ orationis, odoribus inueniri potuit, quantum in huius beatæ uirginis anima, quā singulariter dominicæ passionis gladius perforauerat. ¶ Ad hūc er go montē myrrhæ uadimus & nos sæpe dicta statione ad sanctā Mariā diuertētes, & ipsa q̄p eloquia cerui emissi, de q̄ supra dictū est, eloquia pulchritudinis, quibus illud de baptizā diso- minibus gentibus mādauit, exultantes mystice de promissis hac die cantādo: Tota pulchra es. Nota namq; omnium pene sententiā doctōrū est, nouam his uerbis ecclesiā inuitari, ut sur- gat & properet apostolica, quæ tunc numero parua erat, ecclesia de Libano uenire, id est, de candidatione baptisimi gētes ad Christum adducere, Mariā matre fidei nostræ adiuuante, id est, omnia uerba hæc, quæ hæctenus conseruabat in corde suo, iam aperiente.

Libri Septimi finis.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE DIVINIS OFFICIIS, LIBER OCTAVVS.

DE Missa eiusdem diei. Caput I.

Officiū pas- chale tran- situs ad pa- triam. Psal. 67. 1. Cor. 5. Iohan. 3.



OTVM DIEI PRÆSENTIS OFFICIUM cunctis partibus suis in illum æternitatis diem intēdit, cuius nobis aditum deus per unigenitū suum, deuisa morte reserauit, ubi epu labuntur & exultabūt iusti in cōspectu dei, qui nūc e pulātur (ut cā- tamus ac legimus) in azymis sinceritatis & ueritatis, bibēt q̄p uinū bonū qd̄ ex aqua factū est in cœlestibus nuptijs, id est, in gloria de- lectabuntur immortalitatis & impassibilitatis, à corruptione mor- talitatis penitus immutati. Et recte. Ut quia pascha transitus est illo paschale præsentis diei canticū intēdat, ubi trāseuntibus patria cō- stituta est, Tunc illa sancta ciuitas Hierusalē splendebit nouitate æterna, nouūq; cantabit cā- ticum, noua ipsa nō habens maculā aut rugā. Cuius cācti æterni, doctōr ac præcētōr erit no- uis eius sp̄sūus, qui primus resurrexit, cui cū diceret pater, sicut habemus in Psalmo: Exurge gloria mea, exurge psalteriū & cithara, respōdit, exurgā diluculo. Recte ergo in introitū hodi- erni officij primā uocē emittit, qui primus resurrexit, dicit q̄: Resurrexi, & adhuc tecū sum. Ad huius cācti nouitatē nos inuitās & instrues Paulus in sequenti lectione epistolæ: Expur- gate, inquit, uetus fermentū, ut sitis noua conspersio, & c. Aperta similitudine baptizatos & do- cet, dum nouā, id est, absq; fermentō, conspersionē nos esse horra, & q̄ ex multis hominib; unum ecclesiæ corpus tanq̄ ex multis granis unus panis efficiat. Quale autē sit illud q̄ panis iste fermentē, & paschali mēsa fiat indignus, ex his quæ supra Corinthijs dixerat, patēt agno- scimus. Dixerat em̄, omnino audif inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gē- tes, ita ut uxorē patris sui quis habeat. Et paulo post, nō bona, inquit, gloriati uestra. An ne- scitis quia modicū fermentū totā massam corrūpit? Expurgate uetus fermentum, & cætera, Hoc

Apocal. 2. Ephē. 5. Psal. 56, 107. Psal. 138. 1. Cor. 5.

Hoc igitur ecclesiastici cōpositor officij, per hāc lectionē ecclesiæ Christi intimare uoluit, ut illam quā accepit in baptismo, seruet immaculatā nuptialem tunicam, ut pote quā exhibere si- bi cupit Christum sp̄sūm gloriosam, non habentem maculam aut rugam. Fornicatio em̄, pro- pter quam eadem lectio scripta est, ut supra dictum est, uel aliud quodlibet damnabile uitij, uetus fermentum est, uetusq; hominis morbus est, ueteris uitæ macula est. ¶ Itaq; cum hæc di- es nouitatē uitæ prædicet, & æternam iuuentutē annuntiet, miranda plane & laudāda Romā- nę ecclesiæ diligentia in eo quoz, q̄ in officio præsentis legendū esse euangeliū secundū Mar- cum instituit. ¶ Ille namq; præter hoc q̄ in quatuor animalium a admirabili figura leoni assimi- latur, præter qd̄ eius euangeliū recte legi uideretur, ut leo rugitum leonis resurgentis euan- gelizaret, de quo prædictum fuerat: Carulus leonis Iuda, ad prædam sili mi ascendisti, re qui- elcens accubuisti ut leo & quasi læna, quis fuscitabit eum? præter hoc, inquam, officium dici præsentis euangeliū eius maxime pro eo congruit, q̄ sanctę resurrectionis nuntium, quem cæteri simpliciter appellat angelum, hic altiori mysterio iuuenem appellat: Viderunt, inqt, iuuenem sedentem in dextris, coopertū stola cādida. ¶ Hæc enim duo quz postū, iuuenem & coopertum stola candida, duo itidem quæ ab Apostolo in laudē gloriosæ ecclesię dicta sunt, prædicant, scilicet non habentem maculam, non habentem rugam. Nam quia gloriosa eccle- sia, pro qua Christum mortuū est, & propter cuius iustificationē resurrexit, in illa gloria resur- rectionis, cui se præparans, nunc uetus fermentum expurgat, ut dictum est, rugam uetusq; ho- minis quē exiit, non habebit, recte sanctus euāgelista resurrectionis eiusdem præconē ange- lum, iuuenē appellat: & quia maculam nō habebit, quam sponus suus in sanguine suo lauit à peccatis suis, pulchre coopertū stola candida, ut uere erat, diligenter expressit. ¶ Diligentissi- ma ergo institutione hac die secundū Marcum legitur resurrectionis Christi euangeliū, quo baptizatis nostris, quibus renouata est ut aquilæ iuuentus sua, iuuenis sedens in dextris dñici sepulchri, & coopertus stola candida, ipso suo habitu, quid acceperint aut qd̄ sperare debeant, prædicat cunctis cōsonantibus partibus officij, & hoc maxime conclamantibus cōcorditer, ut expurgato ueteri fermentō, in azymis sinceritatis & ueritatis epulantēz, primū baptisimi re- surrectionem ita feruemus, quatenus secundæ resurrectionis æternæ iuuentuti præparemur. ¶ Tunc, sicut in offerenda cantamus resurgente deo in iudicio, q̄ai nunc sopitus est & hu- mana curare non putatur, terra tremet & quiescet, id est, impij terrebuntur, & traditi gehē- nę nocere desinent: & erit in pace locus domini, scilicet ecclesia, & in Sion iuuenē, iamq; cādida, sicut angeli supradicti uerba prædicat, contractæ erunt omnes aduersariæ potentia: ar- cus, scutum, gladius, & bella uitioz. ¶ Graduale, quod est cantus laborantiū in hac pere- grinatione, iam dictū est ad hos dies resurrectionis uicq; in pēte costen nō pertinere, sed pro- pter baptizatos per hanc hebdomadam in officijs additum esse, ita tamē, ut sicut his propter quos additum est, militiæ laborem, quem arripuerunt, præfens subleuat gaudium, de recent- ti remissione peccatorū sic consuetudinalē gradualiū neuma: serenent uerba, diem, quā fecit dñs, q̄ die psonantia, & exultādum atq; lætandū esse in ea, tam ex ipso q̄ ex uerbis eius acci- pinus, q̄ ex eodem psalmo sumpti per hebdomadā dispertuntur.

Eph. 5. Rom. eccle- siæ diligen- tia. Cur hodie legit euangeliū secundū Marcū. Gen. 49. Marc. 16. Eph. 5. Rom. 4. Apoc. 1. Psal. 102. 1. Cor. 5. Offerēda. Psal. 75. Graduale propter ba- ptizatos hac septi- mana can- tatur. Psal. 17.

De ordine inusitato uespertinæ laudis, cuius causa est per hanc hebdomadam solennitas sancti baptisterij. Caput II.

CVm omnes horæ regulares supradictæ nouitatis & lætitię præferant in signa, tunc uero splendidius uespertina synaxis huius festiuitatis claritate, secundum ordinem Romanum est illustrata. ¶ Nam quia uespera sabbathi paschalis baptisima celebra- tum est, eadem hora per totam hebdomadam festiua regenerationis iucunditatem hoc modo retinet. Primum, quia in ipso baptisimi ordine inceptum est kyrie eleeson, & litania trina decantata est ob honorem & reuerentiam adorandi nominis, patris & filij & sp̄sū sancti, quo in nomine baptismus peragitur: dicitur non ut fieri solet à uersu, Deus in adiutoriū meū intende, sed à Kyrie eleeson festiuo cōcentu incipiuntur. ¶ Sequitur ob eandem causam tres psalmi sub uno alleluia decāandi, qui & per totā hebdomadā non mutantur, tum quia tota he- bdomada hæc pro una die cōputatur, eo q̄ uniuersalis diē resurrectionis aspiciatur: tum quia tam- hi q̄ cæteri q̄ processionibus (de quibus dicēdum est) reseruantur, insigni titulo qd̄ est alleluia, prenotant, qd̄ rei uel tēpori cōgruere, imō propriū esse nouimus. Veruntū primū. i. Dixit dñs, solus alleluia nō habet in titulo, sed ad laudē Chri maxime, & secundū diuinitatē, & secundum humanitatē, autoritate dei patris commēdante decāatur, agēs per totā seriē de gloriosa & in- effabili exaltatione eius, qua mortis torrētē bibito, suū hodie exaltauit caput. ¶ Post tres psal- mos pro capitulo dicitur canticū, Hęc dies quam fecit dñs, sicut & per omnes regulares horas, nihilominus ob magnitudinē significandę lætitię pro capitulo decantatur. Deinde alleluia cū uersu suo pro hymno canit, quia proprius patriæ cœlestis hymnus alleluia est. ¶ Post can- ticū de euāgelio cū antiphona, dicta ofone, procedit ad fontes cum psalmo, Laudate pueri do- minū, q̄ & ipse in titulo alleluia prænotatus, p̄spicue congruit ipsi, quibus reseruatus est, sacris

In uesperis incipitur a kyrie elec- son. Iisdē psalmi protam he- bdomadā. Psal. 109. Psal. 117. Processio ad fontē ba- ptisimi. Psal. 113.

fontibus. Admonitio namq; diuine laudis est ad pueros. i. nouos ecclesie filios, qui per baptis-
mum pueri. i. puri, facti sunt a uirgine, totusq; hic psalmus tantu ad fideles de gentibus dirigit,
quod ex eo facile perpenditur, quia dicit: Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filioru
latantem i gentilitate prius sterilem, nunc matrem filioru secū dum fidem facit habitare in
domo. i. in celestis Hierusalem, cōpleta prophetia qua dictum est: Lætare sterilis quæ non pa-
ris. Vnde nunc apud fontes ecclesie mater iubilans exultat in laude eius gratiæ, per quam me-
ruit esse (sicut audivit in Canticis) fons hortoru, putcus aquaru uiuentium, quæ fluunt impetu
de Libano, ut sint emissiones eius paradus maloru Punicorum cum pomorum fructibus, cy-
prus cum nardo, nardus & crocus, fistula & cynamomū, myrrha & aloë, cum uniuersis lignis
Libani. Quæ omnia diuersis qualitatibus suis diuersa merita uel profectus significant eorū, q
in fonte baptismi similitudini mortis Christi cōplantati sunt, de quibus non est modo dicen-
dum per singula. ¶ Hac statione terminata, transitur inde ad oratoriū sancti Andree apostoli,
cantādo: In exitu Israēl. quo significatur exitus illorū, qui Israēl. (i. uidentis deum) renascen-
do facti, de Aegypto huius seculi & populo barbaro infidelium exeunt, mari. i. profunditate
gentiū, & Jordanē. i. Iudæis. Jordanis enim terræ Iudæorū est fluuius, & à retro fluens interp-
tatur: gentibus (inquā) & Iudæis uidentibus ea quæ per exeuntes mirabilia facta sunt, fugiē-
tibusq; ab infidelitate ad fidem, à carne ad spūm, à diabolo ad deum, quem reliquerant, retror-
sum. Vnde & montes. i. apostoli, & colles. i. eorum discipuli, exultantes ut arietes & sicut agni
ouiu, gratulantur & dicunt: Quid est tibi mare qd fugisti, & tu Jordanis quia conuersus es re-
trorsum: Sic omnis Paschalis hebdomadæ uespera, qua hora sabbatho in sancte trinitatis noie
baptisma celebratū est, trina statione cōpletur. ¶ Et idcirco fortassis ad S. Andream, pene ois
uespera terminat, quia beatus Gregorius qui stationes, sicut haecenus seruauit, ordinauit, ei-
dem S. Andree specialiter deuotus extitit, cui & iuxta basilicā sanctoy Iohannis & Pauli ad
cliuū Scauri, monasteriū in proprio domate formauit in quo relictis omnibus, ex huius mun-
di naufragio nudus euasit, diu desideratum monachicum capiens indumentum. Nec mirum
hanc illi uesperinā stationem pro deuotione tanto apostolo cōseccasse, cum & stationē ad
S. Cosmam & Damianū, qua die cantatur, Salus populi ego sum, fecerit illustriorem, propri-
isq; ac solennibus collectis, sicut à plerisq; usq; nūc obseruatur, sanctis eisdem dedicauerit, id-
circo q; atauus eius, IIII. Felix sedis apostolicæ pōtifex, uir magnæ in Christi ecclesia reueren-
tiæ, basilicā eorundem sanctoy, uia sacra iuxta templū Romuli, sicut haecenus cernitur, uenu-
stissime fabricauit. ¶ Forte & illud maiestatem diuini nominis respicit, patris & filij & spi-
ritus sancti, quo in nomine baptismi celebratū est, q; ad uigilias nocturnas tres tantum lectio-
nes ordīne Romano legitur. Nam quo respectu ultra numerū hunc lectioes multiplicaren-
tur: Si quidē prædicatores nostri, quos (ut alio loco iam dictū est) significat amplior in solen-
nitatibus numerositas lectioū, quia sub tempore gratiæ plures ueritatis præcones mitti cōpe-
runt, prædicatores (inquam) euangelij, i. apostoli, nunc erant muti & absconditi, neq; (ut sole-
bant domino cum illis cōmorante) circuibant per castella, euāgelizantes & curantes ubiq;
Nec quisquā illud obijciat, q; tribus quæ præcesserunt lectiois noctibus, plures lectæ sunt.
Nā illarū alia ratio suo loco prescripta est. Igit ternarius numerus auctoritate diuini nois in ba-
ptismo illustratus, pulchre in hac solennitate, tam in psalmis q; in lectionibus principatur.

Cur non monachi æque ut canonici, per hos dies consuetam debeāt
immutare regulam. Caput III.

Quamuis ea quæ supradicta sunt, rationē habeant theoreticam, nostri tamen. i. mona-
chici ordinis, æque authenticam non debent immutare regulam, ut uerbi gratia, no-
cturnas ulla dominica ad tres lectiones contrahant uigilias, aut per horas regula-
res litanias remoueāt supplicationes, & pro ipsiis iucundū alleluia personenti id-
circo q; in illa beatitudine, quam significat hæc Paschalis solennitas, nulla erit deprecatio mi-
seroy, sed sola laudatio beatorū. Sed nec illud, ut cum non habeāt fontes eas, quas propter fo-
lennitates fontū fieri dictum est, uespertinas suis in locis imaginētur stationes. hæc namq; pōti-
ficales & ad pastores plebium pertinentes sunt traditiones. ¶ Et licet beatus Gregorius q; sta-
tiones ordinauit, & pene oēm cleri decorem digito dei doctus expoliuit, habitu monachico
presulserit, nec sic tamen monachico tenendū sunt ordinē cōsuetudines huiusmodi, quas pōti-
ficali potius officio tradens, inferioris. i. actiue uitæ procuratoribus instituit. Nunq; enim san-
cti patres talem habere cōsuetudinem, ut contraria uel pugnatia præciperent. ¶ Præcepit autē
ante illum beatus Benedictus, qui (ut ipse asserit B. Gregori) spū omnium iustorum ple-
nus fuit, ut dominica die nunq; minus à duo decim lectionibus ad uigilias nocturnas legatur.
Similiter & de cæteris regularibus horis uniuersalē, absq; ulla exceptione, canonem suo per-
scripserat ordinē. ¶ Nō ergo credendum est q; beatus Gregorius, cum actiue uitæ ordinē in-
stitueret, ad quem se descēdit in suis deplorat epistolis, superiorem. i. cōtemplatiue uitæ or-
dinē ex aliqua parte in cōtrarium deflectere uoluerit. Rectius itaq; suam quicq; tener ordore
gulā,

Esai. 54.
Gala. 4.
Cant. 4.

Rom. 6.

Deuotio S.
Gregorij et
Gala sanctū
Andree.

Felix papa
III. atauus
S. Gregorij,
tres tū le-
ctiones in
nocturnis
uigilijs.

Luc. 9.

Alia regula
monacho-
rum authē-
tica.

Gregorius
ex mona-
cho ponti-
fex factus.

S. Benedi-
ctus.

gulam, iuxta illud: Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo. ¶ Tantum in eo concordanti-
bus cunctis, ut usq; pentecosten genua non flectentes, sed stando perorantes, libertatē quam
nobis resurgēdo Christus acquisiuit, hac significatione profiteamur, & alleluia sine intermis-
sione dicamus, & nos filij sponsi, quia nobiscum est spūs, non ieiunemus. Cæterum quicūq;
monachi ordinis supra dictam ob causam supplicationem litanie. i. kyrie eleison, de horis re-
gularibus per hanc septimanam amputant, cōsequens est ut usq; pentecosten nō reperant, q-
niam nō solum hæc hebdomada, sed uniuersi quinquaginta dies isti, æternum futuræ resurre-
ctionis significant Iubilæum, quo nihil iam supplicandum, sed solum in salute perfecta exul-
tandum erit & lætandum.

Quam congrue fides resurrectionis per quadraginta dies confirmata sit, simulq;
de miraculo cuidam fratri ostenso hoc anno, ab incarnatione domi-
ni millesimo centesimo undecimo. Cap. III.

Miranda sane & prædicanda saluatoris nostri studiosa charitas, qui cū passus propter
delicta nostra, resurrexit propter iustificationē nostrā: nihilominus propter eru-
ditionē nostram distulit quadraginta diebus ascensionis suæ gloriam, per quos &
præbuit seipsum uiuū in multis argumētis apostolis suis, quos elegit, ut essent re-
stes suæ resurrectionis. Paterat enim eadē die qua resurgendo super oceanum ascēdit, nubem
quoc; ponere ascensum suum, & semel ostensum testibus suis uerū hominem, uera uerbi diui-
nitas, eadem uelocitate qua suscitauerat, post tres uel paulo plures dies in paternæ maiestatis
collocare dextera. Magna ergo charitas, & uere nō quærens quæ sua sunt, quæ, ut subueniret
tar dis ad credendum, triumphalē Christi tar dauit ascēsum, & ut consummatā ostēderet gra-
tiam, preparatam uictori distulit gloriā. ¶ Itaq; uæ perfidis hereticis, quos legitimus hic qua-
draginta dierum numerus expectatōis & incorrectos iuste tandē sententiæ subigit. legitimus
namq; est quadragenarius dierum numerus apud hoies quoc; in protelandis consultationi-
bus, ut is cui forte consulitur, etiam si lunaticus sit. i. stultus (stultus quippe ut luna mutatur)
eum tot dies expectatōis sanū consilium non admiserit, iustus iudicetur, quoniā ante quadra-
ginta dies luna mutatur: unde & hic plus q; stultus est, qui per tot dies mutatus non est. Sed li-
bet per aliud simile ex antiqua diuine auctoritatis scriptura cōprobare, q; resurrectionis mor-
tuorum detractores, iure nunquam ad eiusdē resurrectionis gloriam peruenire mereant, quā
per quadraginta dies exploratā, adhuc pertinaci impietate calumniātur. ¶ Legimus in li-
bro Numeroy, galloquens dominus ad Moysen in deserto Pharan, mitte (inquit) uiros q; con-
siderent terrā quam daturus sum filiis Israel, singulos de singulis tribubus ex principibus, i.
uiros duodecim. Qui cum ascēdisset, explorauerunt terram, ascēderūtq; ad meridiē, per-
gentes ad torrentem Botri, absideruntq; palmitem cum uua sua, quam portauerunt in uectē
duo uiri & c. Reuersi q; exploratores terræ post quadraginta dies, omni regione circuita, ali-
detraxerunt terrā quam insperauerat apud filios Israel, dicētes: Terra, quam iustitiamus, de-
uorat habitatores suos. At uero Iosue filius Nun, & Caleph filius Iephone, Terra (inquit)
quam iustitiamus, ualde bona est. Si propitiū fuerit dominus, intrā iacet nos in eam, & tra-
det humū lacte & melle manantē. Cūq; clamaret omnis multitudo, & eos lapidibus uellet op-
primere, apparens dominus, Omnes, inquit, homines q; uiderunt maiestatem meā, & signa quæ
feci in Aegypto & in solitudine, & tentauerunt me ecce iā p decē uices, nec quisquā qui detra-
xit mihi, intuebitur terram pro qua iuravi patribus eorum. ¶ Hæc illis in figuram cōtigif-
se Paulus quoc; apostolus testis est. Nam cum de hac sacra loquēs historia dixisset, Patres ue-
stri omēs mare transierunt, & omnes in Moysē baptizati sunt in nube & in mari, & omēs ean-
dem escam spūalem manducauerunt, & omēs eundē potum spūalem biberunt, bibebant autē
de spūali cōsequente eos petra, petra autem erat Christus, sed non in pluribus eorū, inquit, bene
placitū est deo. Nam profstrati sunt in deserto: & q; tentauerūt Christū, à serpētib; perierūt
& quia murmurauerūt, interierunt ab exterminatore, & protinus adiungit: Hæc autem omnia
in figura continebat illis, scripta sunt autē ad correptionem nostrā, in quos fines seculorum
deuenerunt. In figura uidelicet, quoc; nisi eorū quæ in hoc fine seculorum. i. in hac mundi se-
xta ætate, facta sunt: ¶ Christus dñs, Aegypti rege. i. tenebrarum principe debellato, per ma-
re rubrum baptismi sui traduxit illos, & nūc per uitæ presentis desertum regit, ut inducat in
repromissionē æternæ hæreditatis. i. in eam, de qua nunc loquimur, gloriam beatæ resurrectio-
nis. Quam enim ab illo terrā lacte & melle manantē sperare debemus, nisi conformitatē cor-
poris Christi quod resurrexit, in q; habitat omnis plenitudo diuinitatis, ut per illud reformet (sic
ut Apostolus ait) corp' humilitatis nre configuratū corpori claritatis sue: ¶ Igit & hi q; ueri-
tatē negat eiusdē resurrectionis, sicut & illudores, maloyq; cōcupiscentes, tētatores atq; mur-
muratores, iuste prosternuntur in deserto & pereunt, atq; ab exterminatore intereunt. Toti-
dem quippe, id est, quadraginta diebus, euangelica refert scriptura in multis exploratā esse ar-
gumentis, terrā carnis Christi, quod uere resurrexit à mortuis, ut ueraciter agnoscamus ex illa,
qua-

Hier. 31.
Abac. 3.
Alleluia ut
quād pence-
costen.

Rom. 4.
Actu. 1.

Psal. 67. 103.

1. Cor. 13.
Luc. 24.

Ecc. 1. 27.

Num. 13.
Explorato-
res terræ
post 40. di-
es reuerſi.

1. Cor. 10.
Instructio
nra ex figu-
ralib; ueſe-
rū historijs

Inducere i
terrā melle
& lacte mā-
nancem.
Colo. 2.
Phil. 3.
Mysterium
historij ex-
ploratoꝝ.

Actu. 1.

qualiserit nobis status future resurrectionis. Ascenderunt fidi exploratores ad meridiem. i. ubi eleuatus erat uerus sol Christus per altissimam resurrectionem, & attulerit nobis botrum cum palmite suo, quem portant duo uiri. i. ipsum Christum, cui dicitur sponsus in Canticis: Botrus cypri dilectus meus mihi, portant, inquam, in ueste duo uiri. i. pedentem in ligno crucis cum ueritate corporis in quo resurrexit. Hunc enim susceptum portant duo uiri. i. duo populi, Iudaicus atq; gentilis: & sicut anterior ex eis qui botrum ferebat, portabat quidem, sed auerso dorso non uidebat, posterior autem & portabat & uidebat: sic anterior populus Iudaicus testis monia passionis & resurrectionis Christi portat quidem in scripturis, sed auerso corde non credit, atq; ideo non intelligit: posterior autem (i. gentilis) & portat & uidet, quia quod legit, credens intelligit, intelligens credit. ¶ Hunc ergo botrum afferentes ueritatis exploratores. i. annuntiantes Christum, hunc nobis apostoli testes fideles dicunt scriptis, dicunt miraculis, de gloria speranda resurrectionis: Terra quam iustrauimus bona est, sicut ex his fructibus cognosci potest. Quo enim dissimile est huic illud quod nobis annuntiant, incorruptibilem carnem superinduit resurrectionis gloriam, ueracem & eandem carnis eiusdem permanere naturam: Iustrauimus (inquit) eam, uidimus & perspeximus, manus nostras & retauerunt de uerbo uitae. Misimus est manus nostras & palpauimus latus eius, & correctauimus cicatrices uulnorum in manibus & pedibus eius, dicentis: Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet sicut me uidetis habere. ¶ Manducauimus (inquit) & bibimus cum eo postquam resurrexit a mortuis. ¶ Ar illi qui simul ascenderunt explorare scripturam, pleni alieno spiritu, falsi & fallentes, negantes ueram resurrectionem corporis naturam, & corpus dominicum post resurrectionem phantasticum fuisse suspicantur. i. uentis & aere subtilius. In quo istum murmuratoribus illis dissimiles sunt, qui detrahentes terre quam inspexerant, dicebant: Terra ista quam iustrauimus, deuorat habitatores suos: Deuorat quippe habitatores suos illa quam speramus uita, si nos aliter non admittit, nisi uera in resurgentibus intereat corporis natura. Argumentantur enim & dicunt: Quo modo corpus dominicum post resurrectionem uerum fuit, quod clausis ad discipulos introiit ianuis: Videbor in uentibus uerba iactare, si contra hos inimicos fidei Christianae, multa uelim responsionis argumentosa spicula uibrare. Illae namque uulpeculae iam dudum tonitru coeli. i. clamore fulminantis ecclesie & territae, ubicunque sint, latitant in caueis subterraneis, nec prodire audent, ut uineas flores fructusq; parturientes, suo more putido dente demoliant. ¶ Sed ecce dum haec scribimus, iucundo per quemdam fratrem nostrum gratia resurgens nobis aridet miraculo. Testor illam beatam ac deliciosam noctem, in qua Christus ab inferis uictor ascendit, me nihil super hoc mentiri, nisi ille tam sacrilegus sit, ut de huiusmodi re quippiam fingere ausus fuerit, quod uita eius uel propositum omnino prohibet uel suspicari. Fratris tamen euidem nomen tacebitur, quonia & hoc obnixè precatur. Nam factum quidem lucere coram hominibus cupit, ut glorificetur pater qui est in caelis: si autem uideri non uult, nec fuis reputare meritis miraculum, cuius sola dei gratia, quo iudicio nescimus, operatrix est, multi enim ueniunt in illa die dicentes: Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in noie tuo uirtutes multas fecimus: Et respondet eis: Amè dico uobis, nescio uos unde sitis. Res huiusmodi est: Hoc sancto Paschae sabbatho, quo cereo (de cuius quoque praecognitionis superius aliqua diximus) annus ab incarnatione domini mille simus ceterimus undecimus inscriptus est, in ecclesia sancti Laurentii ad praecedentes eius diei matutinos, extinctis de more cunctis luminaribus, dum eo rum ultimam extingueretur, & ad canticum euangelij haec antiphona a domino abbate Berengero imponere tur. Mulieres sedentes ad monumentum, ecce repetè ante pedes illius proiectum cecidit ipsius, quo firmiter substrictus erat, cingulum. Ille solutus esse & sic cecidisse suspicatur, quod tamen mixtum fuisse, quia non delapsum fuerat, neque circum crura pedesq; descenderat, sed ante pedes quasi proiectum (ut dictum est) exiliuerat, inclinauit se, ut tolleret illud rursum sese accingeret. Cumq; manus iniecisset ut illud sibi met circumdaret, nodum, ut erat fortiter astrictus, non credere sibi, ultra quod dici potest admiratus est. Intè denti & secum cum stupore magno reputanti, quidnam hoc sibi uellet, ecce uox facta est, & sibilum tanquam aurae tenuis audiuit, dicentem sibi: Sic potuit clauso Christus prodire sepulchro.

Siquidem haec (ut ipse referens testatus est) admiratio mentè eius persepe subibat, quomodo uerè domini corpus, unde ipse nullatenus dubitabat, clauso resurgere monumento, clausis potuit ianuis ingredi ad discipulos. ¶ Mox ergo illi ad memoriam simile illud rediit, quod Augustinus refert in lib. de Ciuitate dei, factum per quandam Petroniam clari simam femina, quae mirabiliter ex magno atq; diutino, in quo medicorum adiutoria cuncta defecerant, dolore sanata est. Haec à quodam Iudaeo dixit sibi fuisse persuasum, ut anulum capillatio uinculo inligeret, quo sub omni ueste ad nuda corporis cingeretur, qui anulus haberet sub gemma lapide in renibus inuentum bouis. Hoc alligato quasi remedio, ad sancti martyris Stephani limina ueniebat. Sed profecta à Carthagine, cum in confinio fluminis Bagradè in sua possessione mansisset, surgens ut iter pageret, ante pedes suos illum iacentem anulum uidit & capillatam zonam, qua fuerat alligatus,

Botrus Chri-
stum defi-
gnat.
Can. 1.
Explorato-
res fidi &
ueraces
appt.
1. Cor. 5.
1. Ioh. 1.
contra ecclia
uerunt.
Ioh. 20.
Num. 19.
Ioh. 20.
Cat. 2.
protestatio
Matt. 5.
Matt. 7.
Miraculi
enarratio.
Laurè. Leo
diensis, ubi
monachus
tunc erat. Ru-
pus hic au-
tor, teste
ritemio.
Simile mi-
raculi ex
August. de
Ciuit. dei li-
bro 22. ca. 8.

gatus, mirata tentauit. Quam cum omnino suis nodis firmis sicut erat, comperisset astrictam, crepuisse atq; exiliuisse suspicata est. Qui etiam ipse cum integerrimus fuisset inuentus, future salutis quodammodo pignus de tanto miraculo se accepisse presumpsit, atq; illud uinculum soluens, simul cum eodem anulo proiecit in flumen. Non credant hoc, inquit idè Augustinus, quae etiam dominum Iesum per integra uirginalia matris enixum, & ad discipulos clausis ostis fuisse ingressum non credunt.

¶ Comparantur nunc duo haec tam insignia diuinae pietatis miracula, recens hoc quod hominem cingulum renem eius firmiter obstrictum & in dissolutum transit & exiliuit & illud antiquis, quod dè zonae inuentus nodo integro persistente erupit anulus. Nescio quid mirer amplius, nisi quod hic pariter, ut supra dictum est, uox diuinitus audita est:

Sic potuit clauso Christus prodire sepulchro.
¶ Hoc igitur ubi accipi, mane quippe, ubi primū loquendi copia fuit, duobus tantum fratribus quorum unus exiit, attonitus adhuc frater ille rem gestam retulit, obnixè postulas, ut creditum nobis secretum nunquam cum suo nomine proderemus: ubi, inquam, hoc accipi, tanquam meis maxime oblatum à deo uisus miraculum, letus arripui. Siquidem eadem nocte & eandem paululum ante horam, qua illud accidit, supra dictam similitudinem ruminare coeperam, scilicet quod hi qui fidei resurrectionis detrahunt, & ideo non ueram carnis naturam credunt resurrectionem, quia dominus clauso sepulchro surrexit, uel quia clausis ad discipulos ingressus est ianuis, similes sunt illis, qui terrae quam inspexerant, detrahunt apud filios Israèl dicentes, terra quam iustrauimus, deuorat habitatores suos. ¶ Non igitur importune longior nunc trahit sermo de resurrectionis gloria, cui incepto materiam adaugent caelestia, quae sese ultero offerunt, miracula. Nam poterat quidem, etiam si ista deessent, Christiana fides comprehendere sapienter in astutia eorum: qui dum credere fugiunt, clausis ianuis uerū potuisse corpus ingredi, quod supra naturam est, illud declinant iudicium, ut dicant illud uentis & aere subtilius effectum, quod contra naturam est. Non solum enim nihil sese adiuuant, sed & magis implicant, dum defendendo naturam ab eo quod supra est, ad id deuoluunt quod contra illam est. Verū miraculum, sed hoc ut dictum est supra naturam, illud quod haeretici suspicant sunt, scilicet impalpabile de palpabili corpus factum esse, maius quidem, sed inutile & contra naturam miraculum est. Quid enim maluerit diuinitas, utrum id quod contra naturam, an id quod supra naturam est, in Psalmo euidenter ostendit, dicens: Posuisti super me manum tuam. At nunc ponendo exempla supradicta, quod uerum corpus hominis, uerè cinguli sui corpore, i. zonam certum modo firmiter obstrictam excessit, olimque nodum irresolutum anulus exiliuit, proponit diuinitas: Sic potuit clauso Christus prodire sepulchro. Assumit ratio: Sed illa supra naturam facta sunt. Concludit fides supra naturam: Ergo uerum Christi corpus clauso prodire sepulchro, clausis potuit ianuis introire ad discipulos. ¶ Et hoc uere deum decuit, uidelicet sua taliter uti potentia, ut quam adificauerat naturam, non destrueret, sed eandem permanentem, imò perfectam, quod uellet & unde, traduceret uel educeret, quod qui non concedit, superest ut minus illud concedat, quod corruptibiles ac mortales adhuc apostolice educi sint, quomodo in Actibus apostolorum scriptum est: Carcerem quidem adhuc clausum inuenimus cum omni diligentia, & custodes stantes ante ianuas: apertientes autem carcerem, ne minime intus inuenimus. Superest ut istos quoque qui necdum resurrexerant, in uentos & aera subtilem, quo per patentem rimas efflari possent, euauisse asserant, siquidem sacram reparari sunt scripturam. Quam qui non recipiunt, nec audiendi, sed ut infideles omnino uitandi sunt. ¶ Nobis credentibus illud pro argumento sufficit, quia de nihilo deus cuncta creauit, & cuncta quae si nihilum & inane reputata sunt ei ad agendum quicquid uoluerit, ad trahendum quoque iam quocunque uoluerit. Mirumque hoc potius esset, si ita non posset, quam nemo fere tam imperitiosus artifex sit, ut quod composuit, penetrare ipse uel aperire non possit. At ille quum uoluit, aperta est terra & deglutiuit Dathan, statimque ora concludens operuit super congregati onem Abiron, qui principes seditionis exiterunt, promissionibus dei detrahentes, & cum subannatione dicentes: Reuera induxisti nos in terram, quae fluit riuus lactis & mellis. Quorum exemplum cauere debuerant hi, qui resurrectionis fidem (ut supradictum est) detrahere ausi sunt, quomodo & ipsi ex illis sunt, quibus iurauit (inquit dominus) in ira mea, si introibunt in requiem meam, nullus eorum introibit in haereditatem credentibus promissam. Iurauit enim illis in ira sua, iacessitius eorum nequitia.

Cur haec Paschalis sacra solennitas octauas habeat, cum ipsa sit octaua. i. octauam mundaetate respiciat, quae est uniuersalis resurrectio. Caput V.

Am de reliquis Paschalis hebdomadae officij locuturus, opportunum esse arbitror, de ipsis Paschae octauis communiter aliqua praeloqui. Quae etiam potest, cur cum haec sacra solennitas octauam illam significet, ut superius dictum est, quae septem laboribus huius mundi aetatibus, aeterna stabiliusque succedet, ipsa quoque octauas habeat. ¶ Nam de ce-

miraculum
huc pro-
posito
contra ha-
reticos.
Cōfutatio
haereticorū
per hoc mi-
raculum.
1. Cor. 1.
p. Gal. 18.
Apti dicitur
nois clau-
sis, carcerē
exierunt.
Actu. 5.
Oia creata
deo ad nu-
mū obediunt.
Num. 16.
Psal. 94.

Octavae ceterarum solle
nitatum.
R. 8 octavae
Paschalis.
en. 17.
Mat. 5.
Sap. 11.
In musicis
octava eadē
cum prima.
Psal. 6. 107.
Mat. 11.
Septē uocū
discrimina
quid de si-
gnā.
Septē spūs
dñi, tanq̄ se-
ptē gradus
ad cogniti-
onē dei.
1. Cor. 13.
Psal. 110.
Hebdoma-
da pascha-
lis scdm se-
ptē spūs
dñi.

de ceteris solennitatibus illud fere omnibus notum est, quod idcirco octavas habeant, quia primum
pium iam illis adesse, finemque, i. consummationem felicitatis in resurrectione futuram esse pariter
considerantes, iure in octavam usque celebritatis perducimus lætitiā. Hæc autem solennitas,
quia resurrectionis est, ipsam totā respicit octavā, & celebritas eius ultra dies octo, i. usque Pen-
tecosten protrahitur. Cur ergo & ipsa octavas habeat, merito quaeritur. ¶ Sciēdum itaque est,
quia resurrectio nostra, quam expectātes iam nunc huius solennitatis occursum præoccupan-
do celebramus, uera & perfecta erit circuncisio, significata per illam, quæ in ueteri lege carna-
li Israël mandata est, octauæ diei circuncisionē. Huius autem ueræ circuncisionis, octo (ut ait Hier-
onimus) beatitudines sunt. ¶ Considera, inquit, quia ueræ circuncisionis octaua beatitu-
do martyrio terminetur. Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiā, quoniam ipsorum est
regnum cælorum. Veram ergo circuncisionē resurrectionis recte solennibus octo diebus cele-
bramus officijs, quā dominus ipse, ut magnificam esse ostēderet, tanq̄ plenum & solidum cor-
pus, longo, lato atq; alto permenus est octonario beatitudinū numero commendans, quod eius-
modi est apud geometras, ut plenum & solidum corpus primus perficiat. Nostris enim nume-
ris illi uti familiare est, imò suis, cui ueraciter dictum est: Omnia in numero & mensura & pon-
dere posuisti. ¶ Verūtamen quoniam non adeo geometricas traditiones, sed potius æterni mu-
fici dei cantiones in scriptura sacra cognoscere operæ pretiū est, qui & citharam se habere in-
dicat, cui dicit in psalmo: Exurge gloria mea, exurge psalteriū & cithara, cantilenam eiusdē ci-
tharæ, imò citharam ipsam, in his octo beatitudinū sententijs tanquā octo chordis, quæ inte-
gram reddunt diapason, consideremus. Et hoc placeat uel maxime musicis, quia cū (sicut tra-
dunt musicæ artis (criptores) citharas antiquitus octo per diapason chordis fieri mos fuerit,
musicus celestis deus, hanc illis in cithara sua, i. in ea quā assumptis humanitate, de carnis no-
stræ sylua similitudinem repræsentat, dum æternæ lætitiæ cātilenam per integrā diapason, id
est, per octo beatitudinū chordas modulans, scitōs pueros ad saltandū, i. dociles discipulos ad
bene operādum excitat. ¶ Illud quippe fidei nostræ notissimum est, quia citharæ huic de se-
ptem uocum discriminitibus nihil deest. Quid enim sunt septē spūs dei, quibus dominicus ho-
mo, re quætionis locus unicus est, nisi septem uocum spūalium discrimina, quibus omnis eius-
dem domini nostri contextitur doctrina: illud quoque prætereundum non est, quod sicut uocum
nō nisi septem sunt discrimina, & idcirco in diapason octaua semper eadem est quæ & prima,
sic secundum spiritus sancti septem munerum nobis cithara hæc, octo chordis, id est, octo
beatitudinibus celestem diapason personat, octaua beatitudo eadem est, quæ & prima, quon-
iam ipsorum est regnum cælorum.

¶ Quod ne nullius autoris patrocinio fultum, forte ulli contemptibile uideatur, beati Au-
gustini non longe dissimilem super eisdem dei spiritibus, eisdemque beatitudinibus sententiā
habemus. Ille namque septem gradus, quibus ad diuinā contemplationē possit ascendi, in libro
de doctrina Christiana distinguēs, septē spiritibus dei, septem supra dictas beatitudines hoc
modo coarctat, octauam nunc interim omittens, quoniam ipsa eadem est quæ prima. De spiri-
tu timoris domini, timor (inquit) iste cogitationem de nostra mortalitate, & de futura morte
necesse est incutiat, & quasi clauatis carbonibus omnes superbiæ motus ligno crucis affigēs,
pauperes spiritu, id est, humiles efficiat. De spiritu autem pietatis, deinde (inquit) opus est mi-
tescere pietate, neque contradicere diuinæ scripturæ siue intellectæ, cum uita nostra percutit,
siue non intellectæ, quasi nos aliquid melius possimus sapere. De spiritu uero scientiæ, tunc il-
le timor (inquit) quo cogitat de iudicio dei, & illa pietas qua non potest nisi credere sanctorū
librorum autoritati, cogit eum se ipsum lugere. Nam ista scientia bonæ spei hominem, non ia-
ctantem, sed lamentantem facit. De spiritu fortitudinis, hoc (inquit) affectu impetrat, sedulis
precibus consolationem diuini adiutorij, ne desperatione frangatur, & esse incipit in quarto
gradu, hoc est, fortitudinis, quo eluritur & fitur iustitia, & ab omni mortifera iucunditate re-
rum transeuntium fortiter sese auertens animus, extrahit. De spiritu cōsiliij, ubi (inquit) aspe-
xerit quantum potest, in longinqua radiantem incommutabilem trinitatem, eandemque uni-
tatem, suiq; aspectu infirmitate sustinere se illam lucem non posse perferri, in quinto gra-
du, hoc est, in consilio misericordie purgat animam tumultuantem, sed in dilectione proximi
gnauiter exercens, in ea perficitur. De spiritu intellectus, cum (inquit) hoc modo peruenit
ad inimici dilectionem, ascendit in sextum gradum, ubi iam ipsum purgat oculum, quo uide-
ri deus potest, quantum potest ab his qui huic seculo moriuntur, uidelicet per speculū & in cōi-
gnate. De spū sapientiæ, ita (inquit) purgans oculum cordis, talis filius ascendit ad sapientiā
quæ septima est, qua pacatus tranquillusque perfruitur. Initium sapientiæ timor domini. Ab il-
lo em̄ usque ad ipsam per hos gradus tenditur & unitur.

¶ Sed nos iam ad rationes officiorum cōsiderationem uertamus, & cum tanti doctoris auto-
ritate eadē officia, quæ octo beatitudines mystice prædicāt, à gradibus uel ordine donorum
spūsancti non dissonare firmemus. A deo namque in his paschalis presentis hebdomadæ offi-
cijs

ejus, illa octo beatitudinum consonantia obseruata est, ut sensibus uel ordini sententiarum quibus
illas dominus beatitudines contexit, sensus & ordo officiorum, si diligenter examinaretur,
consonare probetur. Hoc autem superius in officio primi diei non dictum, sed usque adhuc op-
portune referatur est, uidelicet quia longa interiectio nouarum cōsuetudinum, de quibus di-
cendum uidebatur, lectoris memoriam fatigare, uel etiam fraudare poterat. Nūc ergo ubi ra-
tiones officiorum Paschaliū continuādæ sunt, cōpetentius dicet quod illic est tacitum.

Iterum de officio primi diei dominicæ resurrectionis, quod & cætera huius he-
bdomadæ officia secundum octo beatitudinum, & secundum pene
totidem donorum spiritus sancti ordinata sunt ascensio
nes. Beati pauperes spiritu. Caput VI.

Officium primi diei dominicæ resurrectionis superius dictum est, ad uniuersalis spe-
ctare diem nostræ resurrectionis, idque planis & sponte occurrentibus comprobati
est argumentis, maxime offerenda manifeste concurrere rationi: Terra tremuit &
quieuit dum resurrexerit in iudicio deus. Hoc procul dubio Christianæ fidei militi-
am ingressos, pauperes spiritu (id est, humiles) exigit fieri, considerantes quia timor magnus
& tremor erit, quando dicit patri rex & iudex omnium, Resurrexi & adhuc tecum sum, in su-
gillationem inimicorum suorum, qui dixerunt, Quando morietur & peribit nōm̄ eius: eo quod
nesciat quisque nostrum, quis ad dexteram, quis tunc statuetur ad sinistram. Quamuis epu-
lesmur in azymis, & immolatus Christus Pascha nostrum sit, quāuis carnes agni pretiosæ sint,
lactucæ agrestes cum quibus comedimus, ualde amaræ sunt, & canes propter quos baculos
tenentes in manibus & festinantes comedimus, tota nocte formidandi sunt. Atque hic est spū-
ritus timoris domini, qui in fundo cordis ut fundamentum ponitur, quo cætera quæ superedi-
ficanda sunt, firmiter portentur. ¶ Hæc illa paupertas, id est, regina humilitas, quæ totius fe-
licituræ beatitudinis cumulum, ne superbiæ uento exuffletur, præposita seruat. ¶ Hic est se-
ptem graduum primus, per quos iuxta Ezechielem ad portam orientalem ascenditur. Et ne
quem moueat quod aliter à doctoribus quā à propheta gradus isti ordinentur. Spūs namque timo-
ris, quæ primum ponimus, ab Esaia ponitur ultimus, Gregorij sententia ponenda est: Prophe-
ta, inquit, quia de cælestibus ad ima loquebatur, cœpit magis à sapientia, & descendit ad timo-
rem. Sed nos, quæ de terrenis ad cælestia tendimus, eosdē gradus ascendendo numeremus, ut
à timore ad sapientiā peruenire ualeamus. Sed ut ad superiora reuertamur, quid aliud in co-
dem officio per hoc significatur, quod sedit iuuentus in dextris cooptus stola candida, nisi quod beati
pauperes spū, à timore dñi ascendentes, regnum cælorum obtinebunt, & ex ipsis collecta assi-
stet regina à dextris eius in uestitu deaurato.

¶ Quod præter superius memoratas causas, statio ad sanctam Mariā etiam secundū hæc
conueniat, esse abundantius est per conquisita probare argumenta. Omnes enim illam humilium
nouimus esse reginam, cuius anima dominum magnificās, cuius spiritus in deo salutaris suo ex-
ultans causam reddit, quia respexit (inquit) humilitatem ancillæ suæ, quia dispersit super-
bos mente cordis sui, quia deposuit potentes & exaltauit humiles. Vere atque fideliter. ¶ Nam
posuit super eos orbem, ubi enim habemus in cantico Annæ, Domini enim sunt cardines ter-
ræ, & posuit super eos orbem, in Hebræo ita habemus: Domini enim sunt afflicti terræ. Affli-
ctos terræ, Hebræi (inquit Hieronymus) pauperes spiritu & humiles corde intelligūt, super
quos dominum orbem posuisse dicunt, quia terram meritis eorum stare autumant. Nos autē
super fundamentum humilium apostolorum & prophetarum, orbem, id est, ecclesiam noui-
mus esse positam, & scimus quia lapis ille, qui factus mons magnus, hunc implet orbem & sus-
tinet, & de uentre humilitatis Mariæ (de qua loquimur) assumptus est. Et nunc qui dem offi-
cium primi diei recapitulauimus, ob continuandas (ut dictum est) octo beatitudines, de in-
ceps, ut earum mystica series euidentius pateat, dabimus operam, singula iuxta positum,
percurrendo officia.

De officio secundæ feriæ. Beati mites. Caput VII.

Iam sepe dictum est, euangelium cuiusque officij caput esse, cæterasque partes illi, ut mēbra
capiti, concorditer sensu coherere. ¶ Est autem diei præsentis hoc euangelij, quod duo ex
discipulis domini Iesu, euntes in castellum nomine Emaus, ostensum sibi dominum in
uia, sed in alia effugie, tandem cognouerunt in fractione panis, & cum ipse euauisset ex
oculis eorum, illi ad inuicem dixerunt: Nōne cor nostrū ardens erat in nobis de Iesu, dum loque-
retur in uia, & aperiret nobis scripturas? ¶ Primum ergo uidendum de cæteris partibus offi-
cij, quomodo huic euāgelio consonent, & maxime de introitu, Introduxit uos dñs in terram
fluentem lac & mel &c. & tunc palam erit, quod beatitudinum secundæ torum officium consoner
sententiæ. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. ¶ Et quod difficile hoc esset, nisi cōpū-
ctionem lachrymosam, qua isti cor suū arsisse dixerunt, doctores nominati ante nos terrā agri
irriguam appellauissent. Et recte, quæ cōpūctione lachrymas excitante, fidelis anima tanquā

Prima dies
paschæ re-
fert. spū
timor
dñi.
Psal. 75.
Psal. 138. 40
1. Cor. 5.
Exo. 12.
Primus gra-
dus ascēdē
di est humi-
litas.
Ezec. 40.
Esa. 11.
Mar. 16.
Psal. 44.
Statio ad s.
Mariā q̄ spe-
culū est hu-
militatis.
Luc. 1.
1. Reg. 2.
Ephē. 2.
Dan. 2.
Euangelij.
Luc. 24.
Introitus.
Spūs pieta-
tis.

Pfal. 41. bono terræ suæ frumento refecta, dicit: Fuerunt mihi lachryme meæ panes die ac nocte. Huic animæ beatus Gregorius Axam filiam Caleph eleganter assimilat, quæ sedens a fino, cum spirasset, dixisset ei pater suus, Quid habes? Ecce, inquit, terram arenam dedisti mihi, da & irriguum aquis. Dedit ei pater suus irriguum superius & irriguum inferius. Omnis enim, inquit, fidelis anima sedens, animo, i. carnis suæ motibus presidens, prius timore compungitur, quod est irriguum inferius: post amore, quod est irriguum superius; & quæ prius flebat, ne duceretur ad supplicia, postmodum amarissime flere incipit, quia differtur à regno. ¶ Et cõpenter similitudo hæc sese obtulit, quæ cū in singulis electorum perficiatur inuisibiliter, in his duobus de quibus loquimur, uisibiliter quoque peracta est. Cum enim ambulantes secum tristes colloquerentur de his quæ acciderant, quod aliud quam anima eorum uelut Axa sedens a fino suspirabat: Et cum Iesus accedens & iungens se in uia, qui sunt hi sermones, inquit, quos cõfertis ad inuicem ambulantes & estis tristes, quo dissimile est ei quod Caleph suspiranti dixit filiæ, Quid habes? Nam & ipsum nomen Caleph, domino Christo congruit. Interpretatur enim, quasi cor, Verbum autem dei Christus deus, de corde patris eructatus est, & paterno cordi, quo eructatum est, per omnia simile est. Sed & in hoc quasi cor erat idem, in dominus, quod discipulorum cordi sic se conformauit, ut quasi apud semetipsum intus amabat & ambibat, eis foris dominus & presens adesset, & quasi non ostenderet. Cum autem corda eorum tanta charitate ditauit, ut magnitudine diuinitarum eiusdem charitatis attoniti dicerent, Nõne cor nostrum ardens eratin nobis, dum loqueretur nobis in uia, quæ non attendat illum animabus eorum de disse irriguum superius, scilicet ut superni amoris profundo uulnere compungerentur? ¶ Itaque dubium nil remanet, quin euangelio tali hic introitus consonet. Introduxit nos dominus in terram fluentem lac & mel, atqueideo constans & probatum est, secundam huius ferie officio secundam beatitudinis predicari sententiam, Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Mites autem spiritus pietatis efficit, quod & ipsa res indicat, & Augustini sententia superius dicta confirmat. Itaque tam secunda beatitudinis sententia, quam secundus donorum spiritus sancti gradus presentis officii causa materialis habet. ¶ Lectio quoque Augustini apostolorum quæ præmittitur per os Petri apostoli, ex eo maxime loco huic euangelio secundum suam præconisationis officium succinit, ubi ait: Huic omnes prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Cum enim dominus supra dictos increpasset discipulos, quod tardi essent ad credendum, Et incipiens, inquit euangelista, à Moysè & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturas quæ de ipso erant. ¶ Similiter offerenda, Angelus domini descendit de cælo, dictis euangelicis consonat, ubi referentes discipuli domino, quem peregrinam esse arbitrabantur, inter cætera dicunt: Sed & mulieres quædam de nostris terruerunt nos, quæ diluculo fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, uenerunt dicentes, se etiam uisionem uidisse angelorum, qui dicunt eum uiuere. ¶ Alleluia, Nõne cor nostrum, futurum nobis illud in clamat, quod omnes quorum cor nunc ardens est de Iesu in uia, dum loquitur nobis per scripturas, cum illum cognouerimus in fractione panis, de quo dictum est, Beatus qui manducabit panem in regno dei, tunc æterna exclamatione eos inuicem commemorabimus desiderium, quod nunc ardemus, nostramque satietatem, quæ nunc plena sine fastidio erit, admirabimur, re ipsa tandem experti, quod nunc suspirantes credimus.

Cur statio ad sanctum Petrum.

¶ Secundum ea quæ dicta sunt, ualde congruit & hoc, quod presenti officio prescripta est statio ad sanctum Petrum. Cui enim pater omnium deus largiori gratia dedit irriguum superius & irriguum inferius, reuocemus ad memoriam quæ circa illum acta sunt, & esse manifestius apparebit. Mox ut trina negatione cecidit, conuersus (inquit euangelista) dominus respexit Petrum, & recordatur est Petrus uerbi domini quod dixerat ei, quia prius gallus canet, ter me negabis, & egressus foras fleuit amare. Tunc uere beatus inter omnes mites cepit possidere terram uero timore compunctus, quod est accepisse irriguum inferius. Quando autem resurrexit dominus, & (sicut in euangelio legimus, & in comunione hac die cantamus) surrexit dominus & apparuit Petro, quod putamus, quatos intro currenti ad se misericordis, respõdit gemitus, uero amore compunctus, quod est accepisse irriguum superius. Quia ergo & hic compunctus mitibus positus est in exemplum, & beata dei genitrix omnium regina est humilium, recte hodierna statione ad S. Petrum, beatos eius exemplo predicamus mites, quia possidebunt terram. Sicut hesternam statione ad S. Mariam, beatos eius exemplo predicauimus pauperes spiritus, i. humiles, quoniam ipsorum est regnum celorum.

De officio tertie ferie, Beati qui lugent. Caput VIII.

Qualiter tertie ferie officium, tertie consonat supra dictas sententie beatitudinis, nõ citius approbare, nisi supra scriptis suffragatis scripturæ patrociniis sermo sulcietur. Nã constat quodam, quod nulla contrarietas, sed nec ulla fit in sensibus diuersitas, sed in uerbis manifesta dissonantia est. Videlicet in illa sententia tertie beatitudinis, lugentes beatificamur, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. In huius autem officii introitu, aqua sapientie beati uiri

Contrarietas in uerbis, sed nõ in sensibus, Matt. 5.

uiripotati referunt. In offerenda, In tonante de cælo domino & altissimo dante uocem suam, fontes aquarum apparuisse memorantur. In comunione quoque qui cum Christo resurrexerunt, quæ furtum sunt sapere iubentur. Ita totum pene officium diuinum nobis commendat scientiam, nam quam beatorum luctum propriis uocibus denuntians. ¶ Hic igitur necessario beati Augustini, quæ superius inter cætera est, patronam tenemus sententiam. Tunc ille timor (inquit) & illa pietas, qua nõ potest nisi auctoritati sanctorum librorum cedere, cogit eum seipsum lugere. Nã ista sententia bonæ spei hominẽ, nõ se iactantem, sed lamentantem facit. Itaque nos ad tertium illi gradum, considerationem conferamus, & hoc officium, quo scientia dei sub nomine aquarum prædicatur, ad beatitudinem luctum nõ discipulare probemus.

¶ Primo sciendum est, luctum hunc de quo dictum est, Beati qui lugent, non esse mortuorum communi lege naturæ, sed peccatis & uitij mortuorum. Sic Paulus apostolus flet se ac lugere dicit eos, quod post fornicationem & immunditiam non egerunt penitentiam. Lugendi enim sunt, quia non luxerunt. ¶ Hic autem luctus in hodierno comendatur euangelio, dicente domino ad discipulos quibus apparuerat: Quia sic oportuit pati Christum & resurgere à mortuis tertio die, & predicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Penitere enim, pro peccatis lugere est. Sed nec ipsam, quæ luctum hunc efficit, causam hæc eadem euangelij lectio penitus omittit. Cum enim dixisset dominus discipulis suis, Quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me, tunc (inquit euangelista) aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. ¶ Ipsum igitur effectum, i. penitentiam luctum, causamque efficientem, i. scientiam cætera partes prædicant officij. Scripturarum quippe intelligentia, lamentorum siue luctus causa est effectiua, quia sicut nemo fere adeo crudelis & stultus uiator est, ut cum forte per medium occisorum graditur, nõ saltem aliquatulum represso risu & cachinno, subsistat compunctus: sic nemo est qui non aliquanto dolore mordeatur, cū rite intellectus uersatus in scripturis, prophetas, prophetas occisos, dominumque prophetarum crucifixum, omnesque præcones ueritatis ab eo missos, tribulationem passos attendit, quomodo præsentis uitæ gaudium uanitate & deceptionem esse, flendo & moriendo testati sunt. ¶ Intantum autem prædicandæ scientiæ dei, compositio studet huius officij, ut cum uersus omnes gradualis per totam hæc hebdomadam, de uno eodemque psalmo centesimo decimo septimo sumpti sint: hodiernum uersum, Dicant nunc qui redempti sunt à domino, de alio, id est, centesimo sexto psalmo sumi placuerit, quia uidelicet totus psalmus ille, exhortatio est ad omnes fideles, laudare dominum, quod per scientiam sui de quadruplici tentatione nos liberauit, scilicet quia eripuit eos de necessitatibus eorum, id est, de periculo infortunitatis, quia liberauit eos de necessitatibus eorum, id est, à debilitate prauæ consuetudinis, quia liberauit eos à tædio bonæ actionis, quia eduxit eos ab hæreticorum impugnationibus & uersutij, qui prius errabant in solitudine in ina quos, id est, in scititate doctrine, sacrarumque penuria scripturarum. Antequam, sicut in introitu cantamus, aqua sapientie potaret eos, antequam sicut in offerenda canimus, in tonante de cælo domino apparuerunt fontes aquarum, id est, apostoli, per quos altissimus dedit uocem suam, id est, illam de qua nunc loquimur, notam fecit uiarum suarum scientiam, Plane igitur tertie ferie officium, tertiam beatitudinis commendat sententiam, prædicando eam, quæ non iactantes, sed lamentantes faciat, scientiam.

Cur statio ad sanctum Paulum.

¶ Statio ad sanctum Paulum conuenienter huic officio prescripta est, iuxta omnia quæ supra dicta sunt, uel rationabiliter dici possunt. Huic enim singulari gratia dominus aperuit sensum ut intelligeret scripturas, quod paulo ante de cæteris apostolis dictum est. Unde & ipse ait, Euangelium meum, quod euangelizatum est, non est à me, neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Itemque quod in eodem euangelio dictum est, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, maxime per hunc adimpletum est, per quem omnes gentes cognouerunt gratiam dei, & per eum aqua sapientie gentes potare sunt, & maxime per eum luctuosa dei scientia dictis & scriptis apposta est, quod ubi? in epistolis ad Corinthios inueniri potest. Dicit enim his inter quos fornicatio audita fuerat, Et uos inflati estis, & non magis luctum habuistis &c. Item, Contristati (inquit) estis ad penitentiam, contristati estis secundum deum & reliqua. Et intantum ab eis quibus prædicauerat, luctum exigebat, ut si ipsi non lugerent, humiliatum se à deo ipse deplangeret, & non lugentes lugeret, sicut ad eosdem Corinthios, Ne cum uenero, inquit, iterum humiliet me deus apud uos, & lugeam multos qui ante peccauerunt, & non egerunt penitentiam super immunditiam & fornicationem & impudicitiam quam gesserunt. ¶ Hinc & beatus Iob, cum de scientia quam habuerat priusquam sibi dominus de turbine loqueretur, dixisset, Audiri auris audiui te, & de augmento eiusdem scientiæ, quod accepit ex colloquutione dei, subiunxisset, Nunc autem oculus meus uidet te, statim multiplicem scientiam causam esse ostendens effectiuam luctusque penitentiam, idcirco (inquit) ipse me reprehendo, & ago penitentiam in fauilla & cinere. ¶ Remoueamus igitur nostram à pachalibus

Ecclesi. 15. Psal. 17. Colo. 2. Spiritus scientie facit hominem lugere seipsum. Duplex luctus. 2. Cor. 12. Luc. 24. Luctus penitentiam. Scientia scripturarum est causa effectiua luctus boni penitentium. Versus gradualis ex psal. 106. Quadruplex tentatio. Psal. 106. Ecclesi. 15. Psal. 17. Paulus maxime scientia & luctu docuit. Gal. 1. Luc. 24. 1. Cor. 5. 2. Cor. 7. 2. Cor. 12. Iob quæ scientiam luctumque docet. Iob. 42.

Exo. 16. dñs ineptam lætitiā, neq; carnes agni comedamus absq; lactucis agrestitibus, quia beati q̄i lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

De officio quartę ferię, beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā. Caput IX.

Officium quartę ferię, qualiter quartę beatitudinum sententię consonet, approbare operofum non est. Verum illud potius quærendum est, qualiter quarta hæc beatitudo, qua dictū est, beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quarto gradu gratiā sp̄s sancti i. i. fortitudini congruat, nisi ex supradictis Augustini uerbis cōsideret, fortitudinis esse, eoufq; ab om̄i mortifera iucunditate reę transcuntium animū enelle re, ut uacer illi iustitiā esurire ac sitire. Hoc aut̄ quod præmissum est, scilicet præsentis officii, quartę beatitudinis esse præconiū, perspicue patet, q̄a per conuiniū illud, q̄d secundum hodiernum euangelium dñs noster post resurrectionē cum septem discipulis celebravit, illa saturitas (ut beatus Gregorius exponit) significata est, quæ hic esuriens & sitiens iustitiā in illo æterno conuuiuo reposita est. Restat igitur hoc solū, ut præeunte mystico sensu euangelij, uideamus qualiter illud cæterę consequantur partes officii.

Euangelij. Iobā. 21. Rom. 6. ¶ Veridica doctorum expositione traditum nobis est, hoc quod dominus noster post resurrectionem suam, discipulis in mari laborantibus, stetit in littore, illud innuere, quod ipse resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, ac si rebus ipsis loquatur in æternitatis soliditate stabilitus: iam uobis in mari non apparet, quia uobiscum in perturbationū fluctibus non sum.

Mystic⁹ sensus euangeliij. ¶ Quod dicitur mansit in littore, discipulis nescientibus quia dominus est, Mittite, inquit, in dextram nauigij rete & inuenietis, illud significat, q̄ mane, i. in die iudicij, transacta præsentis nocte seculi, omnes electos suos uniuersali resurrectione ad dextrā suam congregabit. Magni etenim pisces & numerati omnes centum quinquagintatres, omnes electos significant, qui meritis magni, & sanctę trinitatis fide perfecti, tunc ad littus uenturi, id est, in finem seculi, sunt colligendi. Ibi septem discipulos ad conuiniū inuitat, quia perfecta ecclesia, iamq; tota septiformi spiritu constructa, tunc receptis corporibus ad æternas cum illo discumbent epulas.

Introitus. Matt. 15. ¶ Quid ergo sibi uult hoc cātamus in introitu, dictum de die iudicij, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, nisi quia significatur hoc ipsum in euangelio prædicto per illud, quod exeuntibus discipulis ad littus, tantumq; numerum magnorum piscium trahentibus, ait dominus: Venite, prædete, Regnū enim illud unū æternū prædicatum est, una & perpetua cœna est. Illic inuenientur omnes electi, quos hic appellat benedictos patris sui, quib; per illos pisces magnos & numeratos signati sunt.

Piscis positus super prunas. ¶ Illic, inquit, in littore illo, id est, in seculi fine, prunas inuenient & piscem superpositum, piscem (inquam) assum, id est, Christum deum & hominem passum, tunc in ignem non passionis, sed amoris positum, de quo amore loquitur Esaias: Dicit dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusalem, quia uide licet ignis amoris, qui in Sion, id est, in præsentis ecclesia, nunc est aliquantulum, tunc in Hierusalem, id est, in illa uisione pacis æterna perpetuus & inextinguibilis erit caminus. Inuenient & panem positum, id est, ueram uitę æternę alimoniam, deum, qui angelorum cibus est, quos pascit immortaliter.

Epistola. Act. 3. ¶ Epistola de actibus apostolorum sumpta, de beati Petri apostoli prædicatione, more suo, cum testimonio secuturi præcurrit euangelij, illum maxime locum contingens, quod dicitur: Ascēdit autem Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus. Iam enim credo, inquit Gregorius, quod uestra charitas aduertit, quid est quod Petrus rete ad terram trahit. Ipsi enim sancta ecclesia commissa est, ipsi specialiter dicitur: Pisce oues meas. Hoc agit uerbis, hoc agit epistolis, hoc (ut ad inceptum redeam) illo sermone secundo egit, de q̄ prædicta lectio Actū apostolorum sumpta est, quo milia quęq; uirorum rebus fidei conclusa sunt.

Graduale. Psal. 117. ¶ Versus gradualis, Dextera domini fecit uirtutem, pulchre ad hoc concinit, quod ait, Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Altus quoq; inuentibus liquet, quia congrua uox est ipsius dominici hominis in littore stantis, ut supra dictum est, & omnes mortalitatis nostre fluctuationes egressi per potentiam resurrectionis. Dextera, inquit, domini fecit uirtutem, id est, potētia uerbi mihi uniti fecit me uincere mortem, dextera domini exaltauit me, id est, laudabilem fecit me. Iterumq; repetens, Dextera, inquit, domini fecit uirtutem, ut ostendat eiusdem resurrectionis qualitatem, scilicet æternam, sicut sequitur in eodem Psalmo: Non moriar, sed uiuam.

Dextera dñi. ¶ Iuxta quem sensum cātamus cum Apostolo in Alleluia, in communionē Christum resurgens ex mortuis. Offerenda, Portas cœli aperuit dominus & c. ¶ Tertio nobis inculcat & replicat, quid ille panis significet, quem piscatores nostri cum copiosa multitudine magnorum piscium ad terram egressi, cū asso pisce inuenerunt, & ad prandium uocati sunt. Scilicet ille idem panis, in illa est nobis patria repositus, quē nunc in uia gustamus, ut uideamus quoniam dominus, quem in sacramēto altaris sumimus. Aperuit enim dominus portas cœli, & hūc panem pluit nobis, portas (inquam) cœli, i. prophetas qui prædixerunt, angelos qui annuntiauerunt, Mariam quæ cōcepit & peperit, apostolos & doctores alios, q̄ prædicando dei uerbū immiserunt in in ora animarū nostrarū, euentū & suā inopiam

am anhelantium, ut gustaremus & agnosceremus, & ad patriam, ubi panis huius plenitudo est, tendentes, in uia non deficeremus.

Cur statio ad S. Laurentium. Caput X.

Beatus Laurentius & bene notus de magnis illis piscibus, piscis magnus, idemq; S. Laurentius afflus, cuius afflatura suauiter in tota Christi fragrat ecclesia, in illa longa morte, in illis tormentis, quia bene manducauerat & bene biberat, inquit Augustinus, tanq̄ illa esca saginatus, & illo calice ebrius, tormenta non sensit, ibi enim erat qui dixit: Spūs est qui uiuificat. Caro enim ardebat, sed spiritus animam uegetabat. Non cessit, & in regnum glorie celsit. Idcirco de cunctis eiusdem piscibus, quos Simon Petrus ad terram trahit, conuenienter hic unus electus est, cuius magnitudinem hodierna statio spectandam nobis demonstraret. ¶ In hoc enim Christianę fidei fortissimo propugnatore maxime clarēt illud, quod superius cū scripturę autoritate monstratum est, quartam beatitudinem, q̄d est esurire & sitire iustitiā, quarto gradu congruere donorum spiritus sancti, id est, spiritui fortitudinis, quia martyr insignis esuriens in fortitudine, & fortis in esurie, ad eo primo gustu panis illius saginatus est, ut tormentum non sentiret, q̄ & (sicut ait Augustinus) præeuntem Sixtum episcopum sequi sitiens, accepit oraculum, uicit diabolus, peruenit ad triumphum.

De officio quartę ferię, beati misericordes. Caput XI.

Qualiter officium quartę ferię, quartę beatitudinum congruat sententię, qua dictum est, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cōsequuntur, promptum erit agnoscere, proposito prius mystico sensu lectionis euangelicę, Marię Magdalene, quę fuerat in ciuitate peccatrix, quæ quæ amando ueritatem, lauit lachrymis maculas cri minis, ecclesię de gentibus tyrum gessit: quæ agnita ueritate turbas errorum, quibus profuturata fuerat, deferens, ad fontem gratię lauanda cucurrit, & uox ueritatis impletur, dicens: Dirisita sunt ei peccata multa, Iudaico inuidente populo, cuius in tyrum Phariseus ille misericordię fontē reprehendebat, dicens: Hic fidei propheta, sciret utiq; quæ & qualis esset que tetigit eum, quia peccatrix est. Hæc eadem mulier, sicut in hodierno legimus euangelio, stabat ad monumentum foris plorans: & post allocationem angelorū conuersa retrorsum, uidet Iesum: & ipsa prius ab illo uocata nomine suo, uocat eum & ipsa magistrum & c. In his quoq; tyrum gerit eiusdem ecclesię. ¶ Sic enim ecclesia de gentibus foris stabat, quia legis & prophetarum scientiam non introierat, & tamen dominum quærebat, sicut ille beatissimus cetero Cornelius, uel sicut ille Aethiops eunuch⁹ qui uenerat adorare in Hierusalem, & reuertebatur legens Esaiam prophetā, cuius aditum ad intelligendum inuenire non poterat. Sic & multitudine gentium deum quæretes foris stabant, quia per que ad ueritatis notitiā ingrederentur, non inueniebant: futurę erat, sed non ante domini ascensionē, ut illis ueritas illuciferet, & fidem suam apostolis indicare, consentientes Christū ascendisse ad deum patrem suū, i. æqualem illi esse deo patri secundum diuinitatē, quo minor est secundū humanitatē. ¶ Propter quod Maria rix uolentē pedes eius tenere, Noli, inquit, me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meū. Vade autem ad fratres meos & dic eis: Ascendo ad patrem meum & c. Ac si ecclesię de gentibus quærenti eum, sicut supra dictum est, & sicut ante passionē eius legimus euangelio, quę fuisse eū, dicens Philippo: Domine, uolumus Iesum uidere, dicat ipse: Nolite nunc me tenere, sed post quā ascendero ad patrem, ipsam ascensionē meam credere uos, apostolis meis ostendite, qui fratres mei sunt, i. per me idem quod ego uobis cōferre poterūt. ¶ Itaq; diei præsentis euangelij beatitudini illi consonat, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Nam in Osee eadē ecclesia dominus dicit: Vocabo nō plebem meam, plebē meam & nō misericordiam cōsecutam, misericordiam cōsecutam. Et recte quinta hæc beatitudo, in dō beatitudinis causa, quod est miseriam cordem esse secundum Augustinum, sicut supra dictum est, quinto sursum gradu confertur donorum spiritus sancti, id est, spiritui consilij: quia sicut consilij regit animum, sic supra dictam mulierem misericordia & compassio, qua compungebatur, plorans ad monumentum, iuuit, ut prima uideret dominum, sic & Cornelium opera misericordię, id est, elemosinę, quas faciebat, ut indice angelo perueniret ad dominum, in dō sic omnium quærentium deum, misericordię cōsiliū purgat oculum. ¶ Sed iam officij membra cetera, capiti suo, scilicet sensui coaptemus euangelico. Primum pene idem in eunucho miramur apparere mysterium, de quo narrat præcurrens lectio Actuum apostolorū. Nam quod in euangelio significatur per peccatricem, in epistola narratur cceptū agi per Aethiopem. ¶ Verę enim iustificandę peccatrix significabat ecclesię. Illa peccatricis nomine, ista Aethiopia nigræ dicitur. Ibi peccatrix dominū quærens, ipsos apostolos superabat amore, hic Aethiopia præueniebat domino deo manus dare. Illa quasi mortuum dominū plorabat, hic in Esaię prophetiam passionis domini compatiendo legebat. Illi tenebrę erant ad monumentum, huic de tenebrę lucerna scientiæ ad intelligendum. Illa uidens dominum non agnoscebat, hic de illo legens comparationem ouis & agni, de quo diceretur, nesciebat. Ad summum, illius aperti sunt oculi.

li & os, ut diceret Rabboni. Huic, ut magisterio veritatis consentiens, predicante Philippo, diceret, Quis me prohibet baptizari? ¶ Iste est mutus per Mariam significatus, & in eunucho tanquam in primitiis assumptus est, iste inquam est mutus gentium populus, & isti sunt in fantes, scilicet idololatrae, deum loqui nescientes, de quibus in introitu cantamus: Victicem manum tuam domine laudauerunt pariter, quia sapientia aperuit os muti, & linguas infantium fecit disertas. Quam ob causam laudauerunt. Videlicet, quia sicut in eodem libro Sapientiae prae-missum est, inimicos eorum operuit mare, scilicet baptismi, & ab altitudine inferorum educi sunt, quia per baptismum resurrectione prima, quae est animae, resurrexerunt. ¶ Haec ita esse, manifestus ex subsequeute collecta comprobatur: Deus, qui diuersitatem gentium in confessione tui nominis adunasti, da ut renatis fonte baptismi, una sit fides mentium & pietas actionum. ¶ Versus quoque gradualis in eo congruit quod ait, Dominus deus & illuxit nobis, quia Mariae quarenti uiuentem cum mortuis, tenebrae erant ad monumentum, per quas significabatur ignorantia dei in cordibus gentium, quae & manifestius expressa est per gentilem atque Aethiopem eunuchum. ¶ Nec aliud alleluia melius secundum huc congruit sensum, quam Surrexit Christus & illuxit populo suo. ¶ Dies ille solennitatis nostrae, de quo in offerenda canimus, In die solennitatis uestrae dicit dominus &c, dies magnus, dies preclarus, Christus est, dies de die, lumen de lumine, in quo exiimus de terra Aegypti, id est, de tenebris, quas illae tenebrae significauerunt, quae erant Mariae ad monumentum, siue supra dicit Aethiopia nigredo eunuchi. ¶ Dies, inquam, cuius in lumine gradiendo, tendimus ad terram, quae uere lacte & melle fluit, quia praesens illic est deus & homo Christus, semper ex diuinitate & humanitate suauis angelis, & hominibus dulcis, semper praesens, semper desiderabilis. Hic nobis extunc illuxit, ex quo nobis ad patrem ascendit, id est, ex quo illum agnouimus & credidimus ac qualem patri. Eius ergo uirtutes recte in comunione annuntiare iubemur, nos populus ac quificationis, quia secundum ea quae dicta sunt, de malis & profundis tenebris uocauit nos in admirabile lumen suum.

Cur statio ad sanctos apostolos. Caput XII.

Statio ad sanctos apostolos perspicue supradicto congruit mysterio, per apostolorum enim factum est ministerium, quod os muti apertum est, quod lingua infantium dixerat sunt, quod Aethiops horridus agnelli candido uellere uestitus est, quod peccatrix quaelibet anima foramen crucis inuenit in maxilla Leuiathan, per quod effugies, crucifixam non iam in monumento, sed in caelo quarens inuenit misericordiam. Propter quod eisdem apostolos, in euangelio supradicto uocat dominus fratres suos, quia studij siliorum actum est, ut eo nihil minus habeat gentium ecclesia, quod eam dominus sua corpora li non illustrauit praesentia.

¶ sed & Philippus, qui supra dictum fidei candore uestiuit Aethiopem, nomine suo sanctos mystice signat apostolos. Philippus enim interpretatur os lampadis. Lampas autem, id est, lux, mundi saluator est, sicut Esaias dicit de illo: Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediarur ut spem dor iustus eius, & saluator eius ut lampas accendatur. ¶ Cuius os, apostoli uel qui praedicatores sancti recte dicuntur, quia uerum a falso separant, sicut alibi dicitur: Si separaueris pretiosum a uili, os meum eris. Philippus ergo sanctos (ut dictum est) suo nomine signat apostolos, qui usque hodie scriptis suis Aethiopias candidae non desinunt animas: insuper & redarguunt synagogam murmurantem contra dominum, propter gentium ecclesiam, sicut quondam Maria murmurauit contra Moysen, propter uxorem eius Aethiopsiam.

De officio sextae feriae, Beati mundo corde. Caput XIII.

Officium sextae feriae patenter respondet beatitudinum sextae sententiae: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Agit enim de felicitate transmigrantiu, scilicet omnium qui de uetustate carnis ad nouitatem spiritus transmigrantes, mundo cordis oculo, per longum desiderium gloriam fumumque trinitatis tandem uisuri sunt. Eorum namque in typum patris nostri apostoli euocati, abierunt in Galilaeam, in montem ubi constituit illis Iesus, sicut hodiernum refert euangelium, & uidentes eum adorauerunt, simulque mandatum acceperunt, qualiter omnia uasa, quae forti a malo fortior ipse superueniens abtulerat, emundarent, dicente domino: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. ¶ Illud nemo qui dubitet, quod cum dixerit, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, per munditiam cordis obtineri intellectum, ac per hoc supradictam Augustini in hoc quoque constare sententiam, sextam beatitudinis sententiam sexto gradui donorum spiritus sancti sursum uersus congruere, id est, munditiam cordis intellectui nunquam deesse. Igitur de ceteris partibus officij superest ut suo capiti, scilicet euangelico conferantur sensui.

¶ Pre

¶ Primum in praecedente lectione epistolae beatus Petrus, cum praemisisset dicens: In diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animae saluae factae sunt per aquam, statim subiecit: Quod & uos nunc similes formae saluos facit baptismus, non carnis diuersitatem, sed conscientiae bonae interrogatio in deum. Non quaesitum opus est, in quo lectio haec supradicto euangelio consonet, quo primu salutaris baptismi regula tradita est. Norum quippe est, & in doctorem scriptis authenticis usitatum similes formae, ut ait in hac epistola Petrus apostolus, esse baptismum, & in eius typum praecessisse hoc quod pauca, id est, octo animae saluae factae sunt per aquam in arca in diebus Noe. ¶ Christum namque praefigurauit Noe, tam actu quam nomine, uidelicet quia Noe interpretatur requies, quod nomen illi a patre La-mech impositum est, dicente: Iste consolabitur nos uel, ut in Septuaginta habetur, re quiescere nos faciet ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra cui maledixit deus. Christus inueniet nostram requies est, sicut ipse dixit: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Cum ergo Noe gubernauit arcam super undas diluuij, quibus & peccatores delati sunt, & hi qui cum illo erant salui facti sunt per fidem, quia credentes iustitiae dei sese ab incredulis diuiserunt: Christum actu quoque praefigurauit, ut dicitur est, qui nunc gubernat ecclesiam super undas baptismi, quibus qui non credunt condemnantur: qui uero credunt & baptizantur, cum ipso saluantur, & illis afferit spiritus sanctus, pacem, id est, peccatorum remissionem, cuius figuram tunc gessit columba ferens ad arcam in ore suo uiuentis oliuae ramum. ¶ Ipse autem octonarius numerus animarum, quae in arca saluae factae sunt, quia a primo pari, id est, binario, proficiscens, solidum corpus creat, scilicet habet longitudinem, latitudinem, atque altitudinem. Nam his binariis, octo sunt, quae apud geometras & arithmeticos quoque usitatum est. Ipse, inquam, octonarius numerus animarum, perfectionem designat corporis ecclesiae, quod praeeunte mundo infidelium per aquam iudicium, quo nunc fideles ab infidelibus separantur, fide sua se saluat, & in ligno crucis supernatae. ¶ Et pulchre arca illa fenestram habuit in latere, per quam saluandi illi in gredierentur, quia Christus lancea militis in latere est uulneratus, per cuius uulneris sacramentum cuncti credentes ecclesiam ingrediuntur. Et quoniam ecclesia de hominibus constat, pulchre arca illa, quae ecclesiam figurabat, quandam humani corporis similitudinem in ipsa forma sua praetendebat. Siquidem humanum corpus sic est, ut longitudinis suae sextam partem habeat in latitudine, decimamque eiusdem longitudinis in altitudine. sic arcam constructam fuisse non dubium est. Trecenorum erat cubitorum in longitudine, quinquaginta in latitudine, Gene. 6 triginta cubitorum in altitudine.

¶ Igitur per omnia, lectione epistolae, Euangelio consonante, caetera promptum est officij membra captare. Introitus: Eduxit eos dominus in spe, & inimicos eorum operuit mare: Itemque offerenda, Erit uobis hic dies memorialis, cum ueribus suis, notis & propinquis sensibus, iam Euangelio quam epistolae fecerantur. Mittunt enim nos ad historiam patrum celeberrimam, qui in typum baptismi nostri, omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, & in mari. ¶ Nam sicut illos in spe eduxit dominus, scilicet sperantes liberari, quamuis Pharaon cum suis persequeretur, & inimicos eorum uisibiles operuit mare: sic omnes in Christum credentes, quamlibet maxima peccata se fecisse recordentur, cum certa spe remissionis ad illum egrediuntur, & omnia peccata eorum in mari, id est, in baptismi fluctibus operiuntur. Et propterea dies hic, scilicet Christus, cuius in lumine a tenebris exiimus, memorialis esse iubetur. Christus, inquam, qui dies noster, id est, pascha nostrum est, festus nobis atque solennis, semper celebrandus, atque in mente habendus est, qui tacentibus nobis solus pugnauit pro nobis, quia solus moriens pro cunctis, mare illud, quo inimici, id est, peccata nostra, operiuntur de latere suo lanceatus effudit. ¶ Versus gradualis: Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli, illi sententiae concorditer occurrit, quae dominus noster gloriam & honorem, quo propter passionem mortis coronatus est, exprimit dicens in eodem Euangelio: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Et recte in suggillationem eorum, qui lapidem talem reprobauerunt supra dictae sententiae Euangelij, Propheticum hoc iungitur testimonium. Et hoc est illud quod cum despiceretur coram pontificibus, patienter ferens. Veruntamen dico uobis, inquit, a modo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis dei.

Cur statio ad sanctam Mariam. Caput XIII.

Quod superius iam dictum est, cum non improbanda Hieronymi sententia, discipulos undecim abeuntes in Galileam in monte, sicut hodierna Euangelij lectio refert, in Nazareth, quae in monte sita est, & in domo Mariae dominum uidisse. Illud quoque non nihil affirmat, quod statio ad sanctam Mariam hodierno officio praescripta est. In hoc enim idem sensisse Romana probatur diligentia. ¶ Et pulchre hoc officium quod secum

K 4 dum le-

Petri 5
Epistolae
Euang. clio
consonantia
super ba
ptimo.

Noe Chri-
sti prefigu-
rauit & la-
cto & noie
Gene. 5
March 18

Marcis

Gene. 6
Quid prefi-
gurat octo
animae in
arca.

Quid fenestra in late-
re arca.

Gene. 6

Introitus,
Psal. 77

1. Cor. 10
inimicos
operuit ma-
re.

Psal. 117
Hebraeo. a
Matth. ult.

Marc. 4

Math. ult.

Apostoli i
domo san-
ctae Mariae

dum lectionem Euangelij totum, ut supra dictum est, ad sacramentum pertinet baptismi, apud ipsam decantari apostolica statione prescriptum est, apud quam intus erant discipuli, & Thomas cum eis, ut in Hieronymo placet, quando secundum hodiernam Euangelij lectionem unicabaptizandi regula tradita est.

DE Officio sabbathi: Beati pacifici.

Caput XV.

Septima beatitudinum sententia est: Beati pacifici, quoniam filij dei uocantur. Pacifici uero hi sunt, qui pace inter se deumque accepta, nihil iam, quod deo repugnet, admittentes, simul hoc fatagunt, ut in uia uitae praesentis ad omnem hominem pace ambulent, iuxta Apostolum qui ait: Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Huius rei nobis exemplum, in summo negotio praesentis sabbathi praedicat officium. ¶ Quod ut manifestius fiat, mysticum imprimis hodierni Euangelij ponamus in intellectum: Currebant, inquit Euangelista, duo simul, uidelicet simon Petrus, & ille alius discipulus, quem diligebat Iesus, & caetera. Nota doctorum expositio est, per Iohannem qui prior ad monumentum uenit, sed non introiuit, synagogam significari, quae habens legem & prophetas, prior dominicam passionem legit, sed credere in mortuum noluit. Per Petrum uero qui posterior uenit, sed prior introiuit, multitudinem gentium designari, quae posterior ad eiusdem dominicae passionis notitiam peruenit, sed prior ad fidem accessit. Verum ad praesens pertinet negotium, quare propter praedictam beatitudinis sententiam, quia ad ecclesiam spectet, in eo quod pacifica est. ¶ Quod per praecurrentem epistolae lectionem fidelis indagatio citius consequi potest. Nam cum praemisisset apostolus Petrus de lapide Christo dicens, ad quem accedentes lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatur, a deo autem electum & honorificatum, paulo post subiungit: Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis quem reprobauerunt & edificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendunt uerbo, nec credunt in quo & positi sunt. ¶ Huiusmodi offensio uel scandalum manifeste paci opposita sunt, per quae Iudaei rebellio nis & incredulitatis arguuntur, eo quod odio gentium concurrentium, quae per Petrum, ut dictum est, designantur, adeo torquentur, ut (sicut per Iohannem figuratur) Maluit foris stando perire, quam cum societate gentium ad fidem passionis Christi introire. His ergo irae & rixae filijs exhaereditatis, Beati pacifici, quoniam filij dei uocantur, sicut in eadem epistolae lectione Petrus adiungit: Vos autem, inquit, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, & caetera. ¶ Talisque pacis filius quia nullius hominis ad deum tendentis societate offenditur, ascendit, inquit Augustinus, ad sapientiam, quae septima est in ascensu graduum, id est, donorum sancti spiritus, & ipsa sapientia tranquillus pacatusque perficitur. Dicitur esse enim supra secundum eundem Augustinum, septem beatitudines (octaua enim eadem quae prima est) septem gradibus donorum spiritus sancti sursum uersus coaptari, quo rum primum siue infimum est spiritus timoris domini, supremum autem, spiritus sapientiae, ad quam ascendunt, ut nunc dictum est, Beati pacifici filij dei. ¶ Secundum ea quae dicta sunt, consonanter praemittitur ad introitum. Eduxit dominus populum suum in exultatione, & electos suos in laetitia: Per hoc enim mittitur ad aliam similitudinem antiquam, quae idem praefiguratur est; quod nunc in Euangelio per Petrum & Iohannem significari accipimus, scilicet ad historiam patrum, qua referuntur hi qui primum promissiones acceperunt reprobatum esse propter incredulitatem, de quibus illud in Psalmo: Quadraginta annis offensus fui generationi illi, ac deinceps, quibus iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam. ¶ Filij autem qui post ipsos surrexerunt in illam introducti repromissionis terram, eundem populum gentium significauerunt, qui nunc per Petrum posterior uenientem, sed prius introeuntem in monumentum, designatus est, de illis quippe, qui reprobatis patribus introierunt in illam repromissionem, dictum est in Psalmo centesimo quarto: Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in laetitia. Eduxit scilicet de deserto. Nam de eo quod de Aegypto educti sunt, supra dixerat: Et eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus. Sed & hoc quod sequitur ita esse innuit: Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt. Supradictus ergo introitus gratiarum actio est, quod retardante populo Iudaeo, iuxta mysticum Euangelij sensum, gentes admittit, secundum illud apostoli: Quia eccitas contigit in Israel, donec plenitudo gentium subintraret. ¶ Graduale uero iam ex hac die in alleluia conuersum est, imo post hanc diem usque ad pentecosten omittitur, uidelicet quia hi, propter quorum acquisitionem nouamque conscriptionem hoc laboriosum carmen cantabatur depositis abis iam ab hac die pares nobis, in illius octaua, de qua saepe dictum est contemplatione, nobiscum feriantur. Quod autem sequitur alleluia, laudate pueri dominum, duplici uersu, adhortatio est ad ipsos qui recenti baptismate pueri, id est, puri facti sunt a uitijs, ut laudent dominum uoce & opere, quia sicut in Petro figuratum est, qui prior introiens in monumentum, uidit linteamina posita, & sudarium capitis domini: sic ipsi ad fidem ingressi, qui erant

erant absque deo, notitiam acceperunt humanitatis ac diuinitatis Christi. Tota enim Psal mus ad electionem gentium dirigitur, quod maxime ex eo comprobatur quod in fine eius dicitur: Qui habitare facit sterilem in domo, & caetera. ¶ Offerenda quoque, benedictus qui uenit in nomine domini, patenter eisdem pueris dei congruit. Hunc etenim uersiculum Psal mi centesimo septimidecimo cantauerunt & illi pueri, qui uenienti ad passionem Saluatori occurrerunt, in manibus portantes ramos palmarum. Addit quoque mater ecclesia dicens pueris fuis: benediximus uos de domo domini, id est, baptismate sacro signamus uos, qui sumus familia domini, quia deus dominus illuxit nobis, sicut alius propheta dicit: Populus gentium, qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam, gentium, inquam, quarum, ut dictum est, in Euangelio praesenti Petrus gestat figuram. ¶ Duo quoque sequentes uersus ad idem spectant. Primus iam haec dies quam fecit dominus, ad gaudium gentium, quarum in typum Petrus introiit in monumentum, secundum lapidem quem reprobauerunt & edificantes, ad su gillationem Iudaeorum, quibus Christus lapis offensionis & petra scandali est, quos designans Iohannes, cum prior uenisset quasi offensus substituit, & a posteriore Petro praeventus est. Co munitio, omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis, manifeste consonat supra dictae beatitudinis sententiae: Beati pacifici, quoniam filij dei uocantur: Praemiserat enim apostolus Paulus loquens ad Galatas, quos conturbabant quidam ex Iudaeis, quibus erat Christus lapis offensionis & petra scandali. Omnes, inquit, filij dei estis per fidem in Christo Iesu, & mox causam hanc subdidit: Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Quod omnino ad baptizatos respicit, ut non quaerant circumcisionem carnis, sed solum feruent, quam acceperunt ueram circumcisionem spiritus, nec magis scandalo Iudaeorum permoueantur, quam substituit Petrus, pro eo quod Iohannes ante se uel pariter in monumentum non ingrederetur.

Cur statio ad sanctum Iohannem ad Lateranas.

Caput XVI.

Non solum hoc sabbatho, quo deponuntur albae, sed & octaua superius die, id est, sabbatho sancto paschae, matrem Lateranensem ecclesiam priuilegium exigit, ut nusquam apostolicus alius procedat, sed in eadem ecclesia, quae sedes est apostolica, coepas nihilominus sacri baptisterij concludat octauas. Est autem in honore sancti Saluatoris sanctique Iohannis baptistae ab imperatore Constantino constructa dicentem. ¶ Sit omnibus notum, nos ita Christi cultores effectos, ut intra palatium nostrum templum eius nomini construamus, in quo populus Christianus una nobiscum conueniens, diuinitati illic gratias referat. ¶ Nomen ipsum, quod dicitur ad Lateranas, antiqua probra spurci Ne ronis accusat, qui de decorose potitionibus usus male fidei, illic, ut fertur, latens, ranas euomit, sed ubi abundauit iniquitas, superabundante gratia, nunc illic Romani imperij mater est ecclesia, quae illos, quos sabbatho sancto genuit, & Christi candore uestiuit filios, nihilominus hac die octaua, spiritali circumcidit petra, quam petram scandali Iudaeis, nobis autem creden tibus petram honoris & caput anguli in hodierna epistola, de qua supra dictum est, Petrus appellat. ¶ Circumcisio uero spiritualis, & uera ipsa est, de qua in eadem epistola lectione praemi ferat. Fratres, deponentes omnem malitiam, & omnem dolum & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles & sine dolo, lac concupiscite, & caetera. Vera, inquam, & uere sancta solaque necessaria est circumcisio haec, qua nostri cor poris sensus omnes, & ipsum principale nostrum, id est, mens, circumciditur. ¶ Nam sine hac circumcissione Christus in nobis moritur, id est, Christi fides, nec prodest nobis illud quod in communione gratulabundus nobis loquitur Paulus: Omnes, inquit, qui in Christo baptizati estis, Christum induistis, sicut & Iacobus Apostolus ait: Fides sine operibus mortua est. ¶ Quod bene per illud ueteris historiae factum praefiguratum est. Cum esset Moyses in itinere in diuersorio, occurrit ei dominus, & uolebat occidere eum. Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circumcidit praetium filij sui, tetigitque pedes eius & ait: Spousus sanguinum tu mihi es. Et dimisit eum, postquam dixit ei, sponus sanguinum tu mihi es ob circumcissionem. ¶ Moyses namque, in eo quod Sephoram uxorem habuit alienigenam, Christum significat, qui de gentibus alienigenam accepit uxorem, ecclesiam. Vnde illud quod Aaron & Maria locuti sunt contra Moysen, propter uxorem eius Aethiopsam: doctores nostri mystice ad hoc referunt, quod synagoga & uetus sacerdotium, inuidens salutem gentium usque hodie Christum blasphemant. Moyses itaque cum esset in itinere in diuersorio, nondum circumcisis filijs, occurrit ei dominus, & uolebat eum occidere: quia dum Christus inter nos per fidem in itinere uitae praesentis ambulans in diuersorio est, id est, ad eos qui nunc baptizantur diuertit: nisi illi filij eius sic circumcidantur, ut supra dictum est, fides ipsius in eis citius moritura est.

¶ Quod

Ephes. 2
Offerenda.
Psal. 117
Matth. 21
Esaiae 9
1. Petri 2
Comunitio.
Galat. 3
Galat. 3
Sedes apo-
stolica ad
Lateranas.
Verba Con-
stantini Ma-
gini.
Cur ad La-
teranas di-
citur.
Rom. 2
Circumcisio
spiritualis,
baptizatis
necessaria.
1. Petri 2
Fides sine
operibus
mortua.
Galat. 3
Iacobi 2
Exodi 4
Moyse &
modo praefi-
gurabat
Christum.
Numer. 12

Sephora ec-
clesia ma-
trem repre-
sentat.
Petri 2
Galat. 5

¶ Quod ne fiat, tollit cito Sephora, id est, mater ecclesie, petram acutissimam, & circumcidit filiorum suorum præputium, scilicet ea circuncisione, de qua supra dictum est in lectione epistolæ: Petra illa, quæ idem Christus est, de qua in eadem lectione dictum est, carnem, id est, opera carnis, solite ac festiniter abscidit: Tãgitq; pedes eius, id est, uestigia sequitur, dicitq; eidem filijs suis, Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Sponsus, inquit, sanguinum tu mihi es, uidelicet quia me tibi deponens, sanguinem tuum in dotem fudisti, & cum causæ articulus exigit, ut pro te patiar, sanguinis mei uicem reposcis: & nunc interim carnem meam crucifigam cum uitijs & concupiscentijs. Igitur (ut supra dictum est) recte hac octaua die agitur statio ad sanctum Iohannem Lateranensem, quia mater & apostolica sedes illa ecclesia est, & quos Christo filios genuit, ipsa spiritali circuncisione circumcidit.

DE Octaua dies beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Caput XVII.

Prima & octaua beatitudo in idē tendit, differit tamen causis.

Octaua beatitudo redit ad caput, id est, eadem est, quæ prima, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Veruntamen & paululum differit, in eo scilicet quod præcedens causa beatitudinis alia hic, alia est illic, illic enim, id est, in prima, dictum est: Beati pauperes spiritus: hic, id est, in octaua, dicitur: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Vnde Hieronymus: Et considera, inquit, quod octaua ueræ circuncisionis beatitudo martyrio terminetur. Igitur licet octaua die cætetur id ipsum officium, quod & prima, eo quod octaua beatitudo ad caput, ut dictum est, redeat: recte tamen, quoniam & præcedentes causas beatitudinum, primæ & octauæ differunt, aliud in eodem officio ab his qui diligenter sunt, retinetur hebdomadæ sequentis Euangelium, scilicet illud secundum Iohannem, cum esset sero die illa, & cetera. Nam & litera lectionis huius octauam diem commemorat, & post dies octo iterum, inquit, erant discipuli intus, & interior sensus octauam beatitudinis causam non prætergreditur. ¶ Quid enim est quod discipulis, foribus clausis, intro manentibus, dominus in medio stetit bonum ferens nuntium consolationis & pacis, nisi quod his qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quosq; iuxta alium Euangelistam oderunt homines & separati eos, sicut iam apostoli separati erant, non audentes coram illis procedere ad publicum, dominus & deus ipsorum familiaris sese accommodat contemplandum, ut gustent iam in suis tribulationibus, & uideant, quomodo suauis est dominus, atque ideo certior spes illos in medio tribulationis ambulantes consoletur, recolentes id quod illa, de qua loquimur, sententia, replicando inculcare nititur, beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. ¶ Debet autem semper epistola Euangelio sue præcursoris officium, & ideo illa quoque, quæ huius dominicæ est lectio epistola: non omitteretur. Omne quod natum est ex deo uincit mundum, Nam in hac lectione uictoriosa fides nostra prædicatur, & ipsa uictoria mundi nuncupatur quæ tribus adiuta testibus, nam pater & uerbum & spiritus sanctus in celo attestantur, totidemq; in terra testes, id est, idem ipse spiritus, & aqua baptismi, Christi q; & martyrui eius sanguinis ueritati eius assipulantur, ternis, inquam, in celo & in terra defensus testibus, regnum cælorum adiudicat his, quorum iure belli est, scilicet his qui persecutione patiuntur propter iustitiam. ¶ Introitus uero: Quia si modo geniti infantes, per sequentes hebdomadæ dies decantandus est, qui etiam Euangelio prædicto congruit, sed non per eandem sententiam, quæ iam dicta est, scilicet quod propter metum Iudæorum discipuli domini clausis foribus, intus erant, persecutionem propter iustitiam pati incipientes, quæ, ut diximus, octauæ beatitudinis causa est. ¶ Respicit autē ad aliam sententiam, quam dominus de futuris fidelibus proferens: Beati, inquit, qui non uiderunt & crediderunt. Nam ne solam nobis fidem sufficere arbitremur, opportune regula uiuendi, sine qua fides mortua est, hoc introitu prælibata est. Nam nos quidem signati sumus in eo quod ait: Beati qui non uiderunt & crediderunt, sed si fidem nostram operibus sequamur, ille etenim uere credit qui seruat operando, quod credit. Quocirca de his, qui fidem nomine tenus retinent, Paulus dicit: Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Hinc & Iacobus dicit: Fides sine operibus mortua est. Recte ergo qualis uita fidem utile efficiat, per hanc apostolici sermonis particulam in introitu demonstratur, ne se uideamus nos audientes de nobis dictum: Beati qui non uiderunt & crediderunt. Ad hoc idem cōsonat & similiter accipienda est extrema præeuntis epistolæ sententia: Qui credit in filium dei, habet testimonium dei in se. ¶ Communio, mitte manum tuam, plana quidem litera fidem nostram edificat, sed dei in se. ¶ Communio, mitte manum tuam, plana quidem litera fidem nostram edificat, sed dei in se. ¶ Communio, mitte manum tuam, plana quidem litera fidem nostram edificat, sed dei in se.

Iohan. 20

Discipuli erant separati & eiecit e synagoga.

Luce 9

Psal. 33

Epistola.

I. Iohan. 5

Introitus.

1. Petri 2

Iohan. 20

Nō sufficit sola fides.

Tim. 4

Jacobi 2

I. Iohan. 5

Communio.

Iohan. 10
Euangeliū.
Iohan. 10
Introitus.
Psal. 30
Epistola.
1. Petri 2
Offerenda.
Psal. 62
Iudei cur dici possunt Iudæi.
Introitus.
Psal. 65
Euangeliū.
Iohan. 16
Epistola.
1. Petri 2
In abstinentia labor.
Psal. 47
2. Cor. 7
Iohan. 16
1. Petri 2
Gene. 38

runt & crediderunt. Israel autem, nisi res apparuerit, Helia & Enoch præeuntibus, non credit, cum Paulus dicat, fidem sperandarum substantiam esse rerum, argumentū non apparentium, atq; ideo laudabilioris sumus fidei qui rem non dum apparentem fideliter credimus.

finis libri Octauæ.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE DIVINIS OFFICIIS, LIBER NONVS.

DE Dominica secunda post albas.

Caput I.



VIA DOMINICA HAC SANCTAE ROMANAE ecclesie solenne est, agendis instare consilijs, bene forma, quam sequi debeant pastores animarum, per eiusdem dominicæ commendatur officium. ¶ Per Euangelium manifestissime id agitur, quo is qui non ex accidenti dono, sed substantialiter bonus est dicit: Ego sum pastor bonus, & cetera. Deinde ex opposita descriptione mercenarij, suæ q; iterata commendatione bonitatis, liquidum præbet ouibus iudicium, quo discernant, quos fugere, quibus suarum debeant animarum curam credere.

¶ Boni formam pastoris ceteræ collaudant partes officij. Primo ad introitum cantamus de illa: Misericordia domini plena est terra, uidelicet ut sicut ille nō solum iudicium diligit, sed & misericordiam & primo loco misericordiam, secūdo iudicium, sicut in eodem Psalmo, uno in eodem uersiculo præmissum est: Diligit misericordiam & iudicium: sic & omnes qui iudices animarum positi sunt, semper super exaltent misericordiam iudicij, ut idem ipsi consequantur. Quodq; sequitur: Verbo domini cæli firmati sunt, illud indicat, quod apostoli uel pastores apostolici, non sua fortitudine, sed uerbi dei uirtute, tales effecti sunt, ut uidentes lupum uenientem non fugiant, neque oues dimittant, ut mercenarij faciunt. ¶ Epistola uoce non dubia, suæ præcursoris implet officium, ubi præmissa de hoc singulariter bono pastore, qui posuit animam suam pro ouibus suis, Christus passus est pro nobis, uobis relinquit exemplum ut sequamini uestigia eius subiungitur in fine: Ratis enim aliquando sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum uestrarum. ¶ Offerenda uero non quidem adeo perspicue, sed non minus consone cum eodem in eodem sensu Euangelij: Deus meus ad te de luce uigilo: Psalmus namque ille sic intitulatur: Psalmus Dauid cum esset in deserto Idumæ: id est, Psalmus iste attribuendus est Christo secundū quod egit uel per tulit positus inter Iudæos: qui desertum ideo uocantur, quia deserentes deum, & ipsi iusti & deo deserti sunt. ¶ Idemq; quoque dicuntur terreni uel sanguinei, quia prophe tarū & ipsius domini sanguinem fuderūt. At uero hic pastor bonus in illo deserto animā suam posuit pro ouibus suis. Recte ergo, qui exēplo eius identitatem debent, uoce eius excitantur ut ad deum de luce uigilent supra gregem suum: ad deum non ad mercedem temporalem, anima & carne quā multipliciter sitiunt, & in uelamento alarum, id est, in spe consolationis eius exultantes, lupum non timeant, neque dimissis ouibus fugiant.

DE Dominica tertia.

Caput II.

Cæteræ quæ sequuntur dominicæ usq; ad ascensionē domini, promissionē eius adimpletam suis officijs cōcelebrant, qua post habitam de morte sua tristitiā, corda discipulorum de resurrectione sua lætificāda fore promiserat ea, qua tradebatur, nocte loquens illis in cena. ¶ Vnde pulchre hac dominica cantamus in introitu: Iubilate deo omni terra, Psalmū dicite nomini eius. Nam huic Psalmo sensibus suis cōpetens titulus præscriptus est. In fine canticū Psalmi resurrectionis. Causa uero uel materia iubilationis, quæ hic imperatur, illa est, quam dominus in euāgelio subsequenti præmissa tristitiæ nuntio subiungit: Iterum autē uidebo uos, & gaudebit cor uestrū, & gaudium uestrū nemo tollet a uobis. Vt autē similitudo, quæ præmissa est apostolis, mulieris, tristitiā habentis, cum paritur, nobis quoq; cōgruat, quia sic expedit bene hoc idem Euangelium, hæc apostoli lectio præcurrit: Obscuro uos tanq; aduenas & peregrinos abstinere a carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animā, & c. in hac enī abstinentia labor est, & sicut ait Psalmista, ibi dolores ut parturiētis. Præ miserat siquidem: conturbati sunt, cōmoti sunt, tremor apprehēdit eos, loquens de illis, qui iuxta Apostolū, contristati sunt ad poenitentiam. Sed sicut dolor parturientis fructuosus est, cum enī pepererit, iam nō meminit pressuræ propter gaudiū, quia nā? est homo in mundū: sic & illud quod detrectant de nobis tanq; de malefactoribus, sine cōsolatione non erit, cum tandē considerantes nos ex operibus bonis, glorificabūt deū in die uisitationis.

¶ Quod

Myfteriū de Iuda & Thamar. **¶** Quod bene per Thamar in historia ueteri præfiguratum est. Quam cum accusarent dicentes: Fornicata est Thamar, & uidetur uterus eius intumescere: illa proferens anulum, armillamq; & baculum, quem pro arrabone dederat Iudas: De uiro, inquit, cuius hæc sunt concepti. Iudas quippe (quod interpretatur confessio) Christum significat: Thamar (quod interpretatur amaritudo) ecclesiam de gentibus, in qua est amaritudo poenitentis, qua & Petrus egressus fletit amare. Thamar igitur operiens uultum suum, id est, ecclesia de præteritis erubescens erroribus, sedit in itinere, quo ibat Iudas ad lauacrum ad tonendas oues, id est, occurrit christo ad baptismum, quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. Quæ cum de Christo uero deo fidem per spiritum sanctum conceperit, & eandem fidem tanquam anulum, & opera fidei tanquam armillam, iustificationemq; spiritus tanquam uirgam pro arrabone, id est, pro pignore, acceperit: accusatur tam à gentilibus quam à Iudæis, quod cum mēdacio fornicata, & à spiritu erroris polluta sit. At illa patienter fallaces ferens accusationes, tandem obmutescere faciet imprudentium hominum ignorantiam, probans per prædicta pignora, qd de uero deo conceperit, & cum eodem deo glorificabitur in die uisitationis. **¶** Offerenda: Lau da anima mea dominum, ad prædictum in Euāgelio pertinet huius mulieris de Christi resur rectione gaudium. Nam & hic Psalmus alleluia habet in titulo. Quodq; uerſu canimus: Do minus erigit elisos, dominus soluit compeditos, congratulatio illorum est, quorum tristitia, iuxta promissum domini, resurgente illo, in gaudium conuersa est.

DE Euangelio dominicæ quartæ, quo dictum est: Nisi ego abiero, paracletus non ue niet ad uos, & cætera.

Caput II.

Nonnullis infirma uidet & insufficientes huius sententiæ uulgatae expositio, uidelicet, quod iccirco apostolis expedierit, ut dominus noster hinc abiret, quia nisi corporealem præsentiam suam illis abstulisset, ipsi spiritualiter illum amare nesciret atq; ideo dixerit: Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos, si autem abiero, mit tam eum ad uos. Minus enim expositum uidetur, q̄ expositio maiestas domini spiritus sancti, ma xime quia dominus ipse eiusdem spiritus sancti aduentum baptismum uocat, dicens in Actis Apostolorum: Quia Iohannes quidē baptizauit aqua, uos autē baptizabimini spiritu sancto nō post multos hos dies. **¶** Baptizari autē spiritu sancto nihil aliud est, quam per spiritū sanctum originalis peccati & omnium actualium remissionē accipere peccatorum, totumq; hominem uete rem in uitæ transeri nouitatem. Quo sensu prædicta expositio procul dubio minor est. Non enim spiritualiter deum amare, & spiritu sancto baptizari, paria sunt. Alioquin ueteres sancti, qui sine dubio deum spiritualiter amauerūt, imō & magna eiusdem sancti spiritus donā per ceperunt, prophetas & signa facientes, baptizati spiritu sancto fuissent, id est, remissionem peccatorum acceperunt, neq; apud inferos propter originale peccatū tenerentur usq; ad Christi aduentū. Sed & illud repugnat, quod apostoli dominū præsentem spiritualiter, quibus nō adeo fortiter amaerūt uerbi gratia, Petr⁹, cui dictū est amorē tertio cōfiteantur: Si diligis me, pasce oues meas. Nam hunc amorē non caro & sanguis reuelauit ei, sed pater qui in caelis est. **¶** Nō igitur proprietatē sensus in his domini dictis uos inuenisse arbitramur, nisi utranq; eius sen tentiam ex æquemus, ut scilicet idem sit: si enim non abiero, paracletus nō ueniet ad uos, ac si dixisset: si enim nō abiero, uos nō baptizabimini spiritu sancto. **¶** Quod facile est cōsequi, si prius aduertamus, quando uel quomodo abierit. Multi enim illum tunc primū abhisse recolūt, quan do uidentibus apostolis ascendit in caelum. Sed quando ascendit, apostoli gauisi sunt, & sicut cantamus, lumine læto petentem sydera persecuti sunt, imō, ut ait Lucas, & ipsi adorantes re gressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. Dominus se abeunte tristandos illos fore præ dixerat, tristitia, inquit, implebit cor uestrum. Et paulo post: Amen amen, inquit, dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit, uos autē cōtristabimini, & cæte ra. Igitur cum autoritate euangelica non tunc primum illum abisse constat, quando ascen dit in caelū, sed quando moriens reliquit mundum, & iuit ad patrem. Nam de morte eius lo quebatur Iohannes Euangelista, cum diceret: Sciens quia uenit eius hora ut transeat ex hoc mundo ad patrem, & cætera. Eadem quippe nocte tradendus, sermonē habuit cum discipulis suis, de quo hæc lectio sumpta est, & circa finem orationis: & iam, inquit, non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te uenio. Propter quod passio eius pascha dicitur, id est, transi tus. **¶** Itaque propter hunc eius abcessum datum esse paracletum, scilicet spiritum sanctum, in eo quod paracletus est, hoc modo colligimus: spiritus sanctus iccirco paracletus, id est, cō solator, dicitur: quia captiuos filios Adæ, filios efficit dei per regenerationem baptismi, & in hoc seculo peregrinantes consolatur, testimonium reddendo spiritui nostro quod sumus fi lij dei, quando non solum in prophetiæ gratiam, sed in remissionem originalis peccati, omni umq; actualium peccatorum, datur per fidem Iesu Christi. Hoc autem nō fieret, nisi Christus unus pro omnibus nobis, æterno patri, Adæ debitum soluisset, & ueteris piaculi cautionem pio cruore deterfisset. Nec antea quisquam ea gratia spiritum sanctum acceperat, testante in Euangelio

Euangelio Iohanne ac dicente: Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus: Nec alio modo nisi per sanguinem Christi recōciliationem accepimus, in cuius morte iuxta Apostolū baptizati sumus, & spiritum sanctum, qui uera peccatorū remissio est, accepimus. **¶** Igitur quod ait: Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos, sic accipien dum est, ac si dixisset: nisi ego ad mortem traditus fuero, necessaria non dabitur uobis para cletus, id est, peccatorū remissio. Nam si de ascensione accipiatur, repugnat & illud quod ante quam ascendisset, imō eadem die qua resurrexit insufflauit & dixit eis: Accipite spiritum san ctum, uidelicet in remissionem peccatorum. Sequitur enim: Quos remiseritis peccata remittū tur eis, & quos retinueritis retenta sunt. Ad summum & hoc nemo qui dubitet, quia si mor tis expers Christus, caelos ascendisset, nobis paracletus iste non datus fuisset. Dixit enim: Ni si granum frumenti cadēs in terra mortuum fuerit, ipsum solum manetis autē mortuum fue rit, fructum multū afferit. Itaq; & hoc, & quicquid in illa cena de abcessu suo dixit, uerius, re ctius atq; constantius de morte quam de ascensione accipimus, & quod ait: Vado ad eum qui misit me, & nemo ex uobis in terrogat me quo uadis, nullo modo melius accipitur quam ut dictum sit quod posterior dicit: Venit hora ut dispergamini & me solum relinquat: eadem quæstione, qua per prophetam dixerat: Torcular calcavi solus, circumspexi & non erat auxiliator. **¶** Itemq; & quod ait: Rogabo patrem meum, & alium paraclētū dabit uobis: quæ ueritas est de passione quam de paternæ dexteræ confesū accipi. Nam quod in cruce rogauerit, quod in morte clamauerit, Paulus asserit dicens de illo: Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eum, qui illum saluum facere possit à morte, cum clamore ualido ac mul tis lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Non enim, postquam ascendit in ce lum, clamat ut saluetur à morte: ergo nec rogat, ut paracletus nobis detur, sed dat, iam extit utens data sibi potestate in caelo & in terra. Sed in cruce rogauit, utpote paulo minor ab an gelis: ascendens autem in caelum, ego mittam promissum patris mei in uos, ait.

¶ Quod uero Apostolus ait: Præsentem tempore interpellat pro nobis Iesus Christus qui mortuus est, imō qui & resurrexit, qui est à dextris dei, qui etiam interpellat pro nobis, forte repugnare uideatur, & asserere quod nūc quoq; supradictō sensu roget pro nobis. Sed si mo dus interpellationis rite animaduertitur, potius astipulatione firma his, quæ prædicta sunt, suffragari comprobantur. Illa namq; interpellatio, doctorum omnium uera assertio, non summissa est postulatio, sed eius passionis, quæ semel suscepta, semel pro nobis in sacrificium oblata est, æterna cōmemoratio, semel in conspectu sanctæ trinitatis admittā sanguinis eius innocētis exclamatione, homicidas qui fuderūt, conuincēs: nos autē qui bibimus in ministerio altaris, nō indiga, sed potenti interpellatione defendēs. Alioquin quomodo & anteq̄ ascen disse ait: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra: sic & postq̄ ascendit ut possit inter pellat, uel rogat dari nobis paraclētū. **¶** Sed dicit quis: Rogat per humanitatē qui dat per di uinitatem. Hoc plane uerum est, quia tunc moriens paulo minus ab angelis immunitus, roga uit per humanitatē: nunc autē gloria & honore coronatus, & cōstitutus super omnia opera patris, dat per diuinitatē, omnē habēs potestare, utpote à dextris dei sedens. Vnde sicut resur gens ex mortuis, iam nō morificit illum ad hoc, ut roget patrem iam, nemo inuocat catholicus.

¶ Amplius autem ea quæ dicta sunt constare poterunt, si cōferantur ipsius domini senten tiæ: quæ nisi discernantur, uidebuntur sibi met contrariæ, uidelicet quod ait: rogabo patrem meum & alium paraclētum dabit uobis, & quod posterior in eodem sermone dicit: Illo die in nomine meo petetis: & non dico uobis: quia ego rogabo patrem de uobis: Causamq; red dens: ipse, inquit, pater amat uos. Statimq; id ipsum confirmat dicens: Quia uos me amatis, & credidistis quia à deo exiui. **¶** Quid est enim rogabo, & non rogabo? Hoc nempe quod in pas sione sua sacrificium futurus & rogaturus erat, ut paraclētū, id est, spiritū remissionis pecca torum acciperemus, & sic paries inimicitiarū qui medijs erat inter deum & homines in car ne eius solueretur. Quo soluto, illo, inquit, die, die pacis & consequentis gratiæ, non rogabo patrem de uobis Rogabo: ipse enim pater amat uos, inquit, id est, semel enim moriens deo recō ciliat uos in sanguine meo: & sicut superius dixi, pacē reliqui uobis, pacem meam, id est, per me inter deum & uos reformatam dedi uobis. Et hoc per fidem & dilectionē uestram, quia uos me amatis & credidistis quia à deo exiui. Itaq; quod ait, rogabo patrem & alium paracle tum dabit uobis, nullo modo melius accipitur, quam quod in cruce rogauerit, quod in mor te sua clamauerit, iuxta supradictam Apostoli sententiam. **¶** Veruntamen, quia ex die ascen sionis apostoli certi facti de potentia eius, expectabant eundem spiritum sanctum quem pro miserat, recte cantamus & legimus, quomodo moriturus illum promisit, quomodo item ascē dens in caelum repromisit, ita ut mortem eius causam donationis effectiuam, ascensionis eius dan di potestatem esse sciamus effectam. Sed iam nunc ad superiora reuertamur.

¶ Huic quartæ euangelio recte illa præmittitur Apostoli lectio: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum, & cætera.

L. ¶ Spiritus

Iohan. 7
Eph. 2
Roma. 8
Iohan. 16
Si nō abie ro, paracl etus non ue niet.
Iohan. 20
Iohan. 15
Iohan. 16
Ibidem.
Eph. 2
Iohan. 14
Rogabo patrem meū, & cætera.
Hebr. 20. 5
Matth. ult.
Psal. 8
Luc. ult.
Roma. 8
Quōd Chrs nūc, p. no bis inter pellat.
Hebr. 20. 10
Matth. ult.
Chrs patrē nūc nō ro gat, sed in tertris roga uit.
Hebr. 20. 1
Roma. 8
Iohan. 14
Iohan. 15
Rogauit Chrs patrē in morte, non post mortem.
Eph. 2
Iohan. 14
Chrs para cletū pro misit, ac re promisit.
Epistola. Iacob. 1

Sine spiritu
scti & an-
gelos & ho-
mo miser e
Apocal. 3
Duplex do-
natio spūs
sancti.

¶ Spiritus sanctus dei donum est optimum atque perfectum, sine quo natura tam angelica quam humana miserabilis est, & cæca & nuda, quod evidentissimum est tam in daemonebus quam in perditis hominibus. Non enim substantialiter differat a diabolo Michael, à Pharaone Moyses, à Nerone Petrus: sed hoc solo discernuntur spiritui, quem isti accipere meruerunt, illi indigni iudicati sunt. ¶ Hoc tantum tamque necessarium donum, duplici ope humanæ subuenit inopia. Prima largitione, peccata nobis remittuntur secunda, diuisionis gratiarum distribuntur. Et illo beneficio, scilicet remissione peccatorum, uniuersaliter atque uniformiter effunditur hoc donum, id est, hic spiritus, in omnes hac autē adiectione, id est, gratiarum diuisione, particulariter atque multiformiter datur, alijs aliter. Vnde & Apostolus cum easdē diuisiones partim enumerasset: Hæc autē, inquit, omnia operatur unus atque idem spiritus, diuinus singulis prout uult. Vtraque largitio sanctis apostolis mirabiliter certis temporibus certisq; diebus effusa est, id est, die dominicæ resurrectionis in remissionem peccatorum, die uero pentecostes abundantius effusione gratiarum ad omnium mox futuram instructionem gentium. Nam dominus qua die resurrexit, mortuus propter delicta nostra, ut ostēderet resurrexisse propter iustificationem nostram, stans in medio discipulorum suorum, pacem, quam sece-rat inter nos & deum, prima uoce nuntiavit, dicendo: Pax uobis, statimq; insuflauit & dixit Accipite spiritum sanctum. In quo remissionem peccatorum, quam sanguine suo acquisierat, se dare ostēdens, nō solum illis, sed per illos omnibus quoque qui credituri erāt in illum statimq; adiecit: Quos remiseritis peccata remittuntur eis: & quos retinueritis retenta sunt. Et ut essent idonei, remissionem peccatorum, quam acceperāt, uniuerso mūdo prædicare & testificari die pentecostes idem spiritus sanctus illis charismatū dona tribuit, ut per hæc, sicut in hodie non lectum est Euāgelio, argueret mundū de peccato, & de iustitia, & de iudicio. ¶ Igitur, ut supra dictum est, hæc epistolæ lectio recte huic præmittitur Euāgelio: quia datum optimū & donum perfectum, non est aliud nisi iste spiritus sanctus. Qui spiritus, quia gratis datur, imō ipsa gratia est, bene de huius doni datore subiungitur: Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis. Quod nō est aliud, q̄ si dixisset, per gratiā spiritus sancti nos regenerauit: quia per spiritum sanctum semen, id est, uerbum suum, nostris, ut renasceremur, mētibus insudit. Item & quod ait: scitis fratres mei dilectissimi, sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus autē ad loquendum: magnifico nos erudire poterit exemplo, si illam consideremus sententiam Euāgelicæ lectionis, ad quam intendit ecclesiastici diligens compositor officij. Non enim cuiuslibet, sed ipsius paracliti exemplo, præsumptionem humanæ uanitatis conuenit, dum Euāgelio supra dicto hanc Apostoli lectionē præmittit. Nam quales nos dominus esse uult ad loquendum, talē ipsum fore aserit paraclētū, dicens: Nō enim loquetur a semetipso, sed quæcunq; audiet loquetur. Firmissima ratio sententiæ præcedentis, quam proposuerat dicens: Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Remouet namque oppositum, quod est a semetipso loqui, sub quo continetur omne mendacium, quod est sine dubio ueritati contrarium. ¶ Ut autem hoc euidentius fiat, diffiniamus utrunque contrarium, id est, a semetipso loqui, non a semetipso loqui. A semetipso loqui est, non existentia fingere, quod de peccato Diabolum culpāt in Euāgelio dominus, dicens: Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax est, & pater eius, subauditur mendaci. A semetipso non loqui est, existentia proferre, etiam si nesciens proferat quis, ut Caiphas qui nesciens, imō aliud intendens, dixit expedire, ut unus moreretur homo pro gente. ¶ Multo magis ergo qui scienter existentia profert, non a semetipso loquitur, sicut ipse CHRISTVS, qui cum scienter existentia profert, uerba, inquit, quæ ego loquor uobis, a meipso non loquor: scilicet non mendacium, sed ueritatem, quam audiui & accipi ante meam, quam uidetis, humanam naturam existentem, sicut & alibi Iudæis dicit: Nunc autem queritis me interficere hominem qui ueritatem locutus sum uobis, quam audiui a patre meo. Hoc autē & spiritus sanctus agit. Veritatem enim quam audiuit a deo, ueritatem increatam deo patri conlubstantialē & coæternam loquitur nobis, uere existentem, essentiamq; ueracem & incommutabiliter permanentem. Vera ergo ratio, non enim loquitur a semetipso, sed quæcunq; audiet loquetur, comprobans id quod proposuerat dicens: Docebit uos omnem ueritatem. ¶ Quod iterum confirmat subiungens: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annuntiabit uobis: Causamq; reddens cur de meo dixerit: omnia, inquit, quæ habet pater, mea sunt. Quæcunq; enim habet pater, quæcunq; scit, quæcunq; potest: de dit huic qui hæc loquitur dominico homini, sicut ait in Psalmis: Dico ego opera mea regi, ostendens quid dixisset uertat cor meum uerbum bonum. Omnem suam sapientiam, cunctam fortitudinem, totum denique uerbum suum pater in uterū uirginis eructauit, & humanæ naturæ uniuert, propter quod nunc dicit: Omnia quæ habet pater, mea sunt. ¶ Et non dixit, mea accipiet, sed de meo accipiet & annuntiabit uobis. Non enim spiritus sanctus apostolis illam sapientiam totam cōprehensibilem fecit, sed illa docuit eos quæ erant necessaria fidei: scilicet mysteria incarnationis,

Quid est a semetipso loqui
Iohan. 8

Iohan. 11
Neq; Chrs
uoc spūs
sanctus lo-
quitur a sei-
pso.

Iohan. 7
Iohan. 8
Ois quæ ha-
bet pater
mea sunt.

Psal. 44

De meo ac-
cipiet.

tionis, natiuitatis, & passionis, & resurrectionis, quæ discipuli hæcenus portare non poterant, quando corruptibilem & mortalem esse uidebant, neque doctorem hunc, dari fuerat æquum, nisi prius per mortē Christi deo reconciliaretur genus humanum. ¶ Igitur ut ecclesiasticum persuadet officium, quod huic Euāgelio supra dictam laudabiliter præmittit lectionem: non loquatur homo a semetipso, sed sit uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, id est, audiat prius quid loquatur in se dominus deus, & secundum illum loquatur patrem: quod facere noluit Arrius, & ideo bella & scandala locutus est, & omnes qui a semetipsis loquuntur, gloriam propriam querentes. Secundum hoc donum, secundum paraclētum, uerem cum suis actibus hominē deponimus, nouumq; induimus, quod est cantare canticum nouum: atq; ideo recte hoc ipsum cantamus in introitu, & in offerenda iubilamus, quia donū hoc æternæ iubilationis efficiens causa est, quæ hic incipitur, & in futuro perficitur.

DE Dominica ante ascensionem domini. Caput IIII.

Dominica ante ascensionem dñi competenter hæc Euāgelij lectio ponitur: Vtq; modo nō petistis quicq; in nomine meo, petite & accipietis, ut gaudiū uestrum sit plenum. Hæc em dominus de ascensionis suæ gloria locutus est, per quam discipuli eius certif facti de illius omnipotentia, petere ceperunt in noie eius, ut gaudiū eorum sit plenum, & perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre eius, & fratribus eius, decimo die acceperunt spiritum sanctum. Hæc ergo lectione opportuna nobis suggeret, ut in nomine eius fiducialiter petamus, illud ad memoriā reuocantes in ascensione eius, quod ait Iohannes apostolus: quia aduocatū habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio peccatorum nostrorum. Nam ut spem nostram ad petendum animaret, abiturus in cælum per passionis uiam, hoc circa finem sermonis, quem in cœna habuit, inculcare & replicare dignatus est, subiūcta protinus oratione: qua completa, protinus traditus est. ¶ Verum nō qualescunq; simus nos, oblatam apostolis petendi facultatem, nobis æque ut illis rapiendā esse putemus. Nisi enim illorum similes simus, qui hæc audire merebantur: quibus & supra secundū Lucam dixerat: Vos estis qui permanistis mecum in tentationibus meis nisi, in quā illorum similes simus, eadem fiducia nos ad petendū uti nō possumus. Quapropter hæc Apostoli lectio cōgrue præmittitur: Estote factores uerbi, & nō auditores tantū, fallentes uosmetipsos. Fallit enim semetipsum miles, qui auditor tantum, nō factor imperij, larga pro solo adito, donatiua respicit. Idem post pauca: Si quis autē putat se religiosum esse, non refrenans linguā suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. ¶ Sane dum petimus lingua quadā propria legatione fungij, si absq; freno & oris custodia, per otiosa uel etiam noxia uerba facile uagatur, difficile dum petit auditur: quia uidelicet a uanis, quibus assueta est, usque ad aures domini sabaoth tantū est interuallū, ut nō facile mereatur audiri. Et his quidē, qui eiusmodi sunt, alibi dicit idem Apostolus: Petitis & non accipitis, eo qd male petatis. His autē qui sicut ait in fine lectionis huius immaculatos se ab hoc seculo custodiunt, exemplo apostolorum, familiariter dominus ait: Petite & accipietis, ut gaudiū uestrum plenum sit. ¶ Quos in typum Helizæus, magistrum, non tantū corpore, sed & corde securus, audire meruit: Postula quid uis ut faciā tibi, atq; tollar à te. Et ille merito concessit, cum magna fide utēs fiducia: obsecro, inquit, ut fiat spiritus tuus duplex in me. Helias etenim curtus Israel & auriga eius, dominū nostrum præsentī capitulo significat, qui ecclesiam suam ut auriga, uerbo doctrinæ suæ regit: & ut currus diuinitatis suæ uehiculo in cælū subuehit. ¶ Helizæus uero, qui semel & iterum atq; tertio residere sibi mer permissus ob amorē magistri permissio noluit uti: apostolos atq; apostolicos exprimit uitros, qui ob amorē Christi cōcessis quoque reculantes uti, sequuntur illum ultra terminū præcepti, spontanei sectatores cōsiliij: quod in Euāgelio diues adolescens facere nolens abijt tristis. Igitur ei qui eiusmodi est petenti & dicenti obsecro ut fiat spiritus tuus duplex in me, dicit ascensor cœli dominus Iesus: si uideris, quādo tollar à te, erit quod petisti. Si uideris, id est, si oculos mentis ad terrena nō deflexeris, sed solis cœlestibus inhiaueris, erit qd petisti. ¶ In talibus quippe duplex fit spiritus Christi: quia cum ille mitis inter homines ambulauerit, sicut significauit spiritus sanctus, dum super eum in specie columbæ apparuit, istos idem spiritus mites pariter & zelo seruētes reddidit. Ad subditos namq; prout causa uel tempus exigit, nunc in uirga, nunc in spiritu ueniunt mansuetudinis. Hæc illa iucūditas est, cuius uocē in introitu usq; ad extrēmū terræ nūtiare iubemur: hoc illud est beneficium, pro quo offerenda gentes deum benedicere, & in cōmunione carare, & salutare eius nuntiare cōmonentur: quia nostræ naturæ participem aduocatū habemus, cuius in nomine petentes, plenum gaudium accipere mereamur.

DE Rogationibus a sancto Mamerto institutis. Caput V.

Huius sponsonis memor & in easdem ponens sanctus Mamertus, Viēensis episcopus, cum christianus populus longa & graui afflictione urgeretur, ausis etiam diuino iudicio lupis turmatim cum confertis configere hominibus, rabidamq; den-

Iacobi 1
Psal. 84
Ita & nunc
loquitur a
seipso Lu-
cherus.
Coloſſ. 3

Iohan. 15
In nomine
Iesu petere
debemus.
Act. 9. 1

Iohan. 3

Quales esse
debeamus
ut digue
petamus.
Lucæ 22
Iacobi 1
Sic militat
nunc Lu-
therani.
Male petē-
tes.

Iacobi 4

Iohan. 16
Recta peti-
tio Helizæ.
4. Reg. 2

Apostoli,
ut Helizæus,
in perfecti-
one cōsilio
rum.
Matth. 19
4 Reg. 2

Duplex in
bene peten-
tibus spūs.
Matth. 3
1 Cor. 4
Psal. 67
Psal. 95
I. Iohann. 3

Mamertus
Viēensis
episcopus.

tium eodem, non solum uillis, sed & plenis inferre mœnibus: rogationes fieri solennes ante diem eiusdem dominicę ascensionis instituit, ut tanquam abeunt in cœlum domino ac dicenti: Petite & accipietis, humanę miserię commemoratio triduanis supplicationibus ambrosius ingereretur, & ut rememorata sponforis potētia fida petentiū spes roboretur, in eis dem processionibus trium phatoris cœlos ascendentes insignia, scilicet cruces atq; uexilla præferuntur. ¶ Horum usus in ecclesia cepit à Constantini temporibus: qui cum uidisset in somnis signum crucis in cœlo splendide collocatum, dictumq; sibi fuisset: O Constantine, in hoc uincens uis uiros eruditos ex auro & lapidibus pretiosis in uexillum sanctę crucis transformare signum, quod labarum uocabatur. Hoc enim signum bellicum inter alia pretiosius erat, eo quod imperatorem præcedere, & adorari illud à militibus moris esset. ¶ Sciedum autem has rogationes triduanas, litaniam maiore, quam beatus Gregorius instituit, esse antiquiores. Si quidem à uicesimo Zenonis anno imperij, quo Mamertus episcopus prædictas rogationes instituit, usque ad nonum Mauricij imperatoris annum, quo diluuium magnum in finibus Venetię & Ligurię & Italię factum est, quale post Noë tempus non creditur fuisse, & subsecuta est euectio pestis inguinaria, qua cum Romanus populus pene deleteretur, Gregorius adhuc Leuita, litaniam maiorem indicxit, Pelagio Papa eadem peste extincto: paulo plus quam centum anni secundum Chronographos inueniuntur.

Signi crucis pro uexillo à Constantino suscepti est. Rogationes antiquiores sunt litania Gregorij centum annis.

Euangelij.

¶ Vtrorunq; salutare & opportuna traditione eodem celebrantur officio, quo commoneur per euangelicam similitudinem, perseverare pulsantes ad ostium amici, scilicet domini nostri Iesu Christi, cuius ostium iam clausum est, & pueri eius cum ipso sunt in cubili: quia uidelicet, ex quo ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, in templa sua tanquam in cubile receptus, illic post laborem passionis in lectulo consummata glorie requiescit, & cum eo pueri eius, id est, sancti, qui de mundi huius laboribus exierunt. ¶ Atq; in deo (sicut in introitu cantamus) exaudit uocem nostram, si, quemadmodum in offerenda dicimus: Confitemur domino nimis in ore nostro, nimis inquam, id est, usque ad improbitatem, propter quam surgat amicus ille euangelicus, & det amico suo panes quotq; habet necessarios. ¶ Epistola pulsantem ad amici ianuam competenter animat ad perseverantiam, de Helia proferens exemplum ut argumentetur à simili, posse amicū uinci improbitate pulsandi. ¶ Nec desperet qui pulsat, eo quod sit peccator, & exemplum propositum est de iusto. Peccatoribus enim propositum est. Si quidem peccatoribus loqui se indicat idem Apostolus, scilicet incipiens: Confitemini alterum peccata uestra. Sed hoc est iustitię principium. Iustus enim in principio accusator est sui, id est, ab accusatione sua incipit iustificari. Peccator ergo, sed accusatione sua iustificatum, illa concludit uniuersalis sententia. Multum enim ualet deprecatio iusti assidue: & iccirco illi exemplo quoq; licet uti, quod propositum est de iusto Helia, ut pulsans, si nō amicitię causa, sicut in Euangelio dictum est, saltem improbitate perseverantię uincat.

Lucę 11 Psal. 67

Introitus. Psal. 17 Psal. 108

Epistola. Iacobi 5

Peccator accusatus seipsum exaudit.

Ibidem.

Prouerb. 18 Iacobi 5

DE MISSA IN UIGILIA ASCENSIONIS DOMINI. Caput VI.

In uigilia ascensionis domini illa ponitur Euangelij lectio, qua dominus Iesus mox tradēdus, subleuatis oculis in cœlum dixit: Pater uenit hora clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Causa autem cur in huius solennitatis præuentione legatur, hæc est: quia quod tunc orauit passurus, quando ascendit, completum esse innotuit hominibus uidelicet quia moriens, sicut dicit in Canticis, ascendit in palmam, & resurgens apprehendit fructus eius. Quod quia per ascensionem, ut dictum est, innotuit hominibus ad ipsorum salutem: homines quippe sine notitia uel fide eius non saluarentur: recte hæc, ut dictum est, oratio legitur, qua hoc ipsum orauit, iam iam per passionem uiam, per mortiferi torrentis potum ad illam icurus gloriam. Notandum autem, quod cum dixit: Clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te, protinus adiunxit: Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, & omne quod dedisti ei det eis uitam æternam. Non dixit, & da ei, sed sicut dedisti ei potestatem. ¶ Quamuis enim propter passionem mortis gloria & honore coronatus sit dominus Iesus: & iccirco deus illum exaltauerit: quia factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: tamen & ante ipsam mortem, ante ipsam crucem, dederat ei pater regnum, dederat ei potestatem omnis carnis: sed non erat tempus, ut in eodem regno uel potestate, cum adhuc mortalis esset, clarificaretur. Quod ut euidētius comprobetur, libet de ueteri profere historia similitudinem autenticam, cunctis pene uenerabilium literarum studio cognitam.

Iohan. 17

Cantico. 7

Potestas à deo Christo data. Hebræo. 2 Philip. 2

David in accipienda bis potestate regni Christi præfigurauit.

1. Reg. 2 1. Reg. 15

¶ Ecce sanctus David, qui hunc desiderabilem atq; manu fortem Christum nomine suo signauit, factis præfigurauit, repromissione hæreditauit, Psalmis cecinit propheticis alio iuxta modum suum glorificatus est atq; alio tempore, dei dono, regni potestatem accepit. Tunc enim gloria sua glorificatus est, quando mortuo Saul ascendit in Hebron, susceptus primum à tribu Iuda, dein de ab uniuerso Israel: tunc autē eandem illi deus dedit potestatem, quando sustulit eum de gregibus ouium, & per manū Samuēlis unxit in regem, in medio fratru suoru. O quātis à potestate accepta, usq; dū regno frueret, inter fluctibus potatus est amaritudinib⁹

quantis persequente Saul, deus coronam eius fabricans, erudiuit eum laboribus. Plane hac si militudine res quę propofita est, facile colligitur. ¶ Sic enim & dominus noster, antequam clarificaretur ea clarificatione, pro qua nunc orat dicens: pater clarifica filium tuum: acceperat regiam dignitatem unctus oleo exultationis præ participibus suis: non tunc primū quando Ierusalem sanctus in specie columbę uenit: sed iam tunc, quando in secreto uirginis utero assumptus est homo uerus à uero deo dei uerbo, per operationem sancti spiritus, cuius uniuersa plenitudo, quę in illam incarnationem effusa est, bene per cornu olei designata est, q̄ David in secreto paternę domus, ut ignoraret Saul, unctus est. ¶ Et sicut uitulus quę ex præcepto dei tulit secum Samuel, fefellit Saul, ut nesciret quid ageretur in domo, nec quicquam opinaretur præter quod præ tendebat præparatio uiculi, id est, uorum sacrificij: sic mortalis natura hominis, quę in mundo apparuit, fefellit diabolum, ut nesciret quid actū esset in utero uirginis, nec aliud quid opinaretur in Christo, nisi quod foris ostendebat carō passibilis, id est, hominem purum, per omnia nostrę obnoxium corruptioni, ut putabat, carnemq; peccati comprehendit tamen processu temporis, posse illum contraire suę tyrānicę dominationi quemadmodum & Saul dæmoniosus, in uirtutibus David intellexit, quod contra thronum suum ageretur in illo, per eum qui à se recesserat, & in David dirigebatur spiritus domini.

clarificatio Christi. Iohan. 17 Psal. 44 March. 13 Coloss. 2 1. Reg. 15 Mytteriū incarnationis diabolo occulta tum.

1. Reg. 16

¶ Igitur quod ait dominus noster, in stāte mortis articulo, pater uenit hora, clarifica filium, ut filius tuus clarificet te, statimq; subiungit: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam æternam, tale est, ac si dicat David, persequente Saul, in deserto Ziph, siue in deserto Maon ad petram diuidentem, quando desperabat se posse euadere, in facie Saul: dicat inquam deo, qui exauditor est omnium: Memor esto uerbi tui seruo tuo, id est, quomihī spem dedisti uel, sicut iurasti David in ueritate tua: tunc uidelicet, quando tulisti me de ouibus patris mei, & unxisti me unctōne misericordię tuę.

1. Reg. 22

Psal. 118. 88 1. Reg. 16

¶ Quod autem paulo post ait: Et nunc clarifica me tu pater apud te ipsum claritate, quam habui, priusquam mundus esset, apud te sic omnino accipiendum est, ut nullatenus uerbi diuinitatem ab illa claritate, quam habuit in principio deus apud deum, obscuratam fuisse arbitremur. Nam neque orat Christus secundum diuinam naturam, sed secundum eam, quę protinus mortura erat, ferri formam. ¶ Quomodo ergo natura serui claritate prius habita se poscit clarificari, uel quomodo eam prius q̄ mundus esset, habuit: Videlicet, propter personam unitatem, suam claritatē, illam ueraciter asserit esse formam serui, quam habuit priusquam mundus esset apud patrem, illa quę sibi unita erat, forma dei. Et sic omnino claritatē tunc habuisse constanter dicenda est forma serui, quomodo dicitur de cœlo descendisse filius hominis: Sic enim ait: Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo: non enim homo, qui uidebatur de cœlo descendit, sed qui conceptus & natus est de carne Marię uirginis. Itemq; homo filij hominis, qui, ut dictum est, de terra carnis cōceptus & natus erat, & hæc in terra cōsistens loquebatur, non in cœlo erat, sed in terra gradiebatur, paulo post capiendus, crucifigendus, in terra sepeliendus. ¶ Igitur quemadmodum propter personam unitatē, filius hominis de cœlo descendit, quia uerbum sibi unitum in cœlo & ubiq; erat: sic propter eandem personam unitatem nunc ait orans natura hominis, clarifica me tu pater apud te ipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset apud te.

Forma serui dicitur clarificari claritate quę fuit a diuinitate. Iohan. 3

¶ Sed iam nunc ad eas huius euangelicę lectionis partes sermo concedat, de quibus cetera pendet officij membra. Post pauca, ubi ait: Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, continuo subiungit: Quia tui sunt, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et circa finem eiusdem orationis: Non pro his tantum rogo, inquit, sed & his qui credituri sunt per uerbu eorū in me: ut sint unū sicut tu pater in me, & ego in te, ut sint in nobis unum, & cætera. ¶ Vnum, inquit, sint in nobis, sicut & nos unū sumus, modo uidelicet supra dicto: quia quos dedisti mihi, tui sunt, nec in meum ius transeundo, tui esse desierunt, & mea omnia tua sunt: & ideo uerius tua, quia mea esse cœperunt: Delectat propius hunc intueri modum cōmunicationis, ut intelligamus ea quę patris sunt, ex eo uerius patris esse, ex quo homini Christo data sunt. Hoc itaq; nō prætereundum, quod anteq̄ in rem publicam dei patris introduceretur hic filius hominis, & (sicut Daniel aspexit in uisu noctis) adduceret usque ad antiquum dierum, quia & dedit ei potestatem, & honorem & regnum, ut omnes populi, tribus, & lingua & ipsi seruirent immunita atq; in coniuncta creatori erat rerum uniuersitas, quia uidelicet inter creatorē & creaturam nullus erat medius: Nam quicquid erat aut creator erat, aut creatura. ¶ V ergo mediū inueniretur perfectę societatis uinculū, hic introductus est, qui ex eo creatorē & creaturā firmius annecteret: quia unus idemq; Christus utriq; est, creator uidelicet atq; creatura. Creator, quia deus: creatura, quia homo. ¶ Et licet Apostolus dicat: Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahę apprehendit nec sic tamē angeli expertes sunt huius dignationis: quia profecto cum omnis creatura sit homo, habens

Iohan. 17

Ve sint in nobis unū, sicut & nos unū sum⁹.

Danielis 7. Christ⁹ uinculū societatis inter deū & hominem. Hebræo. 2. Angel⁹ q̄ gratiam dū sup icar natione uerbi.

esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum pecoribus, discernere cum angelis, cum inquam homo iuxta aliquid omnis creatura sit, hominem autem deus assumpserit, relinquatur & angelis gratulari, quod is qui super ipsos creator erat, creatura quoque cum ipsis est, Amplius autem & hoc ad rem attinet, quod homo, cum secundum solum corpus quandam invisibiliter mundi similitudinem gerat, ex quatuor elementis compositus, unde à Græcis *μικροκοσμος*, id est, minor mundus appellatur, secundum solum animam angelicæ substantiæ est, uel dicitur rationalis atque immortalis, hac sola, ut angelus quoque à creatore distans substantia si differentia, quod creata est. Itaque & ad angelicæ creaturæ exultationem illud attinet, quod deus homo factus est. ¶ Igitur sicut supra dictum est, ut esset quæ creator atque creatura firmius neceretur, hic in rem publicam creatoris, filius hominis mediator introductus est, qui in humana natura, quod non habuerat accipiens, potestatem non sibi usurparet, sed iuxta Apostoli, deo & patri regnū traderet, dicens, ut supra positum est, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, atque hic est modus communicationis & similitudinis, quam in dicitur, ait, ut sint in nobis unum, sicut & nos unum sumus. ¶ Quem uerissime tenens sacri compositor officij, huic Euāgelio illustrationem illam de Actibus Apostolorum præscripsit: Multitudinis credentium erat cor unum et anima una, nec quisque eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat. Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat. Plane per hoc indicat, qualiter accipienda sit, quod dicitur ait orans, ut sint unum sicut & nos, & quod præmiserat, omnia mea tua sunt, & tua mea sunt, si solè in sua, præ infirmitate oculorum, altitudine perspicere non possumus, progressum eius in gradibus suppositis cõtemplemur, id est, si hominem deificum in communione trinitatis sine personarum augmento admisimus, in seipso peruidere non possumus, quæ tẽ plenitudinis sibi cõsuet, dicat, oia mea tua sunt, & tua mea sunt, ad imitatores eius respiciamus, de quibus dictum est: Multitudinis credentium erat cor unum & anima una, &c. in hoc minori de maiore illo argumẽtemur.

¶ Necessario concedendum est minus esse cõmunionis, minus esse concordie uel charitatis, minus gratiæ spiritus sancti in pluribus hominum, in multitudine hominum, quibus credentium, quis in istorum, quis in ueritate & charitate ambulantium: plus uero in patre & Christo filio, deo & homine, in quo natura humana sic diuinæ unita est naturæ, ut cõ illa per sonam duplicare non ualeat, adeo concordie & charitatis fecunda, ut nulla unquam defuerit illi sancti septiformis spiritus gratia. Sed ecce in his pluribus & longe minus habentibus, tanta cõmunitio, tanta charitatis cõcordia est, ut in spiritualibus cor illis unum & anima una sit, in corporalibus quoque nihil proprium, sed omnia sint cõmunia. ¶ De corporalibus liquet, quanta sit cõmunionis charitas: quia tales profecti sunt de baptismo, ut eleganter cõparentur gregi tonfarum, quæ ascenderunt de lauacro, ut spoliati uelleribus rerum quas ponebant ante pedes apostolorum. De spiritualibus quoque passim in scripturis, & maxime in Apostolo, clarum & euidentibus habemus unitatis indicium. Qui cum dixisset: Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministracionum sunt, idem autem dominus, paulo post subdidit: Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra, cum sint multa, corpus unum sunt: sic & Christus. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. ¶ Tale quid & in beati Laurentij responsis inuenimus. Qui cum Decio pauperes ostendisset, non de panniculis uel morbidis eorum corporibus, sed de donis sancti spiritus quem credentes acceperant, dixit: Ecce isti sunt thesauri eterni, qui nunquam minuuntur nec decrescunt, qui in singulis aspergunt, & in omnibus inueniuntur. ¶ Diuisiones namque gratiarum pauperes Christi accipiunt, suorum singuli munere funguntur, sed suam singuli diuina gratiam omnibus impartiuntur. Verbi gratia: spiritus scientiæ, spiritusque pietatis, bonæ partes thesauri celestis, in singulis Petro & Paulo asperse sunt, sed in omnibus inueniuntur, dum ab ore Pauli scientia cunctis auditoribus pro captu auditorum affluit: pietas autem Petri suomet erudita lapsu, cunctis peccatoribus, rite pulsantibus, misericordie competentis ianuas aperit. Sic uniuerso corpori & oculis uidet, & auris audit, nec potest dicere oculus manus, opera tua non indigeo, nec caput pedibus, non estis mihi necessarij.

¶ Igitur illa trinitatis cõmunionem assumptæ naturæ hominis longe firmiter unanimitatis cõnexio est, propter quam dicit: Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: quam & si nunc uidere non possumus, sicuti est, saltem per speculum huius similitudinis nostræ, nonnulla ex parte speculamur. Et ecce magni quiddam & mirabile, cœlisque ac cœlorum uirtutibus spectabile, apparet in illa beati filij hominis natura, cui cum patre sunt omnia cõmunia, scilicet & quæ in se habet naturaliter, & quæ sub se condidit potentialiter. Habet enim pater in se naturaliter uerbum de se natum, sed hoc erudite illo habet homo ille in se incarnatū, habet pater nihilominus spiritū sanctum, nihilominus à se procedentem, habet homo ille spiritum sanctum semper in se requiescentem. Cõdidit sub se pater potentialiter cœlū & terrā, & oia que in eis sunt, angelos, archangelos, thronos, dñationes, principatus, potestates, uirtutes, cherubim atque seraphim, drachmamque

Christus in ter creatorem & creaturam mediator.

1. Cor. 15. Epistola. Act. 4.

Homo deificus ab ipse personam trinitatis augmento.

Declaratio cõmunionis inter patrem & Christum, per similitudinem minorum.

Multitudinis credentium cor unum & anima una. Cantico. 4. 1. Cor. 12.

Responsa sancti Laurentij.

Sciencia Pauli, & pietas Petri alijs cõmunicata. Esaias 11.

1. Cor. 1. Oia mea, tua sunt, & tua mea sunt.

1. Johan. 3. 1. Cor. 15.

Coloss. 1.

drachmamque decimam, id est, hominem. Coniunxit uero in seipso, & pacificauit hæc omnia uerus hic homo Christus, & super hæc omnia constitutus est, & omnia subiecta sunt sub pedibus eius. Sed et super thronum pater ille antiquus dicitur, sedet & agnus hic filius hominis imò pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: & (sicut alibi dicitur) potestatem dedit illi iudicium facere, quia filius hominis est.

¶ Omnes ergo gentes, sicut in Introitu cõtamus, plaudite manibus, iubilate deo in uoce exultationis, plorante & moerore seipsum comfumente diaboli inuidia, quia frustrata est, imò quæ profuit, dum nocere cupit quia priusquam caderet homo, tantum erat homo: nunc autem dum casum corrigit, dum ascendit, deus est & homo. ¶ Nunc est dominus, nunc est excelsus, terribilis, rex magnus. Dominus, in quâ est, & in uniuersa terra admirabile nomen eius: excelsus, quia super cœlos eleuata est magnificentia eius: terribilis, quia quemadmodum ascendit, ita ad iudicandos uiuos & mortuos reuertetur. Et hic rex magnus nunc in illa sedet curia uictor ad dexteram patris, honore coronatus & gloria, speciosus & expectabilis rex in illa sua beata republica, patris non mortui, sed & nunquam morituri hæres, mortuus semel, & ultra iam non moriturus, cunctos patris imperatoris antiqui possidens thesauros in arca peccatoris reconditos, unde & dona dat hominibus, alij fidem, alij sapientiæ uel scientiæ sermonem, alij discretionem spirituum, alij generalium linguarum, alij interpretationem sermonum, alij operationem uirtutum, & his similia. ¶ Omnes itaque gentes, ut dictum est, plaudite manibus, i. cum lætitia bene operamini. Elegantius quicquam præmitti non potuit ad introitum, secundum prædictum euangelij sensum, siue lectionis Actuum apostolorum. Nam in eo quod ait, plaudite manibus, & operatio, & supradicta charitatis communicatio, breuiter cõmendatur. In lausu enim lætitiæ, manuumque concursio conspicitur. Ita ergo manibus plaudere iubemur, ut hilari charitate quicquid habemus, quicquid scimus, quicquid possumus, cõmune faciamus, ut hoc pacto unum simus, ut Christo tanquam corpore cõsona membrorum aptitudine coheræeamus.

De officio in die dominicæ ascensionis. Caput VII.

Officium diei dominicæ ascensionis, gaudium cunctis eius cantat dilectoribus: quia dum eundem redemptorem nostrum ad cœlos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cœlestibus habitamus: & spei certitudine iam possidemus rem, ad quâ illi peruenisse gaudemus. Nam (sicut ipse ait) ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilæ, illuc subsequenter ueri solis contemplatores & amatores claritatis eius, ubi ipse est, quorum animæ uirtutum pennis cum terrenorum despectu ad cœlestia subuolant, nec ad terram propter cadauera sese iterum deuoluunt. Et enim corpus quo solo huiusmodi agere possunt, in cœlo est: corpus (inquam) Christi, in quo corporaliter habitat plenitudo diuinitatis, quæ angelos pascit, quæ cibis est & uita æterna omnis creaturæ rationalis. ¶ Hoc in quâ gaudium diei præsentis prædicat officium: sed illud hoc ipsum sollicitat gaudium, quod pariter angelorum decantamus uoces dicentium: Sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. Nam ascendit quidem deus in iubilatione, scilicet apostolorum, qui adorantes (ut Lucas refert) reuerfi sunt in Hierusalẽ cum gaudio magno, cuius gaudij participes maxime sunt hi, qui in se perfectionem habentes charitatis, fiduciam habent in die iudicij. Ascendit, inquam, deus in illorum iubilatione, sed ascendit & in uoce tubæ, id est, cum terrifico eiusdem iudicij præconio, dicentibus angelis: Sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. ¶ Eorum quippe, qui in pace ecclesiæ finiuntur, nimis rarus quisque est qui ita pugnet, ita legitime decerret, ut illa ueniens regis insignia, scilicet crucem clauorumque signa securus aspiciat, & irreuerberata deosculetur cõscientiam qui, in quâ, ita crucem suam bauiando, illi securus sit, ut iure lariga repositat pro laboriosa militia tanti triumphatoris donatiua, imò ut secundum parabolam dicitur sit ab ipso propositam: rarus est & talenta, quæ homo hic peregre proficiscens sibi credit, cum debito lucro reportet, id est, dona quæ de dit hominibus, ascendens in altum & captiuam ducens captiuitatem, scilicet carnem, cuius naturam ostas mentes in hoc seculo tenet captiuas) ita proximorum utilitatibus impederit, ut nihil ex eis in terra defossim, id est, in terrenis usus prauæ detorum, ab usura spūali uacare permiserit. Sed esto: Inuenitur interdum, qui probe uiliterque in huiusmodi studijs brachium suum roborauerit, & merito laudat: quia cum desideret alij nudas ac deseritis erant lateribus, hic multo milite stipatus incedit, & illi regi cum decem milibus occursum est ad bellum, id est, ad disceptationem iudicij. At ille rex iuxta parabolam euangelicam cum uiginti milibus uenit: quia uidelicet, cum hic seruus bonus & fidelis, tantum de factis suis rationem reddere uix possit, ille dominus eius de cogitationibus quibus rationem exiget, cum redierit. Atque ita duplici terribis interrogationum exercitu, necesse est suis diffidat simplicis ac dimidiatis responsionibus.

¶ Igitur dū de legatione mittenda & pace roganda, solliciti responsum pacis eiusdem expectamus, gaudemus quidem, ut supradictum est, in spe, sed hoc ipsum gaudium spei, magna ex parte metus imminuit. Et quia sollicitudo hæc salubris est, cõpetenter hic epistolæ finalis aculeus, & ad introitum, L 4 & ad

Psal. 8.

Ioh. 5.

Introitus. Psal. 46.

Exaltatio hois. Psal. 8. Actus. 1.

Psal. 67.

1. Cor. 12. Oes gentes plaudite manibus.

Vbi corpus, illuc congregabuntur aquilæ.

Matt. 24. Luc. 17. Colo. 2.

Ioh. 6. Act. 1. Luc. 24.

Psal. 46.

In pace decedentes, bene timet ueritatem iudicij. Lu. 9. & 12.

Matt. 25. Psal. 67.

Rom. 7.

Luc. 14.

Sic ueniet
quod ad uid.
eum i coc.
1. Cor. 1.

Esaia. 26.
Veniet iudice
quod erit terror.

1. Petr. 4.
Iob. 41.
Behemoth

An isti angeli
pauciscent in die
iudicij.

Effrem.

Soph. 1.

Marc. 16.

Sedet a dex-
tris dei.
Dan. 7.

Psal. 109.
Error Huma-
niformior

Rom. 1.

Sede a dex-
tris meis. i.
secundu huma-
nam natura.
Dan. 7.
Psal. 69.

Ascendit sup
caeli coeli
ad orientem.

1. Cor. 15.
Humana na-
tura Christi
modo im-
mutata est.

& ad offerendam frequentatur: Sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in caelum. ¶ Tota autem uis sententiae, tota pene huius euangelicae animositas tubae, magis in ea personat distinctiulla, quae uerbo apposita est, Sic ueniet. Percutit enim acriter infelicem superbiae eorum, quicquid transiixerunt, perditamque mundi sapientiam ac reprobam fulmine ferit prudentiam: quia tunc uere quod infirmum est dei, fortius erit hominibus: & quod stultum est dei (stultitiam quippe Iesum Christum crucifixum reputauerunt) hominibus sapientius erit, ipsis cum dolore fatentibus. ¶ Tunc implebitur illis illud Esaiae terrificum uaticinium: Domine, exaltet manus tua, ut non uideant: subauditur, gloriam domini. Gloriam enim domini, id est, diuinitatem filij hominis Iesu Christi non uidebunt impij, quam uideret salus uideritum erit, sed uidebunt carnem, quam spreuerunt, illuserunt, conspuerunt, flagellauerunt, spinis coronauerunt, transiixerunt. Hoc etenim secutus ait idem propheta: Videant & confundantur, Quae confusio malae conscientiae quanta sit exprimens, Et ignis, inquit, hostes tuos deuoret, Tunc tremant angeli & archangeli, impij autem ubi parebunt: Tremet, inquam, angeli, & (sicut ait dominus ad beatum Iob) terribi purgabuntur, quando Behemoth, qui factus est ut nul lum timeret, qui est rex super omnes filios superbiae, mirabiliter creatus, & in sua natura malitiae & ferocitate conspicua formidabilis, coram filij hominis fortitudine adducetur, patefactis inferni uisceribus, & uidentibus cunctis praecipitabitur. ¶ Et quidem sancti angeli purgatorio terrore non examinandi probantur: solidi autem sunt ut firmamentum, quomodo molitiae aquarum fertur in solidum uerti crystallum, ex quo peccante illo peccati principe, ipsi peccare nolentes, hoc in remuneratione acceperunt, ut iam peccare non possint nisi quia conditionis eiusdem cum essent, peccare & ipsi potuissent, possibilitate eandem sibi unquam sufficit fortassis intuitu praesentis irae pauebunt, quae & ipsi incurere poterant, si a gratia delerit fuissent. Ait quippe dñs Effrem, quia ipsa agmina angelorum expauescet in die aduersus eius & contremiscet. Sed de hominibus sanctis, quae annuntiatio ueritatis dei, supernorum imitatur officia spirituum, & idcirco commune cum illis uocabulum sortiuntur ut angeli uocentur (angelus quippe nomen est officij, non naturae) de his, inquam, hominibus non est dubium quod tremant, & terrore purgantur. Si ergo tremant sancti angeli, ubi parebunt impij: Dies illa super eos dies irae, dies calamitatis & miseriae, dies magna & amara ualde.

De eo quod dictum est, Et sedet a dextris dei, Caput VIII.

Haec itaque sollicitudo nobis gaudium praesens imperfectum reddit, cuius summam solum in euangelio Marcus pericribit. Nam cum dixisset, Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, ascendit in caelum, addidit hoc: Et sedet a dextris dei. ¶ Summa quippe gaudij nostri est, quod uera carnis nostrae natura in illo nos hominis filio praecedens, confedit a dextris dei, quem uenietem iuxta daniellem in nubibus caeli, hodie uenerandus ille antiquus dierum cum milibus milium sibi ministrantium, & decies milies ceteris milibus sibi assistentium in illo throno suo flammeo suscepit, dignam cano capite suo sententiam elocutus, iuxta patrem ipsius, secundum carnem David, Sed a dextris meis &c. ¶ Quod non sibi accipiendum est, ut Humaniformij putant, quod deus ita ut nos, hinc dexteram atque inde habeat sinistram, & humana forma circumscriptus sit, aut hoc ipsum quod deus sedere dicitur, flexis poplitibus fieri putandum est: nec illud incidamus sacrilegium, inquit Augustinus, in quo execratur Apostolus eos, qui commutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem corruptibilis hominis. Tale enim simulacrum deo nefas est Christiano in templo collocare, multo magis in corde nefarium, ubi uere dei templum est, sedere ergo quod dicitur deus, non membrorum positionem, sed iudiciariam significat potestatem. ¶ Et quod ait Christo domino, sede a dextris meis, id est in mei aequalitate, quod idem est ac si dixisset, Congrega mecum. Et hoc secundum humanam naturam illi dictum est: quia secundum illam datum est ei regnum & honor, & omnes populi, tribus & linguae ipsi seruient. Vnde & in comunione canimus: Psallite domino qui ascendit super caelos caelorum ad orientem. Humana quippe Christi natura, dignitate uirtutum omnium & sanctitatis, omnem spūalem excessit creaturam, intantum ut ascenderet usque ad orientem, id est usque ad filium sibi personaliter unitum, quia praeter deum nihil, trascendendo, dimisit. ¶ Vbi notandum, quia non dixit ad ortum uel orientem, sed ad orientem. Illa enim ineffabilis genitura, non secundum praeteritum & futurum consideratur, sed semper non praesentis filius a patre generatur. Veruntamen hoc localiter quoque accipiendum est, quia ascendit super firmamentum caeli, & hoc uersus orientalem plagam. Nam quod dictum est, usque ad orientem, id est usque ad filium sibi personaliter unitum, non utique secundum locum, sed secundum humane naturae immutationem dictum est, quae immutatione & nos iuxta Apostolum pro modo nostro immutabimur. ¶ Nec uero sic immutata est, ut in illa orientis substantiam uera carnis substantia transiret, sed accessit gloria, non decessit natura: absorpta est passibilitas, successit impassibilitas: perijt mortalitas, acquisita est carni uerbi coaeternitas. Sic in similitudine lapidis a quae duratur, Crystallum namque similitudo lapidis est, non suapte natura lapis: ga durata

rata gelu aquae substantia, sicut aiunt physici, speciem hanc efficit. Quod ad praedictam immutationem carnis apta similitudine referri Gregorius perhibet in Ezechielem, dum dicitur Corpus redemptoris nostri, quia usque ad mortem passioni subiaceret, aquae simile iuxta aliquid fuit: quia nascendo, crescendo, lassescendo, esuriendo, sitiendo, moriendo usque ad passionem suam per momenta temporis decurrit. Sed quia per resurrectionis suae gloriam ex ipsa corruptioe in corruptionis uirtute conualuit, quia crystalli more ex aqua duruit, ut in illo & haec eadem natura, & ipsa iam quae fuerat, corruptionis immutabilitas non esset. Aqua ergo in crystallum uersa est, quando in corruptionis eius infirmitas per resurrectionem suam ad incorruptionis esset firmitatem solidata. Et notandum, quia cum species crystalli per pulchra sit, dicitur in hac significatione, quasi aspectus crystalli horribilis: quia redemptor noster unus idemque serenus iustus, iniustus autem (ut supra dictum est) apparebit terribilis. ¶ Igitur sicut aqua, non penne substantia uel substantiae quantitate, sed solum qualitate, quae fluxa fuerat, in soliditatem transeunte, in similitudinem lapidis duratur, sic dominicus homo, cui psallimus, non pereunte substantia membrisque, quae seruat numero uel quantitate, ascendit primum quoad resurrectionem, ascendit, inquam, in localiter ad orientem, id est, diuinitatis (de qua supra dictum est) conformatem atque coeternitatem, sola penitus absorpta quasi fluxa qualitate, secundum quam timuit, potuitque tædere & pauere, & dixit Tristis est anima mea usque ad mortem, & cetera talia. secundo autem ascendit & localiter hac die, uidentibus apostolis, super firmamentum caeli (ut supra dictum est) ad orientem, id est, ad orientalem plagam. ¶ Vbi autem & quomodo sit dominicum corpus in caelo, curiosissimum & superuacaneum est quaerere, inquit Augustinus in libro de fide catholica, Tantummodo in caelo esse credendum est. Non enim est fragilitatis nostrae, caelorum secreta discutere.

Quod autoritate euangelij processio fiat in die ascensionis dñice, Cap. IX.

Quod hac die processionem agimus, illud nobis commendat, quod dominum nostrum sequi debeamus in ipsum caelum, quo praecursor ipse introijt, per eandem obediētiā uiam, quam ipse, factus obediens usque ad mortem, exemplo suo praemonstrauit. Nam & ipse mox ascensus in caelum, hoc ipsum significare dignatus est, sicut Lucas euangelista refert. Cum enim dixisset dominus, Ego mittam promissum patris mei in uos, uos autem sedete in ciuitate, quoad usque induamini uirtute ex alto, secutus Lucas adiunxit: Eduxit autem eos foras in Bethaniam, Eductione illa, quod nos eum sequi uideamus (ut praedictum est) nomine Bethaniae (quod interpretatur obedientia) significauit, quod imitatio eius obedientiam, membra eius esse, & cum illo omnia uerbo uirtutis suae portante, ascendere ualeamus. ¶ Recte itaque de responsorijs, quae magis ad eandem pertinent eductionem, diligentis ecclesiae ordines cantant in hac processione, ut nos responsorium hoc, Eduxit dñs Iesus discipulos suos foras in Bethaniam, & benedixit eis, quod ex euangelio Lucae sumptum est. Hoc enim cantando & procedendo, nobis inuicem loquimur, & commemoramus id ipsum, quod illa dominus eductione significabat, uidelicet quod quae es eius de mundo foras exire debebat, sicut iam dixerat illis: Ego elegi uos de mundo, ut eatis & fructum afferatis. Quod eatis? Vtique in uniuersum mundum. Nam hoc est, quod & tunc ait illis secundum Marcum: Euntes in mundum uniuersum, praedicate euangelium omni creaturae. In quo Iudaeos palam percutit uane gloriae res, quod peculiaris populus dei sint. Nam praeter hoc quod iuxta aliquid (ut ait beatus Gregorius) homo omnis creatura est, habet enim esse cum lapidibus, uiuere cum arboribus, sentire cum bestijs, discernere cum angelis, praeter hoc (in qua) Iudaeos (ut dictum est) percutit, dicens, omni creaturae. Cōpendio quippe usus est, dicendo, omni creaturae, pro omni homini, si dixisset, omni homini, reddenda erat ratio cur non Iudaeo soli. Quae autem ratio melior poterat reddi, nisi quae sicut Iudaeus creatura dei est, ita & gentilis: Vnde Apostolus ait: An Iudaeorum deus tantum nonne & gentium: imo & gentium. Pulchre igitur cōpendio usus est, dicens, omni creaturae, quod noie simul & oem exprimit hominem, & praecipui iustitiae apponit rationem.

Cur eadem processio non ante, sed post tertiam agatur, Caput X.

Cur igitur hac die processionem rationabiliter agamus, nihilominus & hoc rationale est, quod non, sicut in die Paschae uel ceteris dominicis, ante quam tertia canteatur, sed ea cantata celebratur. Sola namque processio dominicalis, quia tunc aqua benedicuntur in memoriam & uenerationem sacri baptismatis, sicut alias iam dictum est: sola (inquam) eiusmodi processio tertiam praecedat, quae hora spiritus sanctus super apostolos aduenit, ut sicut baptizatur, & sic ipsum sanctum accipimus, sic aqua benedicta prius nos & loca nostra respergamus, & sic aduentum spūsancti memoriale, scilicet horam tertiam decantemus. Cur autem dominica die sic nobis baptismatis sacri memoria renouetur, supra dictum est, ubi de sacra Paschae solemnitate uel ordine pro posse diximus. haec ergo & cetera, quae absque aquae benedictione aguntur, processiones, iure praemissam sequuntur horam tertiam, & secuturo sine interruptione iunguntur officio missae.

Greg. 1. Eze
ch. lib. 1. ho
milia 7.
Aqua i cry-
stalli uersa

Dñicus hō
ascendit ad
orientem du-
pliciter.

Matt. 26.
Marc. 14.

Curiosa
questio!

Phil. 1.

Luc. 24.

Riformis
processiois

Iohā. 15.
praedicate
euangelij oī
creaturae.
Matt. 16.

Rom. 1.

Processio
dñicalis fit
an, reliquae
post tertiā.
Supra lib. 7.
c. 20. & 21

Luc. 24. Act. 1.

Orandi no bis ut de fce dat spūsan ctus. Psal. 122.

Introitus.

1. Reg. 16. 2. Reg. 2. 2. Reg. 5.

Chriānorū triplex un ctio.

Impositio manuum ap̄tis de cco lo uenit. Iohā. 20. Heb. 4. tertia un ctio i cœle sti ecclesia.

Psal. 37. Esai. 31. Psal. 26.

1. Pet. 4. Iohā. 15.

Iohā. 17.

Luc. 24.

Lectiones noui testa menti. Act. 4.

Lectiones Pauli.

Scripturæ uera dicitur. Cant. 1.

Dominica huius officium uox est apostolorum, qui iuxta præceptū domini ascen dentis, sedebant in ciuitate, quo ad usq; induerentur uirtute ex alto, ut erāt unani miter orātes cum mulieribus & matre Iesu, sicut in Actibus apostolorum legitur. ¶ Non solum autem illorum, sed & nostra uox est corde & ore proferenda in au res domini, ut spiritus eius gratia dignanter ad nos usq; descendat, quaidelicet corporis eius dem, in quo præminet apostoli, nos quoq; membra sumus, licet ultima. Descendat, inquam, in nos unguentum illud, quod plenarie redundans capite, id est, in Christo, descēdit primum in barbam Aaron, id est, montani, scilicet eiusdem Christi domini nostri, super montem cœli exaltati, in barbam, inquam, id est, in fortes atq; perfectos uiros, patres nostros apostolos; descēditq; & in ora uestimenti eius, id est, in uicinos apostolis electos ex Iudæis; & sicut ros de fendat in montem Sion, id est, in omnem ex nobis gentibus fidelem. ¶ Huic ergo expectatio ni præsentis Introitus officij ual de cōgruit. Exaudi domine uocem meam qua clamaui ad te, Psalmo namq; uicesimo sexto descriptum est hoc, titulus hic inscribitur: Psalmus David pri usquam lineretur, id est, in regem ungeretur. Qui & mittit nos ad historiam. ¶ Dauid adhuc in domo patris sui, scilicet Bethlehem, puerulus unctus est à Samuele, regem illum futur; spi ritus sancto sic præsignante. Deinde unctus est in Hebron, & super tribum Iuda tantū regna uit mortuo, Saule. Postea uero tertio unctus est, quando totius Israëlitiçi populi prouinciam accepit. Quæ unctioes nobis mystificant aliquid. ¶ Sicut enim tertio unctus est Dauid, sic qui q; fideles participes debent esse ternæ unctiois. Prius in baptismo, ubi gratia spiritus sancti in nouantur; secundo, quādo per impositionem manuum episcopi donis eiusdem spiritus sancti augmentantur; tertio, in die iudicij, quando eiusdem spiritalis gratiæ perfectam dulcedinē adipsi centur. Non est autem credendum Dauid fecisse hunc psalmum, an te quā in domo pa tris lineretur; sed an post illam unctioem statim, an post secundam fuerit, incertum est. At nos quidem post secundam unctioem in expectatione terrij hoc officium canimus, iam em̄ impositionem manuum ab episcopis accepimus. ¶ Apostoli autem, quorum expectationem imitamur, secundam post primam unctioem præstolabantur. Nam illi post peccatorum te missionem, quam in morte Christi acceperant, insufflante illo ac dicente, Accipite spiritus san ctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, manuum impositionem expectabant de cœlo, ab eodem pontifice magno, qui penetratit cœlos, Iesu Christo, que secunda exitit illis unctio. ¶ Nos autem, hac secunda per illorum officium, ab episcopis cum sacro chrismate ac cepta, tertiā expectamus gratiam pro gratia, quā in illa cœlesti percipiemus ecclesia, tāta ple nitudine, ut merito uocetur ebrietas, & affluens uoluptas, sicut dicit Psalmista: Inebriabūtur ab ubertate domus tuæ, & torrēte uoluptatis tuæ potabis eis. Et Esaias dicit: Dicit dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusalem. Donum quippe spiritus sanctus in Sion, id est, in præsentī ecclesia quantumlibet ignis est, in Hierusalem autem, id est, in cœlesti patria caminus plenus & indeficiens est. Igitur secundum prædictam expectationem exaltamus in Introitu, Exaudi domine uocem meam qua clamaui ad te, & quia non sufficit uox corporis, addimus, Tibi dixit cor meum, quæsiui uultum tuum &c. ¶ Epistola qualiter hoc ipsum ora re debeamus, indicat, dicens: Estote prudentes & uigilate in orationibus &c. Euāgelium, Cū uenerit paraclētus, quem ego mittam uobis à patre, idcirco congrue legitur, quia promissio nem eandem apostoli expectabant, proculdubio in mente & in ore habebant simul & oratio nem quam in fine sermonis pro ipsi & pro nobis, qui per uerbum eorum credituri eramus, orauit ad patrem. Propter quod & communio congruit: Pater, cum essem cum eis. Offeren da quoq; Lauda anima mea dominum, ab re nō discrepat, quia sic scribit Lucas: Et erant in templo laudantes & benedicentes deum.

Cur hætenus apostolica literæ ad uigilias lectæ sint. Cap. XII.

Idcirco per hos dies dominicæ resurrectionis, id est, à Pascha usq; ad Pentecosten, apo stolica literæ lectæ sunt in uigilijs nocturnis, uidelicet Actus apostolorū, Apocalypsis, cum septem canonicis epistolis, quia testimonium personæ eiusdem resurrectionis, sic ut scriptum est, quia uirtute magna reddebāt apostoli, uidelicet tam uoce q̄ literis, testi monium resurrectionis domini nostri Iesu Christi. ¶ Diebus autem quibus tēpus illud signi ficatur, quo ante passionem suam in hoc mūdo uixit dominus, idcirco Paulus legitur aposto lus, quia pene ubiq; tota intentio eius est approbare gratiam toti mundo, id est, tam Iudæis q̄ gētib; fuisse necessariā, nec ullum ex operibus legis, sed sola fide Christi posse saluari. Itaq; toto tēpore, quo siue ante, siue post passionē suā domini nostri præsentia cōmemoratur, con grue noui testamenti præcones loquuntur, ut quasi ab sponsi præsentis ueribus, filij eius la cte consolationis potentur. ¶ Hæc siquidē scripturæ uera illa sunt, de quibus eidem sp̄so in Canticis ecclesia dicit: Quia meliora sunt uera uino, fragrantia unguentis optimis.

Finis libri IX.

Ruper.

De aduentu seu diuinitate siue operatione sancti spiritus. Cap. I.



QUAM uenerabilis & amplectenda sanctæ matri ecclesiæ filijs q; eius uniuersis debeat esse de aduentu spiritus sancti solennitas, consi derata personæ aduenientis dignitas, simul q; causa aduentus eius euidenter demonstrat. ¶ Ipse enim deus ac dominus est, patri filio q; consubstantialis & cōternus, increatus, atq; immensus: ut pote crea tricis tertia persona trinitatis, cui' absq; gratia, nulla in ordine cœ lorum consistit creatura rationalis: a quo recedēs angelus diabolus factus est, ad quem accedens homo, deo similis redditus est. ¶ Cau sa autem aduentus eius hæc est, ut quia sponsus ablatas est, filiorum eius curam atq; tutelam pupillorum suscipiat, & testamento patris legatam illis, imō sanguine eius conscriptam here ditatem, aduocatione legitima defendat, in omni pretorio, corā quouis iudice, rege aut tyran no siue principibus terræ. Proponenda namq; erat lis in iudicio de terminis paternæ possessi onis: & quum antiquus dierum dixerit huic, de quo loquimur, sponso, pupillorum patri: Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuā terminos terræ, futuri tamen erant qui hærediatem eius nimium uellent angustare, aut etiam annullare, ut Iudæi, qui in sua tantum synagoga: ut Donatus, qui in sola coartare contendit Africa: ut pagani, qui nullam illius possessionem usquam esse uolebāt. Præterea cœlorum prædia, quæ perdere pu terant filij supradicti patris testamento, sibimet legata, in fidantibus malignis spiritibus tu torem hunc fidissimum adesse oportebat, qui illos erudiret, protegeret, atq; pro delinquenti bus interueniret. Nam quid oremus? inquit Apostolus, sicut oportet necimus, sed ipse spiri tus pro nobis postulat gemitibus inenarrabilibus. ¶ Igitur iuxta personæ aduenientis digni tatem, & aduentus causam, gloriosa, splendida, uenerabilis & dulcis est sanctæ ecclesiæ domini solennitas hæc de aduentu spiritus sancti, æque ut illa sacrosancta festiuitas dominicæ resurre ctionis, quia uidelicet sicut nihil nobis nasci profuit, nisi redimi profuisse tuta nihil nobis redi mi profuit, nisi spūsancto illuminari, & peccator; remissionē accipere profuisse.

Spūsancti deus.

Spūsancti tutor hereditatis nre.

Psal. 22.

Rom 8. Qz necessari est nobis aduē spūsancti.

Qua autoritate sabbatho Pentecostes, sicut & sabbatho Pa schæ baptizadum sit. Caput II.

QUAPROPTER hæc duo tempora, id est, Paschæ & Pentecostes, à Romanis pontifici bus ad baptizandum præfixa sunt. Vnde magnus Leo scribens ad uniuersos epi scopos per Siciliam constitutos, cum de sabbatho sancto Paschæ, quo baptizandū sit, dixisset, adiecit: ¶ Additur sane huic obseruantię, etiam Pentecostes, ex aduen tu spiritus sancti, solennitas, quæ de Paschalis festi pendet articulo, & cum ad alios dies cetera festa pertineant, hæc semper ad eum diē, quæ resurrectione domini est insignis, occurrit, por rigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum, & eos quos à die Paschæ, aut molestia infir mitatis, aut longinquitas itineris aut nauigationis difficultas interclusit, inuitans, ut quibusli bet necessitatibus impeditis, desiderij sui effectum dono spūsancti consequant. Et paulo post: ¶ Hoc autem nos non ex nostra persuasione defendimus, sed apostolica autoritate satis ido neo probamus ex emplo, se quentes beatum Petrum apostolum, qui in ipso die, quo omnium credentium numerum promissum spūsancti repleuit aduentus, trium milium populum sua præ dicatione cōuersum, lauacro baptismatis consecrauit, quod sancta scriptura, quæ aposto lorum continet actus, fidei historia docet, dicens: His auditis, compuncti sunt corde, & dixē runt ad Petrū & ad reliquos apostolos: Quid faciemus uiri fratres? Petrus uero ad illos: Pœ nitentiam, inquit, agite, & baptizetur unusquisq; uesterū in nomine dñi nostri Iesu Christi &c. ¶ Digna sane & iusta tanti domini reuerentia, quoniam a quitas paribus in rebus paria iu ra desiderat, ut quia filius non nisi in digito dei fortem armatum resurgendo deuicit, & uasa eius diripuit, atque mundauit, æque huic digito dei, scilicet spiritus sancto, aduenientis, sicut & filio resurgētis suum repræsentetur opus, id est, sacri baptismatis effectus, maxime quia bap tismatis eiusdem regeneratio, propria sancti spiritus operatio est. De cuius regenerationis sa cramento nonnulla superius in sancto Paschæ sabbatho, simul q; de lectionibus & cantibus ad idem sacramentum pertinentibus, quātum proposita breuitas permisit, exposita sunt, quæ digna quæsitū uidebantur.

Verba Leo nis pag. 1.

Baptismus in die pēte costes exē plo b. Petri Act. 2.

Mar. 16. Luc. 11. Effectus bap tismi à spi ritu sancto

Quid pertineat ad sancti spiritus gratiam, lectio, Tentauit deus Abraham. Caput III.

Verum.

Veruntamen nunc illud prætereundū non est, qd ad baptismi gratiam pertinet illa, quæ de hac die legitur lectior Tentavit deus Abraham. De qua re quæ rebus facilis & aperta patet responsio, quia uidelicet in illa, quam celebramus, effusione sancti spiritus, illud impletū est, quod in hac lectione patri nostro Abraham dominus ait: Per memetipsum iuravi, quia fecisti hanc rem, & non pepicisti filio tuo unigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est in litore maris. Maxime quod addidit: Possidebit semen tuū portas inimicorum tuorum, atq; in femine tuæ benedicent omnes gentes terræ, pro eo qd obedisti uoci meæ. Illud, inquam, nunc impleri cœpit, quando spūs sanctus apostolorū pectora inuisibiliter penetrans, nouum dedit sanctificationis signum, ut in ore eorum omnium genera nascerentur linguarum. Sanctus enim spiritus tunc omnibus dari cœpit gentibus, manifesto, super genedico Cornelium & alios nonnullos ueniens signo, qui una & sola dei benedictio est, quæ benedicuntur omnes gentes in femine Abrahamæ, qui est Christus, quem in utero uirginis idē spūs sanctus præuenit in benedictionibus. i. omnium gratiarum suarum effusionibus, ut de plenitudine eius nos oēs acciperemus. Tractus hanc lectionem idcirco nullus prosequitur, quia canticum pater Abraham pro hoc facto nullum cecinisse scribitur, quippe quibus uel cum gbus caneret non habebat, unus & pene solus dei cultor, idemq; in terra aliena peregrinus. Cætera, ut supra dictū est, in officio sabbathi Paschalis pro posse dicta sunt.

Quod in honorem septiformis spiritus, septem sint officia, quinta uacante feria. Caput III.

In cunctis sacrosanctæ solennitatis huius officijs autoritas spūs sancti præminet, cuius & maiestas materiam præbet, quod maxime in epistolis, sumptis de Actibus apostolorū, clarum est in quibusdam tamen euangelijs, uel his quæ ad introitus officiorum, uel quæ dicuntur in offerendis, non adeo liquet in superficie literæ, qd personam uel propriam sancti spūs operationem prædicent: sed si perscrutemur, & ut ad latetia granaperueniamus, spicas manibus confricemus, cuncta ad illius operationem atq; ad baptizatorū competentē pertinere patebit instructionem. ¶ Sunt autē ab hoc sabbatho usq; ad aliud sabbathum officia se premuno die, id est, feria quinta, proprium nō habere, sed de dominica mutuare officium, uidelicet in ueneratione posita septem eiusdē spūs sancti donorum. Sed in his eo contenti nō erimus, ut iuxta propositum in officijs queramus partium cōcordiam, magisq; opificem nostræ salutis in quærendo, uenerabimur sancti spūs diuinitatē. ¶ Dignū quippe est, ut prophetica uel euangelica seu apostolica pensando dicta, quæ in his congesta sunt officijs, organistam antiquū suis ex uocibus, nō recentē agnoscamus esse deum, præsertim cū in his quoq; quæ hoc minus in litera personare uidentur, magnificētius interdum cōprobetur, interiore fideliter ponderato sensu, ut est illud: Cibauit eos ex adipe frumētī, & de petra melle saturauit eos.

Cur apostolus Paulus eos, qui in Iohannis baptismate baptizati fuerant, nihilominus baptizari fecerit. Caput V.

Lectio Actuum apostolorū. Factum est cum Apollo esset Corinthi & c. Cūctis huius hebdomadæ diebus lectiones de Actibus apostolorum sumptæ, sancti spūs euidēter prædicant potentiā simul & gratiam, quæ teneram nascentis ecclesie cū tanta dulcedine lactabat infantiam, ut imponētibus manus apostolis, loquerentur linguis fideles & prophetarent. Sed hodierna, id est, sabbathi lectio, unicam baptismi Christi cōmendat dignitatē, in eo qd Paulum discipulos, qui baptizati fuerant in Iohannis baptismate, rebaptizasse, imō quia baptizati nō fuerant in nomine dñi Iesu, baptizasse commemorat. ¶ Causa autem manifesta est, uidelicet quia baptismus Iohannis nō ad eandem uirtutem pertinet, quæ operatur in nobis baptismus Christi. Primo, quia Iohānes baptizabat in penitentiam, Christus uero baptizabat remissionē peccatorum. Deinde, quod maximū est, Iohannes nō baptizabat in nomine patris & filij & spūs sancti, quæ sola & unica regula est baptizandi, quam suo sanguine conscripsit, saluator post resurrectionē suam & non ante discipulis suis contra didit. ¶ Quæ tanta uirtutis atq; autoritatis est, ut quantacūq; dicat quis inter merita, si cuncta ex ordine quatuor euangelia percurrat, totamq; fidei catholice decanter expositionē orthodoxam, hanc autē solam omittat regulam, uerbum abbreviatum quidem, sed consummās: Ego te baptizo in nomine patris & filij & spūs sancti. Si, inquam, istud omittit, non fecit opus baptismi, atq; ideo frustratus, qui sic intinctus est, nihilominus baptizari indiget. Quod si sola hæc uerba deprompta fuerunt, quicūq; sit ille uerbi & aquæ minister, quicūq; baptizet, siue columba, siue coruus. i. siue castus, siue adulter aut ebriolus, siue catholicus, siue hæreticus, siue etiam ludo quod forte baptizet: nullatenus baptismū licet iterari, ne tanti nominis inuocatio uideatur annullari. Vnde licet fere nemo dubitet, liber tamen quiddam ad hoc pertinēs inferere, qd Ecclesiastica de Athanasii principis refert historia.

¶ Tēpore quo apud Alexandriā Petri martyris diē Alexander episcopus agebat, cū post exple-

expleta solennia, conuētuos ad conuiuium suum clericos expectaret, in loco mari uicino uideret eminens puerorum super oram maris, ludum, imitatum (ut fieri solet) episcopum, atq; ea quæ in ecclesiis geri mos est. Sed cum intentus diutino pueros inspicere, uidet ab his geri quædam etiam secreta & mystica. Perturbatos ilico uocari ad se clericos iubet, atq; eis quod eminens ipse uideret, ostendit. Tum abire eos, & comprehensos ad se perducere omnes pueros imperat. Cumq; adissent, quis eis ludus, & quid egissent uel quomodo, percontantur. Illi ut talis habet ætas, pauidi negare primo, dehinc rem gestam per ordinem pandunt, & baptizatos se esse quosdam catechuminos confitentur per Athanasium, quod illi illius puerilis episcopos fuerat simularum. Tum ille diligenter ingrens ab his qui baptizati dicebātur, quod interrogati fuerint, quid uel responderint, simul & ab eo qui interrogauerat, ubi uidet secundum religionis nostræ ritū cuncta cōstare, colloctus cum cōcilio clericorū, statuisse traditur, illis, quibus integris interrogationibus & responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismū non debere, sed adimpleri ea quæ a sacerdotibus mos est.

¶ Manifestum est igitur, baptismū Iohānis longe imparis fuisse uirtutis a baptismo Christi, neq; ulla questione opus est, cur apostolus Paulus eos, qui tantū in Iohānis baptismate baptizati fuerant, nihilominus baptizari fecerit: quippe qui interrogati, Si spiritum sanctum accepistis credentes, responderunt: Sed neq; si spūs sanctus est, audimus. In qd satis liquet, quare imperfectiōis baptismus Iohannis fuerit, in quo nec nominabatur is, in quo solo baptismi subsistit uirtus, spiritus sanctus, in quo baptizatur Christus, sicut idē Iohannes ait: Ego baptizo uos in aqua, ille uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Et itē: Qui misit me, inquit, baptizare, ille mihi dixit: Super quem uideris spūm descendentem sicut columbā, & manentem in eo, ille est qui baptizat in spūs sancto.

De proprietate consolationis, secundum quam spiritus sanctus alius datus est paracletus. Caput VI.

Spiritus sanctus, sicut alia persona est qd filius, sic proprietate consolationis suæ qua consolatur nos, alius est paracletus, propter qd dei filius multa de seipso locutus, ait in hodierna lectione sancti euangelij: Ego rogabo patrem, & alius paraclētus dabit uobis. Quod ut tandē cōmodius pateat, discretione diligenti opus est ad cognoscendū qd proprie per filij, qd proprie pater, in creaturis operet per spūm sanctum.

¶ Omnium substantia creaturæ per filij condita est, sicut Euāgelista testat, dicēs: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Sed omnibus exceptis quæ ad plens negotiorum nō pertinent, de angelica & humana tantū substantia dicendū est.

¶ Omnis humana uel angelica creatura, oēsq; substantiales qualitates, sine quibus nusquā illa potest uel cogitari substantia, uidelicet esse, uiuere, sentire & discernere, quæ naturaliter insunt, & idcirco eidem abesse substantiæ nō possunt, per filij simul cum ipsa substantia conditæ sunt. At uero bene esse, sancte uiuere, recte sentire, prudenter discernere, uel sapienter intellegere, accidentales qualitates per spūm sanctum appositæ sunt. Quas ex eo constat accidentales esse, quia uidelicet ad sunt bono, & absunt malo homini uel angelo, natura uel substantia permanere. Et ne quæ calumnias locus patere uideatur, sic dictū est, has qualitates accidentales esse, cum ipse spūs sanctus, cuius hæc dona sunt, substantia sit, sicut mulieri proculdubio accidens est, foetam esse, cum semen, qd imprægnata est, uel illud de quo & per qd semen in ea trāsfusum est, substantia sit. ¶ Sed ut ad proposita redeā, nimiam patitur penuriā, qui solius creatricis potētiae beneficiū assecuti, solis naturæ suæ bonis utētes, quæ per uerbum creata sunt, necdum meruerunt superioribus ornari, quæ à patre & filio dantur per spūm sanctum. Amplius uero miseri sunt, quia nūq; accipere merentur, qualibus dicit dñs: Væ uobis, quia habetis consolationē uestrā. Apostoli autē non eiusmodi erāt, qui nūq; accipere merent, nondū tamen diuinæ dispensationis ordo pōcebat, ut iam acciperent, iamq; perficerentur. ¶ Et qd in ter eos filius dei erat, qd nondum spū dato cum illis loquebat & inter eos ambulabat, præparatio temporis erat, quo mentibus eorū per eundem spūm infunderetur, per quem in utero uirginis, humanæ naturæ fuerat unius. Quodq; dicebat eis, Rogabo patrem meū, & alium paraclētū dabit uobis, ut maneat uobiscū in æternū, tale est, ac si sponsæ amanti, quæ dixerat, Osculetur me osculo oris sui, dicat inter oscula os amici post parietem stantis, per fenestram respicientis: Diruā parietem hunc, quod oscula nostra uix per fenestras admittit, diuidens inter te uentremq; meū eburneum, distinctum asphrasi, & mōx erimus duo in carne una, fietq; per infusorij seminis, ut ultra sterilis nō sis. Cum em̄ hæc ante passionē suam loqueret dñs, adhuc stabat paries inimicitiarū, i. originale peccatum inter hoies & deū. Corporalis autē p̄sentia Christi tanq; os erat dilecti, qui tot osculis amicæ alliciebat, qd doctrinis uel miraculis ecclesiam in paucis discipulis adhuc paruulum ad fidem inuitabat. ¶ Sed sicut solo nūq; amica concipit osculo, sic animæ illos imprægnari non poterant uirtute uerbi, quod est semē dei p̄ris, nisi per ingressum spiritus sancti copula dei nostræq; animarum perficeretur, & per illum usq; ad in-

Athanasius dū puer esset, pludū uere baptizauit quidā.

Iohānes nō baptizauit in spūs sctō, sicut Chr̄s Act. 19.

Matt. 7. Iohā. 1.

Iohā. 14.

Iohā. 1.

In hoīb⁹ & anglis alia p filij, alia p spūm sctū facta sunt & sunt.

Egeni et mi feri hoies, i solis naturalibus. Luc. 6. Chr̄us cor porali p̄sentia præparabat apostolos ad grām spūs sancti.

Iohā. 4. Cant. 1. 2. Ibid. 5.

Eph. 5. 2. Non p̄ solū uerbi, sed p̄ spūm sctū concipit & imprægnat aia fidelis.

Gen. 22.

Act. 2. Act. 10. 19. Spūs sanctus est benedictio omnium gentium. Psal. 20. Iohā. 1.

Septē officia, ppter septē dona spūs sancti.

Non est recens deus spūs sanctus.

Psal. 50.

Act. 19. Potētia & grā spūs sancti primiua ecclesie.

Differentia inter Iohānis & Chr̄i baptismū. Forma uerborū in baptismo maxime uirtutis.

Esa. 10.

In Ecclesiastica h̄c II. so. ca. 15.

Psalm. 70.
Cognitio
dei est panis
et uita
et spiritus
sanctus
Ioh. 14.

teriora uentris earum semen, quod est uerbum dei, perferretur. Quo facto, statim renuit con-
solari anima eorum in temporalibus seu naturalibus humanæ creaturæ bonis, & idcirco omnē
rerum secularium consolationem respuerunt, quia memores fuerunt dei, id est, intellexerūt
deum esse incomparabiliter dignius & altius bonum, & hoc intelligētes delectati sunt. ¶ De
hac panis & sui cognitione, paulo superius dixerat dominus: Si cognouissetis me, & patrem
meum utiq; cognouissetis. Nam de qua cognitione dixit, nisi de experimento amoris: Siqui-
dem pro experimento copulæ naturalis, in sacra scriptura tā honeste quam proprie dicitur con-
fueuit, uirū uxorem, uel uxore cognouisse uirū. Quia similitudine, quia cognoscēdus erat de-
us ab ecclesia, per passionem filij, qui hæc loquebatur, acquisita, statim addidit: Et amodo co-
gnoscetis eum. Et quia sic cognouisse uidisse est, continuo subiicit: Et uidistis eum, præteritum
ponens profuturo, quod certissime futurum est, eo loquendi more, quo paulo post di-
cturus est, Et iam non sum in mundo. Quod si cui non placet, ostēdat quomodo aliter q; per
amorem suum deus ueraciter uel utiliter cognosci potest, aut quomodo iam uiderunt patrem,
cum ipse filius nunc dicat: Si cognouissetis me, & patrem meū utiq; cognouissetis. In qua pro-
positione præcedens atq; consequens, discipuli nō cohære arberantur. ¶ Unde ait Philip-
pus Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. ac si dicat: Te quod ostēdisti, uideamus
te tantummodo, patrem nobis ostende. At ipse hunc illoꝝ non approbās sensum, quia nihil su-
peresse putabāt de filio quod nō uidissent, cum & ipse sit deus, qui æque ut pater corde uide-
tur, sicut alibi dixit: Beati mundo corde, quoniā ipsi deum uidebunt, ait: Tāto tempore uobis-
cum sum, & nō cognouistis me: Nō enim me cognouistis, qui uiso me secundū hominem, totū
um uidisse putatis. Qui uidet me, uidet & patrem. Sed patrem non uidistis, sicut ipsi fatemini,
ergo nec me uidistis, quia ego in patre & pater in me est. Quod nō localiter accipiendum est,
nec sic esse potest, sed hoc est qd ait: Cognitio patris in cognitione filij, cognitio filij in cogniti-
one patris est. ¶ Quæ utriusq; cognitio per spūm sanctū fit, & hæc sola est consolatio sanctorū
in hoc seculo peregrinantū, quia subleuati, ferunt patienter, imō gratāter, q; eos mundus odit,
exprobrat, eicit, plequitur, flagellat, occidit: & tam in prosperis q; in aduersis, orante pro illis
hoc spū gemitibus inenarrabilibus, pro refectione habent flere, sicut scriptū est: Fuerunt mi-
hi lacrymæ meæ panes die ac nocte &c.

Ioh. 17.

Ioh. 14.
Dicit, ostendit
de nobis
patrem.

Matt. 9.
Ioh. 14.

Cognitio
patris & filij
per spūm sanctū
uera est
et in
tū consolatio.

Rom. 8.
Psalm. 41.
Emitte
spiritum
tuū, &
creabunt.
Psalm. 103.
Gen. 3.
Rom. 8.
Quo aia re-
cte bñdicat
dñm.
Psalm. 103.

Extēdit
sicut
pellē.

Ioh. 7.

Verba
Christi
digne
pescanda.

Scenope-
gia iudæo-
rum,
Leuit. 23.

¶ Igitur quia propria spūsancti operatio hæc est, recte alius paraclētus dictus est. Sequit-
urq; hæc offerenda, Emitte spiritum tuum &c. Hoc enim alio loco paraclēto dato, hoc spiritum
emisso, creātur homines noui, & sic renouatur facies terræ nostræ, quæ maledicta est in peccato
Adæ, & dānata, spinas & tribulos, pullulante carnis luxuria, germinaret renouat, in qua, &
nouā profert creaturā, cuius expectatio, sicut ait Apostolus, reuelationē filiorum dei expectat,
quæ in gemiscit & parturit, usq; dum in illa reuelatione filioꝝ dei, reuelet semē dei, quod
per hunc spūm, primū a baptismi gratia cōcepit.

¶ Inde in sequenti uersu hortatur seipsam prægnās anima, benedicere dñm propter suam
uehementem magnificentia. Quæ benedictio uel gratiæ actio, si tantum labijs fiat, adulatio
est apud deū: si autē corde diligēte illam, quam laudat magnificentia, beneuolentia præmio
digna iudicatur apud eum. Vnde recte magis internum animæ spiraculū, quam linguæ ple-
strum hortatur ad benedicendū dñm. Talisq; confessio decora est, quā induit dñs, & ea tanq;
luminoso amicitur uestimento. ¶ Causa benedicēdi dñm magis in hoc uersu expōsa, hæc est,
Extēdit sicut pellē. Nā per hunc, de quo loquimur, spūm sanctū extēditur cœlū. In
scriptura prophetarū, Extēdit (inquā) sicut pellis, in qua nihil latet cū extensa fuerit. Quite-
gis, inquit, in aquis superiora eius, i. excellentē illis uia charitatis in donis spūsancti superfun-
dis, Communionē. Vltimo festiuitatis die, manifestū est, ad donū spūsancti pertinere, de quo
ait: Qui in me credit, flumina de uentre eius fluent aquæ uitæ, hoc enim dixit de spū, quē ac-
cepturi erant credentes in eum.

De processione eiusdem spūsancti a patre filioq; procedentis, Cap. VII.

Sed quia propositum nunc est, nō solum partū consonantiū in officijs, sed & diuinā quæ
rere potentia spūsancti, præter eundā nō est hæc sententia saluatoris, quā nō sola commē-
dat dignitas sensus sui, sed & reuerēda autoritas dicentis, maxime quā cū clamore, ut ar-
tentos faceret, edixit. ¶ Sic enī scriptū est: In nouissimo autē die magnæ festiuitatis sta-
bat Iesus, & clamabat dicēs: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat &c. Itaq; si auditores su-
mus nō ingrati, & tali oratore digni, non solū qd dixerit, sed & quali tempore dixerit (nā & hoc
ad rē attinet) cōsideremus beneuoli, dociles & attēti. ¶ Dies festus erat Iudæoꝝ Scenopegia.
Quid sit scenopegia, nouerunt (inquit Augustinus) qui scripturas legerunt. Faciebant die fe-
sto tabernacula ad similitudinē tabernaculorū, in quibus habitauerāt, cū educti ex Aegypto
peregrinarent in deserto. Iste erat dies festus, magna solennitas. Celebrabāt hoc Iudæi, uelut
rememiscētes beneficia domini, qui occisuri erāt dñm. In huius festiuitatis nouissimo die, sta-
bat Iesus & clamabat, inuitans ad bibendum, non qualescunq; se, d quosq; sitientes. Bene-
terea

terea dum reminiscerentur (ut dictum est) beneficiorum dei, dirigebatur ad eos clamor inui-
tantis ad populum spiritus sancti. ¶ Nos autem educti de Aegypto infidelitatis, liberati a ca-
ptiuitate & seruitute spiritualis Pharaonis, & traducti per mare baptismi, nunc in eremo uitæ
præsentis peregrinantes, habitamus in tabernaculis, quæ sunt ecclesiæ uel cenobia, in quibus
militamus, donec ad regnum supernæ hereditatis perueniamus. Si ergo memores benefi-
corum dei festa celebramus, a malis operibus uacantes, & in contemplatione diuine bonitatis
exultantes, quia per passionem unici filij salutem nostram operatus est, clamorem in uicantis
audimus, in siti currimus, bibimus, quia sic nobis benigna diuinitas uena, scilicet spiritus san-
ctus, aperitur.

Quo ordine fiat eadem processio sancti spūs. Caput VIII.

Magnas & a deo speranda, quam considerare proposuimus, scilicet quo ad crea-
turam suam ordine ueniat spiritus sanctus. Quod ubi animaduersum fuerit, clare
bit & hoc, quā recte in euangelio, procedens dictus sit. ¶ Ordo necessarius hic
est, ut prius in creatura rationali, bona uoluntas exciteur erga creatorem, consi-
deratione beneficiorū eius. Hæc uero ut non deesset, ille proprio filio suo non pepercit, sed
pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo (inquit Apostolus) non cum illo nobis omnia
donauit: Sed sunt homines ingrati, qui sicut in operibus mundi nulla beneuolentia laudant
deum artificem, quos Apostolus percutit, dicens: Qui cum cognouissent deum, non sicut de-
um glorificauerunt, aut gratias egerunt, ita cum prædicatur eis tanta charitas dei, quod pro
nobis filium suum tradidit, non uenerantur magnitudinem beneficij, sed irrident ut stultiti-
am uerbum crucis Christi. ¶ Tales spiritus nunquam dignatur, quia deo odibiles, ingrati-
tudine nimia legem naturalem præuaricantur. Naturale nanque est homini amantem redama-
re, & opus qd laude dignum, quod uel indignum sit, posse discernere. Quod quia uitio suo, ui-
delicet quia sunt ingrati erga deum, facere nolunt, merito spiritus dei semetipsum nō credit
eis, eosq; in desideria cordis ipsorum, in immunditiam, in passionem signominat, & in omni-
reprobum sensum, sicut Apostolus ait, traditos derelinquit. At uero quorum intuitum diabo-
licum nō cecauit telum inuidentiæ, cognoscentes ex operibus mundi artificem, uenerantur il-
lum, & beneuole sapientiam eius laudant in qualitate operum, magis autem incarnatū & pas-
sum pro omnibus audientes, dei uirtutem & dei sapientiam Christum, diligunt, approbant,
amplectuntur, honorant. Vnde est illud in Canticis: Oleum effusum nomen tuum, ideo ado-
lescēntulæ dilexerunt te. ¶ Itaq; quem admodum in sponsalibus, primum sponse ostenditur
sponsus, laudatur genus, sortitudo prædicatur, diuitiæ numerantur & forma commēdatur,
per quæ omnia mutuos affectus, uoluntariūq; puellæ exigitur assensus: & tunc demum per
conuentum amoris, is, qui in suis placuerat, totus in seipso cognoscitur. Ita creator noster pri-
us animarum nostrarum in se excitat affectum, suorum ostensione operum, suęq; diuinitatis
omnipotentissimæ & incarnationis sacrosanctæ fidei p̄dicatione, & deinde, ubi seipsum pla-
cuisset uiderit, confidenter accedit, sicut de muliere forti scriptum est: Confidit in ea cor uiri
sui, & plenitudinem sui amoris, id est, spiritum sanctum, in illam effudit. Ibi manifestat illi se-
ipsum, quod nunquam per aliud fit, nisi per hunc, de quo loquimur, spiritum sanctum. ¶ Id-
circo iamiam passurus dominus, & post eandem passionem suam hunc spiritum daturus, di-
lectionem attentius commēdabat, uidelicet ut dilectio cordis humani, dilectioni dei, qui est
spiritus sanctus, occurreret, locumq; præpararet. Nam, ut ad superiora reuertamur, talem dile-
ctionis sitim requirebat, quum in templo stans & clamās dicebat: Si quis sitit, ueniat & bibat.
Vbi & Scenopegiæ festiuitas, quando memores beneficiorum dei, tabernacula faciēbant, ut
supra dictum est, ad similitudinē tabernaculorum, in quibus habitauerunt per desertum,
quando de Aegypto educti sunt, festiuitas inquam magna, solennitatis eius typus erat, quæ
nostris in menibus splendere debet, contemplantibus beneficia dei, quæ per filium suum re-
demptorem nostrum magnifice nobiscum egit, & ob hoc sitiētibus illum in seipso contueri,
quem in tantis suis experietibus sunt beneficijs. ¶ In his nimis clamor ille domini non surdas au-
res inuenit, dicētis: Si quis sitit, ueniat & bibat. Et exponens, quā sitim querat, qd bibendū offe-
rat, adiungit: Qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquæ uitæ. Qui credit in me, idem
est ac si dixisset, Qui sitit me. Quid enī est in Christū credere, nisi Christum sitire? ¶ Plus q̄
pe multo est, credere in Christum, q̄ credere Christo, uel credere Chr̄m. Credere Christo, sub-
auditur, quæ uerū credit, uel credere Christum, subauditur esse, non magnū est. Si q̄dem & dæ-
mones credunt & contemiscit. At uero credere in Christum, i. per fidem ambulando tēde-
re in Chr̄m, uenerari & amare uerbum per quod omnia facta sunt, amplius autē q̄ uerbum ca-
ro factum, & habitauit in nobis. Qui ergo sic sitit, illi datur bibere de spū Christi. O quāta de
inopia subleuatur creatura, ut cum creatore suo unū eundemq; spūm habeat, qui solus æter-
næ diuitiæ cumulus est, quo ita inebriat & impletur uenter animę, ut de illo fluant aquę ui-
uæ, scilicet dogmata diuinæ sapiētię, ut merito dicatur fons hortorū, puteus aquarū. Igitur, ut fu-

Myrica &
uera festi-
uitas cele-
bratio.

Deo ex bñ-
ficijs glori-
ficandus.
Rom. 8.

Rom. 1.

Rom. 9.
1. Cor. 1.
Hōies deo
nimis igra-
ti, in repro-
bum tradū-
tur sensum.
Rom. 1.

1. Cor. 1.
Cant. 1.
Creator, ut
spūs uita,
ut sponsa.

Prout, 31.
Vbi nō est
amor, ubi
non dā spi-
ritus sanctus
Ioh. 13.

Ioh. 7.

Si q̄ sitit,
ueniat ad
me.

Iaco. 2.

Ioh. 7.
Cant. 4.

pradictum est, hic ordo cōsuetus, hęc pręparatio competens est ante aduentum sancti spūs, ut prius bona creatura uoluntas erga creatorē excitetur, p̄dicacione beneficiorum eius, ga testante scriptura que dicit, Hominis est preparare animū, domini autem gubernare linguā, itemq; Hominis est disponere uia suam, sed dñi est dirigere gressus eius, hac, inquam, scriptura te testante, naturale est, ut humanus affectus, i. bona uolūtas erga creatoris benefacta mouea tur, Quod ubi non fit, ingrati tudinis uitium, & superbientis animi contemptus est. Nam qđ ait Apostolus, Deus enim est, qđ operatur in nobis uelle & perficere pro bona uolūate, supra dicta non repugnat sententię. Sigdem hominis est animum pręparare, id est, bona uelle, dñi rationali sensu bonū discernit & approbat, sicut idē Apostolus ait, Nā uelle adiacet mihi, de uero hoc ipsum uelle operatur, dum gratia sua causas agere, atq; homini ostendere & dignatur, quarum intuitu uoluntas eius ad amandum deum excitetur. Verbi gratia Petri apostoli fuit, ut uellet paratus esse cum dño & in mortē & in carcerē ire, sed hoc ipsum uelle operatus fuerat in eo pater, qđ Christū filium suum in hunc mundum miserat, & huic reuelauerat. Et qđ Iuda is inuidentibus atq; persequentibus, hic, & ceteri apostoli suum uelle deo (sicut iam dictum est) accommodauerant, idcirco qđ suum erat, p̄fecit deus, mittendo illis spūm sanctū, quo accepto Petrus, qđ iam uelle habuerat, perficere quoq; haberet, scilicet, ut potenter pro Christo & in carcerem & in mortem iret.

Cur proprie spūs sanctus procedens dicatur, cum filius a deo processerit, sicut ipse ait: Ego enim a deo processi & ueni. Caput IX.

Cum & filius a patre processerit, sicut ipse Iudæis loquitur, dicens: Si deus pater uerster esset, diligeretis utiq; me, ego enim a deo processi & ueni, merito queritur cur proprie spiritus sanctus procedens dicatur. ¶ Ad quod facilis promptaq; patet responsio, qđ uidelicet, qđ filius semel missus, semel uenit, redimere mūdum per incarnationis mysterium, & sicut oia per ipsum semel & simul facta sunt, ita & per ipsum oia semel & simul restaurata sunt. Propter quod non pręsenti tempore ait, Ego enim a deo procedo, sed pręterito, Processi, inquit, & ueni. At uero spiritus sanctus non semel neq; cūctā simul electorum pectora perlusit, sed diuersis tēporibus uenientes diuersis modis uisitauit, id est, gratiarū diuisiones, unū idēq; deus ac dominus uarie dispensat, de cuius sanctificatione ait illi: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Duplex enim est operatio dei. Et de alio opere dei, quod per filiū operatus est, scilicet de creatione omnium, scriptum est: Qui uenit in æternum, creauit omnia simul. Idcirco cum de spū sancto loqueretur filius, dicens: Cum uenerit pater letus, quem ego mittā uobis a patre, spūm ueritatis, pręsenti tempore ait: Qui a patre procedit. ¶ Et sicut lux corpus integrum semel in cœlo formatū est, semper autē beneficio solis, ut ab illo illustratur, indiget, quia lumine proprio non lucet: sic ecclesia sancta semel in baptismo nata est, sed semper inter pręsentis uitę defectus uariosq; labores, gratia sancti spūs uisitari ac refici opus habet. Quapropter uultui diuinitatis assistere fatigat, dum quotidie creatori suo pro beneficiis eius gratias agit, uerbi gratia, dum in consecratione eucharistię dignū & iustum esse confitetur, illi semper & ubiq; gratias agere, cum cœli cœlorūq; uirtutibus suas quoq; uoces admitti deprecans, quia per Christum dominū nostrum & ipsa cōdita, & per eundem benedictū uenit in nomine dñi, redempta est. Hacem maxime beneficiorū eius cōmemoratione uultui creatoris sui occurrit, & tanq; luna uero soli faciē cordis obijcit, sicq; spiritu sanctificationis, & in illis qđ forte necdum acceperunt, initiatur, & in illis qui iam acceperunt, per adiectionē muneris perficit. ¶ Recte igitur spūs sanctus, qđ a patre procedit, solus procedens dicitur; filius uero, qđ non procedo, sed processi, ait, & ueni, non procedens, sed genitus, ut uere est, asseritur. Processit enim ante omnia tempora, de corde patris natus: uenit ex tempore, ex Maria uirgine incarnatus.

Item unde supra, & qđ spiritus sanctus sit capabilis humanę animę, quod est proprium diuinę substantię. Caput X.

Si prudenter uerba domini superius posita aduertimus, qđ loquens de spiritu, quem accepturi erant credētes in eū, Si quis sitit, ingt, ueniat & bibat & c. ueram & perfectam sancti spūs diuinitatem, in his quoq; agnoscimus, de qua nunq; aliquid aridus & inanis bibit Macedonius, omesq; alij qđcumq; blasphemando in spūm sanctum, æterni delicti rei conuincuntur. Quod ut manifestum fiat, primo ponendum est illud, de quo nemo dubitat, scilicet potum hunc non carne, sed spiritu percipi non ore, sed corde non palato, sed ratione discerni. Quod autem bibitur, profecto bibētis interiora penetrat, suaq; subtilitate capabile, crassiora atq; ideo sui capacia complet receptacula. Constat igitur, qđ spiritus sanctus humanę animę capabilis sit, eiusq; penetret interiora, utpote quem illa bibit, id est, in interiora suę substantię recipit. At uero hoc diuinę substantię propriū est, nihilq; aliud humanum uel angelicū potest penetrare spūm, pręter ipsum omniumq; creatorē deum, cui dicitur: Tu solus nosti corda omnium filiorū hoim, hic (inquā) solus implet animam spūs. ¶ Nam qđ homo arrepti

tius dæmone plenus dicitur, non sic accipiendum est, ut malignus spiritus spiritum hominis substantiāliter introisse credatur. Vterq; enim creatus est, neuter altero adeo subtilior, ut alter alteri capabilis, alterius' ue capax sit. Sed ita plenus dæmone quis esse potest, quomodo mero aut febris inter dum non incongrue plenus dicitur. Quod utiq; secundum corpus accipitur, quia uenas neruosq; uel omnes oculos meatus corporis, non etiam animę substantiam ingressa febris aut ebrietas, habitantem illic in suis sedibus fatigat animam. Igitur spūs sanctus deus est, quia capabilis est humano spiritui, sicut iam dictum est, Christo autore, qui ad bibendum illum sitientes inuitat animas, quo sensu & illud Apostoli accipimus: Misit deus spūm filij sui in corda nostra, & talia qđ plurima.

Item de processione spūs sancti in minore uel maiore uisitatione, iuxta illud qđ dictum est: Spūs ubi uult, spirat. Caput XI.

Cum uero idem spiritus, humani cordis circueit profundum, nemo quidem scit, nisi ipse qui accipit. Flumina autem aque uiuę consequēter de uentre eius fluentia, qui bibunt, de sapore magnitudinē infusi muneris agnoscunt. Vnde dominus in euangelio: Et uocem, inquit, eius audis, sed nescis unde ueniat aut quō uadat. ¶ Flumen quippe aque uiuę, id est, affluentia salutaris doctrinę, quę de uentre fluit in Christum credentis, uox est spiritus ubi uult spirantis, qui ubicunq; spirauerit circueiens mentis uterū, fontem aquę uiuę, id est, sensum ueritatis efficit, riuumq; eius ad os dirigēs, corporea uoce induit, & in aures tuas emittit, perq; aures ad animam perfert, cui bibenti saporis qualitas uerę perhibet, quia spiritus sancti uox est, scilicet dum infusus pectori, gratiam multis profuturam in electo uase componit. Si quidem nec ipse qui accipit, scit unde ueniat aut quō uadat, licet sciat & sentiat quando uenit aut quando uadit, peracta uisitatione sensibili. Quasi enim sibilum aurę tenuis (ut ait Gregorius) subito percipit, atq; hoc est qđ de incomprehensibili substantia æternitatis conspicit. Verum per illum in Helia sibilum aurę tenuem, frequentior uisitatione defignatur, qua diuinitatis saporem degustat mens, qđies in contemplationis sublimitate suspenditur. De illa magis uisitatione ad pręsens prinēt opus, qua longe excellentius tūc mens humana clarificatur, quando ad publicum qđ mittendus est, ut ad salutem multorum, flumina de uentre eius fluant aque uiuę, uel (ut alibi scriptum est) ut a timore domini concipiēs pariat, & spiritum salutis eius faciat super terrā. Quomodo missi sunt patres nostri apostoli, uel apostolici uiri, & si qui scribēdi officio magis quā accessu uel pręsentia corporis, uiuam nobis aquam emiserunt, quam de hoc fonte saluatoris, de huius sancti spiritus abundantia, feliciter hauserunt. ¶ In his magnificentius tunc illud adimpletur, quod in Canticis canticorum dicitur: Dilectus meus misit manum suam per foramen, & uenter meus intremuit ad tactū ei. Subito enim, dum nescitur, insilit spūs sanctus, & quasi per foramē, interius animę claustrum illabitur, intremiscente prostratus ad introitum eius in firmitate humani spūs, ob insolitū uigorem quem sentit & pondus. At ipse qđ illapsus est, primitus familiari dulcedinis suę blandimēto, quasi osculo, pauitatem animam consolatur. ¶ Deinde secundum opus, ad qđ animam illam pręparat, exurgens, uerbi gratia, si hoc iugendit, ut (sicut dictum est) de uentre eius fluant aque uiuę, id est, largiora dogmata uirgē exurgens, inquam, circueit animę uterum, & circumeundo dilatat, breuem prius & angustum mirabili suorum incremento circulo rum futurum eius significans in diuina scientia profectum, tanta nonnunquā magnitudine inundans, ac si unum de paradisi fluminibus per dilatatū eiusdem animę fluat aluē. Interea mirat ipsa suimet amplitudinem, uastumq; sinus sui deambulatorium, uere ter quaterq; beata, quę (sicut scriptum est) quia dilexit cordis mūditiā, propter gratiam laborum suorum, habet amicum regem, uidelicet Christum, a quo tale percipit donum. ¶ Impleta tandem mensura, quā dare uult hic spūs (nam sicut spirat ubi uult, sic & diuidit singulis prout uult) ubi miraculum conquiescit, & anima in seipsam reuertitur, tum uero recusare non potest, quin surgat & dilectio aperiat, i. ad doctrinę ministerium se accingat, & ea quę clausa sunt Christo, corda aperiat, semper uoce, nonnunq; & literis amouere contendens pessulū incredulitatis, sicq; progrediens ad publicum, pręceptum exequitur quod intus audiuit: Deriuētur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.

De die Pentecostes, qđ modo dies quo data est lex, quinquagesimus computetur, a die qua in Aegypto agnus immolatus est, cuius solennitatis die spūs sanctus datus est. Caput XII.

Primo illud prętereundum non est, diem illum, qđ data est lex, in cuius rei memoriam solennitas magna erat Pētecostes, quo die spūs sanctus apostolis datus est, diem (inquam) quo post trāsitum maris rubri data est lex filijs Israhel in mote Sinai, planē quinquagesimum fuisse ab immolatione paschalis agni. ¶ Nonnulli enim, maxime qđ computant diuinitatem student, cum legunt quarta decima die mensis primi immolatū fuisse agnū, mente autē tertio, tertia die mensis, descendisse dñm coram omni populo super montē Sinai, Exo. 13.

est non substantiāliter recipit dæmonem.

Gal. 4.

Iohā. 3. Flumina aque uiuę.

Reg. 19. Sibilus aurę tenuis.

Esa. 26.

Esa. 12.

Cant. 5.

Illapsus spiritus sancti.

Prou. 22.

Iohā. 3.

1. Cor. 12.

Prou. 5.

Questio de die quinquagesimo.

Pro. 16.

Phil. 2.

Pro. 16.

Rom. 7.

Luc. 22.

Mat. 16.

Iohā. 8.

Fil. 2. semel processit, spiritus sanctus

semel procedit.

1. Cor. 12.

Iohā. 5.

Ecclesi. 18.

Iohā. 15.

Ecclesi. ut luna, semper indiget lumine solis.

1. I. gra spūs sancti.

Filius genit. spūs sanctus procedens.

Iohā. 7.

Vera diuinitas spūs sancti qđ aīe hūanę capaces.

Actu. 1.

Aīa arrepti

pradictum est, hic ordo cōsuetus, hęc pręparatio competens est ante aduentum sancti spūs, ut prius bona creatur uoluntas erga creatorē excitetur, p̄dicatione beneficiorum eius, ga testante scriptura que dicit, Hominis est preparare animū, domini autem gubernare linguā, itemq; Hominis est disponere uia suam, sed dñi est dirigere gressus eius, hac, inquam, scriptura testante, naturale est, ut humanus affectus, i. bona uolūtas erga creatoris benefacta mouea tur. Quod ubi non fit, ingratitude uitium, & superbientis animi contemptus est. Nam qđ ait Apostolus, Deus enim est, qđ operatur in nobis uelle & perficere pro bona uolūate, supradictę non repugnat sententię. Siqđem hominis est animum pręparare, id est, bona uelle, dñi rationali sensu bonū discernit & approbat, sicut idē Apostolus ait, Nā uelle adiacet mihi, deus uero hoc ipsum uelle operatur, dum gratia sua causas agere, atq; homini ostendere dignatur, quarum intuitu uoluntas eius ad amandum deum excitetur. Verbi gratia Petri apostoli fuit, ut uellet paratus esse cum dño & in mortē & in carcerē ire, sed hoc ipsum uelle operatus fuerat in eo pater, qđ Christū filium suum in hunc mundum miserat, & huic reuelauerat. Et qđ Iudas inuidens atq; p̄se querentibus, hic, & ceteri apostoli suum uelle deo (sicut iam dictum est) accommodauerant, idcirco qđ suum erat, p̄fecit deus, mittendo illis spūm sanctū, quo accepto Petrus, qđ iam uelle habuerat, perficere quoq; haberet, scilicet, ut potenter pro Christo & in carcerem & in mortem iret.

Cur proprie spūs sanctus procedens dicatur, cum filius a deo processerit, sicut ipse ait: Ego enim a deo processi & ueni. Caput IX.

Cum & filius a patre processerit, sicut ipse Iudas loquitur, dicens: Si deus pater uer esset, diligeretis utiq; me, ego enim a deo processi & ueni, merito queritur cur proprie spiritus sanctus procedens dicatur. ¶ Ad quod facilis promptaq; patet responsio, qđ uidelicet, qđ filius semel missus, semel uenit, redimere mūdum per incarnationis mysterium, & sicut oia per ipsum semel & simul facta sunt, ita & per ipsum oia semel & simul restaurata sunt. Propter quod non pręsenti tempore ait, Ego enim a deo procedo, sed pręterito, Processi, inquit, & ueni. At uero spiritus sanctus non semel neq; cūctā simul electorum pectora perlustrat, sed diuersis tēporibus uenientes diuersis modis uisitat, id est, gratiarū diuisiones, unus idēq; deus ac dominus uarie dispensat, de cuius sanctificatione ait filius: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Duplex enim est operatio dei. Et de alio opere dei, quod per filiū operatus est, scilicet de creatione omnium, scriptum est: Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul. Idcirco cum de spūs sancto loqueretur filius, dicens: Cum uenerit pater, quem ego mittā uobis a patre, spūm ueritatis, pręsenti tempore ait: Qui a patre procedit. ¶ Et sicut luna, corpus integrum semel in cœlo formatū est, semper autē beneficio solis, ut ab illo illustretur, indiget, quia lumine proprio non lucet: sic ecclesia sancta semel in baptismo nata est, sed semper inter pręsentis uitę defectus uariosq; labores, gratia sancti spūs uisitari ac refici opus habet. Quapropter uultui diuinitatis assistere & fatagit, dum quotidie creatori suo pro beneficiis eius gratias agit, uerbi gratia, dum in consecratione eucharistię dignū & iustum esse confitetur, illi semper & ubiq; gratias agere, cum cœli cœlorūq; uirtutibus suas quoq; uoces admitti deprecans: quia per Christum dominū nostrum & ipsa cōdita, & per eundem benedictū quē in nomine dñi, redempta est. Hac enim maxime beneficiorū eius cōmemoratione uultui creatoris sui occurrit, & tanq; luna uero soli facie cordis obicit, sicut spūm sanctū, & in illis qđ forte necdum acceperunt, inuitatur, & in illis qui iam acceperunt, per adiectionē muneris perficit. ¶ Recte igitur spūs sanctus, qđ a patre procedit, solus procedens dicitur: uero, qđ non procedo, sed processi, ait, & ueni, non procedens, sed genitus, ut uere est, asseritur. Processit enim ante omnia tempora, de corde patris natus: uenit ex tempore, ex Maria uirgine in carnatus.

Item unde supra, & qđ spiritus sanctus sit capabilis humanę animę, quod est proprium diuinę substantię. Caput X.

Si prudenter uerba domini superius posita aduertimus, qđ loquens de spiritu, quem accepturi erant credentes in eū, Si quis sitit, inquit, ueniat & bibat &c. ueram & perfectam sancti spūs diuinitatem, in his quoq; agnoscimus, de qua nunq; aliquid aridus & inanis bibit Macedonius, omnesq; alij qđcunq; blasphemando in spūm sanctum, æterni delicti rei conuincuntur. Quod ut manifestum fiat, primo ponendum est illud, de quo nemo dubitat, scilicet potum hunc non carne, sed spiritu percipi non ore, sed corde: non palato, sed ratione discerni. Quod autem bibitur, profecto bibētis interiora penetrat, suāq; subtilitate capabile, crassiora atq; ideo sui capacia complet receptacula. Constat igitur, qđ spiritus sanctus humanę animę capabilis sit, eiusq; penetret interiora, utpote quem illa bibit, id est, in interiora suę substantię recipit. At uero hoc diuinę substantię propriū est, nihilq; aliud humanum uel angelicū potest penetrare spūm, pręter ipsius omniumq; creatorē deum, cui dicitur: Tu solus uel sti corda omnium filiorū hoim, hic (inquā) solus implet animam spūs. ¶ Nam qđ homo arrepti-

tius dæmone plenus dicitur, non sic accipiendum est, ut malignus spiritus spiritum hominis substantialiter introisse credatur. Vterq; enim creatus est, neuter altero adeo subtilior, ut alter alteri capabilis, alterius uel capax sit. Sed ita plenus demone quis esse potest, quomodo mero aut febris inter dum non incongrue plenus dicitur. Quod uicq; secundum corpus accipitur, quia uenas nervosq; uel omnes occultos meatus corporis, non etiam animę substantiam ingressa febris aut ebrietas, habitantem illic in suis sedibus fatigat animam. Igitur spūs sanctus deus est, quia capabilis est humani spiritui, sicut iam dictum est, Christo autore, qui ad bibendum illum sitientes inuitat animas, quo sensu & illud Apostoli accipimus: Misit deus spūm filij sui in corda nostra, & talia qđ plurima.

Item de processione spūs sancti in minore uel maiore uisitacione, iuxta illud qđ dictum est: Spūs ubi uult, spirat. Caput XI.

Cum uero idem spiritus, humani cordis circuit profundum, nemo quidem scit, nisi ipse qui accipit. Flumina autem aquę uiuę consequenter de uentre eius fluentia, qui bibunt, de sapore magnitudinē infusi muneris agnoscunt. Vnde dominus in euangelio: Et uocem, inquit, eius audis, sed nescis unde ueniat aut quō uadat. ¶ Flumen quippe aquę uiuę, id est, affluentia salutaris doctrinę, quę de uentre fluit in Christum credentis, uox est spiritus ubi uult spirantis, qui ubicunq; spirauerit circueiens mentis uterū, fontem aquę uiuę, id est, sensum ueritatis efficit, riuumq; eius ad os dirigēs, corporea uoce induit, & in aures tuas emittit, perq; aures ad animam perfert, cui bibenti saporis qualitas uicq; perhibet, quia spiritus sancti uox est, scilicet dum infusus p̄tori, gratiam multis profuturam in electo uale cōponit. Si qui dem nec ipse qui accipit, scit unde ueniat aut quō uadat, licet sciat & sentiat quando uenit aut quando uadit, peracta uisitacione sensibili. Quasi enim sibilum aurę tenuis (ut ait Gregorius) subito percipit, atq; hoc est qđ de incomprehensibili substantia eternitatis conspicit. Verum per illum in Helia sibilum aurę tenuem, frequentior uisitatio designatur, qua diuinitatis sapore degustat mens, qđ in contemplationis sublimitate suspenditur. De illa magis uisitacione ad pręsens p̄inet opus, qua longe excellentius tūc mens humana clarificatur, quando ad publicum qđ mittendus est, ut ad salutem multorum, flumina de uentre eius fluant aquę uiuę, uel (ut alibi scriptum est) ut a timore domini concipiēs pariat, & spiritum salutis eius faciat super terrā. Quomodo missi sunt patres nostri apostoli, uel apostolici uiri, & si qui scribēdi officio magis quā accessu uel pręsentia corporis, uiuam nobis aquam emiserunt, quam de hoc fonte saluatoris, de huius sancti spiritus abundantia, feliciter hauserunt. ¶ In his magnificentius tunc illud adimpletur, quod in Canticis cāticorum dicitur: Dilatus meus misit manum suam per foramen, & uenter meus intremuit ad tactū ei. Subito enim, dum nescitur, insilit spūs sanctus, & quasi per foramē, interius animę claustrum illabit, intremiscentē protinus ad introitum eius in firmitate humani spūs, ob insolitū uigorem quem sentit, & pondus. At ipse qđ illapsus est, primitus familiarē dulcedinis suę blandimēto, quasi osculo, pauitatem animam consolatur. ¶ Deinde secundum opus, ad qđ animam illam pręparat, exurgens, uerbi gratia, si hoc ięxendit, ut (sicut dictum est) de uentre eius fluant aquę uiuę, id est, largiora dogmata uirgē exurgens, inquam, circuit animę uterum, & circumeundo dilatat, breuem p̄tius & angustum mirabili suorum incremento circulo rum futurum eius significans in diuina scientia profectum, tanta nonnunquā magnitudine inundans, ac si unum de paradisi fluminibus per dilatatū eiusdem animę fluat aluē. Interea mirat ipsa suimet amplitudinem, uastumq; sinus sui deambulatorium, uere ter quaterq; beata, (sicut scriptum est) quia dilexit cordis mūditiām, propter gratiam laborum suorum, habet amicum regem, uidelicet Christum, a quo tale percipit donum. ¶ Impleta tandem mensura, quę dare uult hic spūs (nam sicut spirat ubi uult, sic & diuidit singulis prout uult) ubi miraculum conquiscit, & anima in seipsam reuertitur, tum uero recusare non potest, quin surgat & dilectio aperiat, i. ad doctrinę ministerium se accingat, & ea quę clausa sunt Christo, corda aperiat, semper uoce, nonnunq; & literis amouere contendens p̄fessulū incredulitatis, sicutq; progrediens ad publicum, pręceptum exequitur quod intus audiuit: Deriuētur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.

De die Pentecostes, qđ modo dies quo data est lex, quinquagesimus computetur, a die qua in Aegypto agnus immolatus est, cuius solennitatis die spūs sanctus datus est. Caput XII.

Primo illud prętereundum non est, diem illum, qđ data est lex, in cuius rei memoriam solennitas magna erat P̄tecostes, quo die spūs sanctus apostolis datus est, diem (inquam) quo post trāsitum maris rubri data est lex filiis Israël in mōte Sinai, plāne quinquagesimum fuisse ab immolatione paschalis agni. ¶ Nonnulli enim, maxime qđ computandi scientię student, cum legunt quarta decima die mensis primi immolatū fuisse agnū, mense autē tertio, tertia die mensis, descēdisse dñm coram omni populo super montē Sinai, Exo. 19.

non substantia licet recipiat demonem.

Gal. 4.

Iohā. 3. Flumina aque uiuę

Reg. 19. Sibilus aurę tenuis.

Esa. 26.

Esa. 12.

Cant. 5.

Illapsus spiritus sancti.

Prou. 22.

Iohā. 3.

1. Cor. 12. Prou. 5.

Questio de die quinquagesimo.

Exo. 19.

Pro. 16.

Phil. 2.

Pro. 16.

Rom. 7.

Luc. 22.

Mat. 16.

Iohā. 8. Filius semel processit, spiritus sanctus facit procedit.

1. Cor. 12.

Iohā. 5.

Ecc. 18.

Iohā. 15.

Ecclesia, ut luna, semper indiget lumine solis, i. grā spūs sancti.

Filius genitus, spiritus sanctus procedens.

Iohā. 7. Vera diuinitas spiritus sancti quę aīe hūanę capabilis.

Act. 1. Aīa arrepti

iam enim (inquit scriptura) aduenerat dies tertius, & mane incaluerat, & ecce coeperunt au-
 dixi tonitrua &c. cum (inquam) hæc legunt, mirantur & herent, numerum quin quagenariū
 à quartadecima die mensis primi usq; ad tertiam diem mensis tertij non constare probātes.
 Nam cum Hebræi solos lunares habeant menses, & luna primi mensis undetriginta dies ha-
 beat, luna uero secundi triginta, profecto à quartadecima die primi, usq; ad tertiam diē men-
 sis secundi, non quinquaginta, sed quadraginta nouem dies sunt. Itaq; non præmittenda
 est quæstio, quæ hoc modo soluitur: ¶ Tertia quidem die mensis secundi descendit dominus
 (ut prædictum est) super montem Sinai, sed uide quid post hæc sequitur: Moyse quoq; dixit
 Ascende ad dominum tu & Aaron, &c. Solusq; Moyse ascendit ad dominum, & illi non ap-
 propinquabant. Venit ergo Moyse & narravit plebi omnia uerba domini atq; iudicia. Ac de-
 inceps: Et mane, inquit, confurgens ædificauit altare ad radices montis. Et post pauca: Dixit
 autem dominus ad Moyse: Ascende ad me in montem, & esto ibi, dabo q; tibi duas tabulas
 lapideas, & legem ac mandata quæ scripsi, ut doceas filios Israël. Itaq; non tertia die mensis
 quando dominus super montem ascendit, sed die quarta, quando tabulas & scripturam sur-
 am dedit, lex data est. Igitur diem datæ legis ab immolatione Paschalis agni quinquagesimū
 exitisse planum est. Qua die cum datur spiritus sanctus, mira nobis opæ eius cōcordia com-
 mendatur, de qua sufficienter tractatum est à sanctis doctoribus. ¶ Sciedum quoq; est, quod
 ex præcepto legis, hi dies quinquaginta, nō ab ipsa Paschali uespera, qua immolabatur agnus,
 sed à subsequente prima sabbathi incipiebāt numerari. Sic enim scriptum est in Leuitico: Fe-
 retis manipulos spicarum primitias messis uestre ad sacerdotem. Qui leuabit eum coram do-
 mino, ut acceptabilis sit uobis altera die sabbathi, & sanctificabit illum. Numerabit ergo ab
 ipso die, in quo obtulistis primitiarum manipulos, septem hebdomadas plenas, usq; ad alte-
 ram diem expletionis hebdomadæ septimæ, sic offeretis sacrificium nouū domino ex omni-
 bus habitaculis uestris, panes primitiarum duos &c. Itaq; à prima sabbathi, quam nos domi-
 nicam diem dicimus, id est, trāsacto magno die paschalis sabbathi, dies quinquaginta incipi-
 ebant numerari. At uero dominus noster illo die resurrexit, corpusq; suum uere nouarū fru-
 gum terræ nostræ fasciculum, uerus ipse sacerdos, corā domino deo patre suo leuauit & san-
 ctificauit. Nihil ergo quæstionis remanet, cur dies ille, quo spiritus sanctus datus est, qui utiq;
 à die qua resurrexit, quinquagesimus est, iudæorum quoq; fuerit pentecostes: quia (sicut iā di-
 ctum est) non ab ipsa uespera paschali, sed à subsequente prima sabbathi, dies pentecostes in-
 cipiebant computari. ¶ Offeramus itaq; domino hac die panes primitiarum duos, id est, pro
 duobus illi gratias agamus beneficij, scilicet quod uno eodemq; spiritu suo & olim ueterib;
 legem ac mandata scripsit in tabulis lapideis, sicut Moyse in Deuteronomio ait: Deditq; mi-
 hi duas tabulas lapideas scriptas digito dei. Digitus enim dei spiritus sanctus est, & nunc no-
 uis, id est, euangelicis patribus gratiam in tabulis scripsit carnalibus. Solē nemq; agamus di-
 em post septem septimanas emicantem, & numero suo, id est, quinquagenario, iubilæū signi-
 ficantem, id est, dimittentem, quo ab omni debito dimissi, ad antiquam reuertemur possessio-
 nem, quam perdidimus sub peccato uenūdati, Nam quomodo post septem hebdomadas fe-
 stiuus hic dies erumpit, sic post mūdi circuitum, in q̄ nunc laboramus, ille dies æternaliter fe-
 stiuus effulgebit, quo iam non laborabimus, sed felici otio compositi, solem uerum festo dia-
 demate coronatum spectabimus, mirabimur, laudabimus. Nunc secū dum officium eiusdem
 diei, de eodem spiritu sancto (ut cœptum est) prosequamur, epistolam in capite ponētes, qua
 eius narratur aduentus.

Quid significauit, quod sonus factus est de celo adueniente spiritu
 sancto. Caput XIII.

Sonus qui adueniente spiritu sancto repente factus est de celo, signum fuit soni qui in
 omnem terram exiturus erat, coelis illis, quos nunc firmare ueniebat, enarrātibus glo-
 riam dei, & firmamento constantissimæ fidei illorum annuntiantem operam uerū eius,
 cum magifico uerbi tonitru & miraculorum coruscationibus. Sic enim mox futurū
 erat, hoc spiritu per os illorum intonante Christi præconia, ut ad pœnitentiam com-
 moueretur & contremisceret terra, & fundamenta montium, id est, corda superbiorum, con-
 turbarentur & commouerentur, audito q̄niam iratus est eis, nisi pœnitentiam egerint. ¶ In
 de & in Apocalypsi, cum accepisset angelus thuribulum & impleisset illud de igne altaris, &
 misisset in terram, facta sunt tonitrua & uoces & fulgura & terræ motus magnus. Nūc ignis
 ille mittebatur, unde & apparuerunt apostolis disparitæ linguæ tanquam ignis, ille (in quā)
 ignis mittebatur in terram, quo angelus ille, angelus magni consilij, dum impleuerat aure
 um thuribulum immaculati corporis sui, & nunc assumptus in cœlum agebat quod dixerat
 Ignem ueni mittere in terram, & qd uolo nisi ut ardeat.

Cur spiritus sanctus, cuius natura est inuisibilis, uisibilem foris ignē
 ostendit. Caput XIII.

Quod

Quod uero foris quoq; uisibilis ostensus est ignis, qui utiq; non erat ipsa, quæ inuisi-
 bilis est, substantia spiritus sancti: quod, inquam, ignis uisibilis ostensus est, signum
 nobis fuit diuinæ eius operationis, ut per effectus, quos nouimus, huius nostri ignis,
 intelligamus quid hic ignis, hic deus, hic spiritus sanctus operetur in nobis. ¶ Est
 autem multiplex in rerum uisibilibus natura, uisibilis ignis commoditas. Cœlum in sole & lu-
 na syderibusq; miris ornatus illustrat: terram autem non solum suo desuper lumine lætifi-
 cata, sed & beneficio caloris ad gignendum prouocat, & sinu eius recepta nutrit semina. Præ-
 terea de silicium ueris exceptus, & competentibus alimētis enutritus, noctem nobis allēuat,
 absentemq; diem lux agit a mola, & innumera mortalibus præstat cōmoda, quibus uite præ-
 sentis iuuatur inopia. Adde quod tunc temporis ex iussu domini semper ardebat in altari, sa-
 cerdote iugiter ligna subiiciente, quodq; consumebar holocaustū, quodq; sacrificium hoc di-
 cebatur, eō quod esset totum incensum. ¶ Sed inter cætera naturalia præclarum hoc habet
 ignis, quod diuisus in partes, nutuati non sentit detrimenta luminis, horum omnium signifi-
 cationes referri ad spiritum sanctum & opera eius, his qualitatibus assimilari nouerunt, qui
 scripturas legūt. Igitur quod in igne spiritus sanctus ostensus est, signum fuit, non sibi, sed no-
 bis quibus diuina maiestas eius ab initio signis loqui conuenit.

Cur cum patris & filij & spiritus sancti una sit substantia, magis spiritus sanctus dica-
 tur ignis. Caput XV.

Nec illud omittendum est, cur, cum una sit substantia patris & filij & spiritus sancti,
 magis & pene sola persona sancti spiritus appelleretur ignis, & nonnunq; ignis do-
 mini, ut ibi In igne em̄ domini deuorabitur omnis terra. Quod tamen mirum nō
 uidebitur, si ad memoriam reuocet, quia proprie uel naturaliter amor est iste & spi-
 ritus. ¶ Amor, inquam, uel charitas, qua pater filium uel filius diligit patrem, spiritus sanctus
 est, qui & bonitas utriusq; dicitur & est. Nam si quæras, inquit Augustinus, quis omnia fecit,
 respondeo, deus. Si quæras per quid, per uerbum suum. Si quæras, quare? quia bonus est, om-
 nia fecit. Et hæc trinitas unus est deus. Itaq; amor dei spiritus sanctus est. Amor autem tam
 spiritualis quam carnalis reuera ignis dicitur & est, adeo sensibiliter calens, ut nemo amantiū
 calorem eius nesciat. Sed cum deo, confubstantialis amor suus sit, sic eodem amore suo deus
 ignitus est, ut sine distinctione personarum dicatur deus, & sit inuisibilis atque incorporeus
 ignis, iuxta illud Apostoli: Tenim deus noster ignis consumens est. ¶ Veruntamen ubi per-
 sonarū distinctione opus est, cum quid cuiusq; personæ sit propriū distinguimus sicut deum
 patrem uitam in se immortaliter uitētem: filiumq; eius dicimus ueram & incommutabilem
 sapientiam, per quam uniuersam condidit creaturam: sic spiritum sanctum dicimus amorem
 eius per quem cōcupiscit rationalem & inhabitare appetit creaturam. Qui amor quasi ignis,
 imō ut uere ignis ad eandem appositam sibi tendit rationalem creaturam, sicut hic ignis uisi-
 bilis semper in appositam tendit competentem sibi materiam. ¶ At illo igne, quæ constat,
 non consumitur creatura, sicut hoc igne uisibili consumuntur ligna, fœnum, stipula: sed quæ
 admodum aurum & argentum hoc igne liquefcunt, neque cōsumuntur, sed perficiunt, & pu-
 riora sunt, sic illo igne, illo, ut ait Esaias, camino, qui est in Hierusalem: Beata rationalis creatu-
 ra, inconsumptibiliter liquefcit in incendio huius amoris, in torrente huius uoluptatis, sem-
 per pura, semper liquida, semper ardens amore, semper fruens deo amatore, de siderando nō
 indigens, fruendo non fastidians.

Cur ita spiritus sanctus in igne apparuit, ut de eodem igne linguas quoque formare di-
 gnatus sit. Caput XVI.

Cur ita spiritus sanctus in igne apparuit, ut de eodem igne linguas quoque formare di-
 gnatus sit. Cur sic in igne apparuerit, ut ex eodem
 igne linguas formare dignatus sit. ¶ Sed & hoc signo magifice nobis eiusdem spi-
 ritus sancti commendatur operatio. Spiritus enim cœternus patri & filio per lin-
 guam, quæ maximam habet cognitionem cum uerbo, non solum hoc expressit, quod eius-
 dem sit substantiæ cum eodem dei uerbo, sed & hoc, quod per ipsum deus pater suum nobis
 eloquatur uerbum, sicut ipse in Psalmo dicit: Lingua mea calamus scribæ uelociter scriben-
 tis. Nanque ut aduerteremus, hunc eundem spiritum per illum Psalms epithalamum exprimi,
 ipse qui in carnationem filij dei operatus est, cuius incarnationis ille Psalms epithalamum
 est, ipse, inquam, qui uerbum bonum de corde patris eructatum, in uerum uirginis humane
 naturæ unuit, nunc in lingua spiritus sanctus apparuit, ut idem ipsum uerbum mentibus a-
 postolorum infunderet, sic quoque comparandus calamo scribæ uelociter scribentis. ¶ Qua
 que cantantur apostolorum, quod tamen frequentius est in officijs uirginum, in officijs quo-
 que uerbum hoc in sinum uirginitatis plenius atq; excellentius eructatum est, uidelicet, ita, ut in-
 de carnem assumeret in cordibus autem apostolorum: ita, ut inde uoce corporea sumpta, nobis
 M 4 audibile

Multiplex
 effectus &
 cōmoditas
 ignis.

Leuit. 6
 Num. 28. 29

Sopho i

Spūs sc̄tus
 amor est, i-
 deo & ignis
 dicitur.

Hebræo. 14
 Pater, uita:
 rita: spiritus
 sanctus, a-
 mor pro-
 prie dic f. 7
 Differentia
 ter igne in-
 uisibile & in-
 uisibile com.
 Esai. 71

Deut. 4
 Actoꝝ 2
 Cur in lin-
 guæ specie
 apparuit
 spūs sc̄tus:
 Psal. 44

Spūs sc̄tus
 est lingua &
 calamus
 scribæ:

Rñso, qd di-
 es quinquage-
 simus est,
 in q̄ tabulæ
 legis datæ
 sunt.
 Exo. 24.

Leui. 23.

Dux causę
 solēntatis
 p̄tecoestes
 Deu. 9.

1. Cor. 2
 Leu. 25.

Rom. 7.

Actu. 2.
 Psal. 19.

Psal. 17.

Apo. 8.

Esai. 9.

Luc. 1.

audibile & intelligibile fieret. Igitur quia spiritus sanctus illa dei patris lingua est, qua, uelut calamo scribæ uelociter scribentis, bonum uerbum suum, humanæ naturæ, uelociter, ut uoluit, totum inscripsit, dicēs, opera sua regi, id est, assumpto homini: ut idem omnino, quod ipse, operari sciat & possit, recte super apostolos ostensus est in lingua, quibus eiusdem uerbi & incarnationis eius notitiam, ut eloquenter prædicare secundum scripturas, homines hactenus idiotæ, scirent, eadem calami uelocitate inscribere ueniebat.

¶ Per hoc maxime consonat & coheret Euangelio, quoniam impletum est hic quod dicitur illuc. Hæc locutus sum uobis apud uos manens. Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis. Ecce enim missus statim doctorem illum se proficitur, qui iuxta promissum sponsi in morte agonizatis, paracletus, id est, consolator filijs eius orphanis aduenit. Doctorem, inquam, qui illos doceat omnia, sed hoc signo proficitur, dum ostenditur in lingua, simulq; omnium edocet gentium loquelas, ut omnibus eloquerentur hominibus, ea de quibus soli docebantur interius, dei magnalia.

Quod non, ut quidam opinantur, apostoli una tantum, id est, Hebræa lingua loquebantur, ita ut cuiq; genti sua uideretur, quod miraculum, ut ait Beda, non loquentium esset, sed audientium.

Caput XVII.

ET non (sicut suspicantur nonnulli) sic in illorum uocibus omnes loquelæ atq; sermones audiebantur, ut tamen una tantum lingua, scilicet Hebræa, loquerentur: sed unius cuiusq; nationis homini sua lingua uideretur: quod, ut ait Beda, miraculū non loquentium esset, sed audientium, id est, non in illis qui loquebatur erat uera uirtus, se in audientium auribus prodigium, imò error, id est, non rei existentis erat sensus. ¶ Non, inquam, sic egit ille spiritus ueritatis, nec sic opinatur de illo quicumq; prudēter discernit, quid deceat magistrum illum, qui omnem ueritatem docere uenit. Superest enī ut scripta quoq; illorum, quæ dispersi per mundū uniuersum diuersarū linguarum hominibus mittebant: isti unius tantum, id est, Hebræicæ linguae literis eos asserant scripsisse, omnemq; hominem cuiusq; linguae, quicumq; uidisset Hebræicos illos apices, eodem miraculo suæ linguae scripturam æstimauisse: Quod ualde ridiculū est: Saltem nos Latinos excipiant. Nam de nobis certum habemus, quia scripturas, quas Hebræice aut Græce conscripserunt, absq; translationibus legere nequimus. Illud quoq; consequens est, ut quamcunq; ipsi linguam audirent, putarēt Hebræam, quamcunq; uiderent scripturam, existimarent esse Hebræicam. Quod nimis friuolū, ut dictū est, ineptumq; & erroneum, sanctoq; spiritui probatur in dignum per omnia. ¶ Nec difficile est, hanc præsumptuosam suspensionē, scripturæ quoq; autoritate explodere. Et repleti sunt, inquit, omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat, & loqui illis. Cœperunt loqui uarijs linguis, ut spiritus sanctus dabat eloqui illis, scripturæ uerba sunt, quibus omnino repugnat id quod prædicta suspicio coniectat. Loquebantur ergo, nec falso uidebantur loqui, dabatq; uere spiritus sanctus eloqui illis: uerum nouum hoc canticum, ut canimus, ponens sanctificationis signum, ut in ore eorū omnium genera nasceretur linguarum. ¶ Nouum, inquam, signum: Significabat enim, quod ecclesiæ deum, hactenus notum sibi in sola Iudæa, linguis omnium gērium deinceps esset locutura, ita uero signum fuit, ut causa quoq; efficiens, principiumq; esset futuræ rei. Nam quomodo gentium magistri fierent, nisi per sciētiam linguarum copiam habuissent conferendi cum eis sermonem? Quomodo, inquam, saltem respondisset amen, super benedictionem illorum, cum quid dicerēt, ne sciremus? ¶ Turrim isti ædificaturi erant, nunc tempore accepto & opere diuino, turrim, inquam, cuius cacumen cœlos tangeret, per quam futurum quisq; metuēs iudicium, in cœlum fugere posset. At illi qui olim absq; dei magisterio, soloq; humano opere, superbia duce turrim sibi extruere uoluerunt, per quam ascēderent in cœlum, facta cōfusione linguarum, cum prius esset terra labij unius & sermonū eorundem, diuisi contra se ac dispersi sunt. Igitur nūc quando dei cōsilio turris corporis Christi (quod est ecclesiā) de uiuis & electis lapidibus per uniuersum mundū rite & ordinate construitur: recte omnes linguae ad horum artificum ora reuocantur, ne, sicut tibi, cum quis posceret lapidem, alius offereret bitumen, cum peteret aquam porrigebat trullam: ita hic, cum structores nostri annuntiant pacem, nos suspicaremur bellum: cum prædicarent regnum dei, nos putaremur gloriam mundi.

Quam cōgrue spiritus sanctus in apostolos hora tertia aduenit. Caput XVIII.

Opportune spiritus sanctus, omnium arbiter sacramentorū, hora tertia super apostolos adueniēs, uiuificans eandem horam dedicauit mysterijs, qua homines adhuc sobrijs & carnalibus cibis adhuc ieiuni, primum quærere debent regnū dei. ¶ Nam quia dominus noster, qua nocte tradebatur, post typicam agni cenam, sacramentum corporis & sanguinis sui tradidit eucharistiam, forte parū aut nihil referre arbitramur, utrum pransi an ieiuni ad illud uitæ epulum accēderemus. At ille ratione & articulo temporis agebatur

batur, ut tali hora sacramentum illud condere non moraretur. Ratione: quia non ante consummationem ueteris, inchoandus erat ordo noui sacrificij: articulo temporis, quia statim capiendus & ad passionem ducendus, aliud non habebat spatium, ut ante mortem suam hoc rebus suis cōscriberet testamentum. Vnde cum illis tradens sanguinis sui calicem, dixisset: bibite ex hoc omnes, hic est enim calix sanguinis mei, & cætera: statim addidit: Dico autē uobis, non bibam amodo de hoc genimine uitis, usque in diem illum cum illud bibam uobiscū nouum in regno patris mei. ¶ Et quidē cum in regno patris, id est, cum iam factus immortalis, post resurrectionem suam cum discipulis suis manducauit & bibit: poruit tunc primū tradere illis corpus suū, & calicem noui & æterni testamenti, sed nunc magis ordinate egit, quia testamentum ratum non fuit, nisi, ut ait Apostolus, mors interueniret testatoris. ¶ Igitur spiritus sanctus, qui huius & omnium sacramentorum author & uirtus est, congrue hora tertia dari dignatus est, ut tempus ostenderet, quo sua quoq; sacramenta dari uel celebrari magis conueniret. Vnde recte uniuersalis ecclesiæ conuentus, magis hac hora (nisi forte dies ieiunij sit) congregari consuevit, & dicta hora tertia, quæ ceteris illustrior est ob honorem eiusdem spiritus sancti, solennia Missarum celebrari astantibus choris, cum psalterio communi. Nec cuiquam hæc diuina traduntur mysteria, post cibum corporis, nisi urgeat ea, quæ retar dari non potest, instantis necessitas mortis.

Quod signa prædicta spiritus sanctus uisibiliter quidem ostendit, sed inuisibilis inuisibiliter operatus est, & intrinsecus corda repleuit.

Caput XIX.

Et hæc quidem, quæ prædicta sunt, extrinsecus uisa uel audita sunt: intrinsecus autem omnis erat gloria, cuius hæc de foris apparentia signa fuerunt. Intus enim beati apostoli mundo corde deum uidebant, animarum suarum secreta magna cum maiestate subeuntem, suamq; fortitudinem largis uis dulcedine temperante, ut adhuc fragilia mortalium hominum pectora, non tam miraculo potentia terret, quam intimo sensu gratia lætificaret. Ibi enim erat, de quo dictum est: Luminis impetus lætificat ciuitatem dei. Item: Spiritus enim meus super mel dulcis. Item: Et uinum lætificat cor hominis. De quo & Iudæi, quasi diuinantes, multo aiunt pleni sunt isti. Ibi, inquam, id est, in nouis utres cordium, missum erat seruidum diuinæ substantiæ mustum, spiritus sanctus, sicut ait illis, promittens eum dominus Christus: Vos autē cognoscetis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit.

Quod non eo minor sit spiritus sanctus, quia capabilis est humano spiritui, cum idem de patre & filio debeat intelligi.

Caput XX.

In uobis, inquit, erit: Capabilis enim, ut superius iam dictū est, humano uel angelico spiritui, spiritus sanctus est. Quod cum sufficere possit ad probandam eiusdem ueram diuinitatem, quidam hæreticos in sua potius perfidia uerterūt argumentum. Dicentes enim, patre filium esse minorem, spiritum quoq; filio minorem, huic asserere uoluerunt, quod in nobis sit, atq; humanarū patiatur cōtagia animarum. ¶ Sed hoc dicendo, peccatores errauerunt, & falsa loquuti sunt. Cōsequitur enim eos, ut nec patre nec filium cōsueant esse deum. Paria namq; imò eadē dicta sunt, sicut, exempli gratia, hodiernū probat Euangelistū. Vbi cum dixisset filius: Si quis diligit me sermonē meum seruabit, protinus adiecit: Et pater meus diligit eum, & ad eum uenimus, & mansionem apud eum faciemus. Igitur cum spiritū sanctum negat esse deum, eo quod dictū sit, apud uos manebit, & in uobis erit: cōsequitur, ut nec patrem nec filium fateatur esse deum, eo quod de patre & de se dicat filius: Veniemus & mansionem apud eum faciemus. ¶ Sed his explosis, & cum fumo suo, cum quo de puteo abyssi tanquam locustæ exierunt, euentilatis, hoc potius in argumentum ueritatis catholica fides arripit, deum esse spiritum sanctum comprobās, eo quod humano spiritui capabilis sit: quod proprium diuinæ est substantiæ, sancto spiritui cum patre & filio commune, qui unus & solus deus nullius capax, suæq; creaturæ rationali capabilis est.

Quod licet apostolis dictum sit de spiritu sancto, quia apud uos manebit, proprium tamen filij dei signum fuerit, quod dictum est Iohannis: super quem uideris spiritum descēdētem sicut columbam, & manentem in eo.

Caput XXI.

Sciendum uero quia in eo quod ait dominus discipulis suis de spiritu sancto, apud uos manebit & in uobis erit, longe differentem modum mansionis, ratio cogit accipi, ab eo quod in unigenito dei filio idem spiritus māsūt de quo dictum est: Super quem uideris spiritum descēdētem sicut columbam, & manentem in eo, hic est qui baptizat. ¶ Quæ manendi differentia si recte animaduersa fuerit, simul & illud clarebitur cū tota trinitas apud dilectorem suum mansionem faciat, & pius & quasi singulariter hoc de spiritu sancto scriptura sacra contineat.

¶ Manere spiritum sanctum in creatura sua, duobus modis accipimus: Vnus quidem modus est manēdi, cum illa creature substantia, per seipsam creaturæ repleta substantia, semper inhabitat, qd de beatis angelis sanctoq; hominū spiritib; qui iam cum deo sunt, carne soluti, non est

Math. 26

Luce 24 Iohan. 21

Hebræo. 9. Hora tertia debet Missa celebrari nō post eam.

Math. 5. Quæta dulcedine repleuit apostolos spiritus sancti. Psal. 45. Ecclesiæ. 24. Acto. 2. Math. 14. Iohan. 14.

Exort.

Psal. 57. Cōfuctio.

Iohan. 14

Apocal. 9

Iohan. 14

Iohan. 1

duplex modus manendi, qd manent spiritus sancti in sanctis.

Iohan. 14

Vere diuersis linguis locuti sunt & scripserunt apostoli.

Iohan. 16

Acto. 2

Mysterij in generib; linguarum

Psal. 77

1. Cor. 14

Gene 6

Aliter apostoli, q; Babylonij, turrim ædificauerunt.

1. Petri 2

Matth. 6

1. Cor. 11

Dug causę, cur eucharistia instituitur dis post cenā.

Vno, p substantiam, Sapient. 9 3. Reg. 19

non est dubitandum. De his autem qui adhuc in carne mortali sunt, non idem est arbitrandum; quia, quando diu quod corrumpitur aggrauat animam, multis uarietatibus subiacet, & nunc quidem dilatato corde, si ualde perfecti sunt, uisitationem illam merentibus, ut ait Gregorius, significatur in Helia per tenuem auræ sibilum: uirtutemque resumunt, ut idem Helias, qui post eundem sibilum regna uertit, reges alios ungens, prophetamque Heliisum nunc deficienter animo trepidant, ut idem rursus, qui paulo ante uerbo cœlum clauserat, & nunc propter uerba mulieris per desertam fugiebat. ¶ Alius uero mandati modus est, cum per fidem inhabitare incipiens, ecclesiam suam nunquam in infidelitate derelinquit, uel cœtera charismati dona semel tribuens, postea nunquam subtrahit. Verbi gratia: Paulo Apostolo datam sapientiam, non sic per tempora distinxit, ut nunc affluente dono sapiens, nunc relabente fieret insipiens. Et de hoc quidem modo dicitur: Non te deseram neque derelinquam. De modo autem supradicto: Auerte, inquit, oculos tuos, quia ipsi me auolare fecerunt. Itemque de hoc modo scriptum est: quia quatuor animalia incedentia non reuertebantur, sed unum quodque ibat ante faciem suam, id est, in proposito suo permanebat. De modo autem supradictio ibant, inquit, & reuertebantur in similitudine fulguris coruscatis. ¶ Nec quisquam mortalium extitit in quo hic spiritus, qui diuini amoris substantia est, æterna statione requiesceret, præter illum uirtutum, quem septem mulieres, id est, septem huius spiritus gratias, semel apprehenderunt, semperque tenuerunt: propter quod & dictum est: Super quem uideris spiritum descendentem & manentem in eo: non quod tunc primum in illum spiritus descenderit, quippe qui totam eius plenitudinem in se corporaliter habitantem ab ipsa conceptione habuit, sicut scriptum est: quia sapientia edificauit sibi domum, scilicet columnas septem, id est, sapientia dei patris in edificatione uel conceptione sui corporis, statim septem spiritus sui, gratias adhibuit sed fidei precursori & testi eius signum opportunum datum est, ut sciret, quale de illo testimonium perhibere deberet. ¶ Secundum fidem autem & cœtera charismati dona singulis, prout uult, ipsis diuisa, semper, ut dictum est, in ecclesia sua, spiritus sanctus habitabat. ¶ Que dona, quia proprie sancti spiritus opera sunt, iocundo sapius & quasi singulariter, ut supra dictum est, mansionem sancti spiritus in nobis scriptura sacra commendat, cum tota trinitas capabilis sit, & mansionem sibi in nobis faciat: quia nunc in nobis peregrinantibus per illa dona sua spiritus sanctus inhabitat, in futuro autem æternis complexibus ipsa trinitas in habitabit substantia.

Altero per fidem, Hebr. x. 13 Cantico. 6

Ezech. 30

Ezech. 11 Alter in christo qd i sanctis semp manet spūs sanctus.

Esaie 4 Iohan 1 Coloss. 2 Proverb. 9

1 Cor. 12 Cur potius spūs scūs qd pater aut filius in nobis manere dicitur.

Sapient. 1 Spūs scūs repleuit orbem terrarū.

Lucæ 4

Spūs scūs scientia habet uocis, Sapient. 1

Psal. 67

Quod ubique esse non nisi deus possit, unde spiritus domini, quia repleuit orbem terrarum deus est.

Caput XXII.

Nihilominus & per hoc quod cantamus ad introitum: Spiritus domini repleuit orbem terrarum, diuinam eius, ecclesia catholica, prædicat potentiam. Quis enim nisi deus incit cunctis orbem terrarum replere, & omnia potest continere? Nisi deus hic esset, diuisis apostolis per orbem terrarum, quomodo uno eodem tempore posset omnibus adesse? Verbi gratia: Thomæ in India, Petro uel Paulo Romæ: imò cum per annos singulos, tam sabbatho sancto pentecostes, quam sabbatho paschæ, baptismi sacramenta sancta celebrat ecclesia, quod absque sancto spiritu nulli noscitur uirtutem habere, quomodo in toto orbe terrarum, quo iam ecclesia diffusa est, posset adesse, ut in fontes plenitudo eius ubique descenderet, ubique spiritalis equitatus Pharaonis, id est, peccatorum omnium turbas, fluctibus operiret? Sic enim orbem terrarum illum replere dicimus, ut ecclesia uniuersam, quæ per orbem terrarum est diffusa, intelligere debeamus. Mundi enim elementis uel corporibus inanimatis diuinitas non capitur, sed sanctam ecclesiam ubique replere recte credit. ¶ Quodque magis dignum uerumque diuinæ maiestatis eius est signum, ipsum eiusdem ecclesiæ caput implet, sicut scriptum est: Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est à Iordane. Diuinam igitur eius ubique testatur esse præsentiam, cantando in introitu: spiritus domini repleuit orbem terrarum, iam dicto sensu huius enuntiationis illud respiciente, quod ecclesiam adhuc paruulam, sed toto terrarum orbe diffundendam, id est, Christi discipulos repleuit, progenitis in ore eorum pro signo uniuersis orbis terrarum linguis. ¶ Quod uero sequitur: Et hoc quod continet omnia, scientiam habet uocis: cur sapientia dixerit, manifestum est, ex eo quod addidit, propter hoc qui loquitur iniqua non poterit latere: uel quod præmisit: & non liberabit maledictum à labijs suis, quoniam renum illius testis est deus, & cordis eius scrutator est uerus, & lingua illius auditor. Per quæ constat sic esse dictum, scientiam habet uocis, ac si dixisset, non uita, qua mente quisque loquatur. Veruntamen in ratione præsentis officij scientiam linguarum respicit, quarum diuersitatem dando fidelibus, suis magnifice probauit, scientiam se habere omnium, per quæ potest uox humana uariari.

Quod sancti spiritus effusio, totius sit diuini operis confirmatio. Cap. XXIII.

Bene supradicto sancti spiritus operi congruit hæc offerenda: Cōfirma hoc deus quod operatus est in nobis. Nam ut nouerimus, quia spiritus sancti effusio totius diuinitatis confirmatio sit, hoc primo dicendum est, quid ante aduentum eiusdem sancti spiritus

ritus in apostolis suis dominus operatus sit, fidem utique in illis operatus est, quæ ex ore Petri pro omnibus sonuit: Tu es Christus, filius dei uiui. ¶ Sed hæc quàm infirma fuerit, antequam spiritus sanctus adueniret, cunctis liquet scientibus, quia Petrus, idem apostolorum princeps, unius ancillæ uoce terribus, illum, quem, ut iam dictum est, Christum filium dei uiui confessus fuerat, se nosse negauit. Vbi uero spiritus huius donum accepit, nec Romani principis imperium timuit, sed usque ad mortem confitens, eadem morte sua Christum clarificauit. ¶ Fidem igitur spiritus sanctus in apostolis confirmauit, atque ideo bene, ut dictum est, in offerenda canimus: Cōfirma deus hoc quod operatus es in nobis, ut per eundem spiritum fides eadem in nobis confirmetur, subiungentes, ad templo tuo quod est in Hierusalem, id est, ab ecclesia apostolica, quæ utique cepit ab Hierusalem, id est, à Iudæa, sicut alibi loquitur ipse dñs, quia salus iudæis est. Per eundem, inquam, spiritum confirmari poscimus, quia præter hunc quicquid credimus, quicquid baptizamus, quicquid molimur, infirmum & uacuum esse comprobatur. Nam & cœli, scilicet ordines supernorum spirituum, in eo quid est firmati sunt uerbo dñi, ut in sua natura rationales essent & æterni, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum firmata est: qua in similitudine dei, id est, in sanctitate persitit. Vnde alibi scriptum est: Spūs eius ornauit cœlos.

¶ In reliquis præsentis hebdomadæ officijs, cum pene omnia sancti spiritus nomen perferant & gratiam, sola possunt Euangelia facere quæstionem, quid ad aduentum eius pertineat solennitatem. Quapropter de illis breuiter aliquid dicendum est, ad hoc duntaxat, ut eorum, cum singulis officijs, quibus deputata sunt, appareat concordia.

DE Officio secundæ feriæ. Caput XXIII.

Feria secunda legitur hoc Euangelium: Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam, & reliqua. Hoc quod dictum est, non quidem per se citius liquet, quid ad præsentem pertinet solennitatem, sed quæ præmittitur lectio Actuum Apostolorum, considerata, confestim quasi luminis radius causam eius elucidat. Loquente, inquit, Petro cecidit spiritus sanctus super gentiles qui audiebant uerbum. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles, qui uenerat cum Petro, quia in nationes gratia spiritus sancti effusa est, & cœtera. Iccirco nunc quæ prædictum Euangelium cum hac ponitur lectione Actuum Apostolorum, ut comprobetur hoc opus spiritus sancti, quo gentibus penitentiam ad uitam dedit, non esse factum mirabilitate consilij, cum filius antequam pateretur, idem uoluerit, licet per se ipsum tunc gentibus prædicare noluerit, imò discipulos mittens dixit eis: In uiam gentium ne abieritis: Nam quod hic ait Petrus: In ueritate comperi, quia non est personarum acceptor deus, sed in omni gente, qui timet deum & operatur iustitiam, acceptus est illi: Hoc in Euangelio testatur filius dei dicens, missum se esse, non ad iudiciū, sed ad salutem totius mundi: & subiungens, absque distinctione Iudæi atque gentilis: ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam æternam, & cœtera quæ sequuntur. Adeo nihil quidem per se gentibus prædicauit Christus, sed de illarum salute suisque apud illas glorificatione multa prædixit. ¶ Sic Isaac nihil quidem per se ipsum iuniori filio suo Iacob de afferendis fratribus mandauit, sed per concorporalem illi Rebeccam Iacob subintroductus est, cum ille benedictionem Esau primogenito suo dare disponeret. Nam Isaac Christum, Esau populum Iudaicum, Iacob gentilem, Rebecca mater significat sancti spiritus gratiam, Rebecca namque consulente, id est, sancto spiritu consilij prouidente, iunior ille filius, scilicet gentium populus, ingreditur ad Isaac, uidelicet ad Christum, tardante foris Esau, & occupato in uenationibus, id est, priore populo intèro ceremonijs carnalibus. Ingreditur, inquam, iunior populus cum obseruatione decem mandatorum legis, quæ tradita sunt populo priori, & scientia legis & prophetarum perornatur, uel ut ille Iacob à matre indutus est ualde bonis uestibus Esau, habens circa manus collumque pelliculas hæredos, id est, aperam proferens cōsentem peccatorum, cibosque offerens, id est, fidem quæ operatur per dilectionem, eandem præcipit benedictionem, quæ in apostolos descendit, sicut audiui mus in supradicta lectione. Adhuc loquente Petro cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum, & erant loquentes & magnificantes deum.

¶ Magnitudinem tantæ benedictionis hic introitus innuit: Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Per hoc enim felicitas gentium innuitur, quæ per spiritum sanctum, interiorè sacræ scripturæ, tanquam homines rationales, percipiunt medullam, cum iudicij carnales, tantum exteriorè, ut irrationalia pecora, se cœtur paleam. ¶ Sermo namque diuinus frumentum est, in quo literæ superficies, palea sensus uero spiritalis qui à nobis quæritur, medulla est. Vnde liquet, quod spiritus sanctus quasi pinguedo diuinæ substantiæ sit, de quo in Psalmis dicitur: Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea, quia uidelicet eius inspiratio uerbi dei pinguedinem nostris animabus inferit. Cibauit, inquam, ecclesiam de gentibus ex adipe frumenti, ut dictum est. ¶ Saturauit etiam eos melle fluente de petra, id est, doctrinam & sapientiam & solutione arcanorum quæ præcesserunt de domino Iesu, in quo sunt omnes thesauri

Match. 16 Fides apostolorum: antequam aduentum spūs sancti infirma.

Lucæ 22 Iohan. 21 Confirma hoc deus, & cœtera. Psal. 67 Iohan. 4

Iob 26

Euangelij Iohan. 3

Epistola. Acto. 10 Cōtiona epistolæ quæ Euangelio.

Match. 10 Acto. 13

Gene. 27 Mytheni ueteris historice de Isaac.

Galat. 3 Acto. 10

Psal. 68 Cibauit eos ex adipe frumenti.

Psal. 62

Et de petra melle saturauit eos. Sauri

Coloss. 2. Iohann. 14. Psal. 117. Sauri sapientiae & scientiae absconditi, Propter quod de eodem spiritu in communione dicitur Spiritus sanctus docebit uos quaecumque dixerero uobis. Offerenda in tonitruo non dubie ad hoc ipsum cogruit, quia per spiritum sanctum apparuerunt fontes aquarum, id est, intellectus sunt scripturae prophetarum.

Extra ecclesiam apostolica non datur spiritus sanctus.

Quod spiritus sanctus extra catholicam non datur ecclesiam. Caput XXXV. In officio tertiae feriae praedicatur nobis, extra catholicam ecclesiam non posse dari spiritum sanctum: solisque apostolicae fidei praesulibus esse datum, ut per impositionem manus ipsorum hi, qui confirmandi uel ordinandi accedunt, accipiant eiusdem spiritus sancti donum. Sic enim habet, quae in hoc officio posita est, lectio Actuum Apostolorum: Cum audissent apostoli, qui erant Hierosolymis, quia receperit samaria uerbum dei, miserunt ad eos Petrum & Iohannem: Nondum enim in quenquam illorum uenerat spiritus sanctus, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebant illis manus, & accipiebant spiritum sanctum. Et ut sciamus non nisi per apostolicam fidem inuicem intrari debere in sanctam ecclesiam, nec aliter accipi spiritum sancti gratiam, congrue lectioni huic coniungitur hoc Euangelium in quo dominus ait: Amen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in uisile, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro, & caetera. Passim per libros patrum sententiae reperiuntur, quibus confirmatur, talium sacramenta, specieque uideamur pietatis habere, uirtutem autem eius abnegare: quomodo palmes cum fuerit abscissus de uite, palmes quidem est, sed iam fructificare non potest: & manus cum abscissa fuerit de corpore, manus quidem est, sed corporis uitam sensumque in se retinere non potest. Quapropter cum baptizati a talibus, ad catholicam reuertuntur ecclesiam, non quidem repetitur in illis lauacrum carnis, siquidem baptizati sunt in nomine patris & filii & spiritus sancti: multae quippe haereses sic quoque baptizant, sed per impositionem manuum accipiunt spiritum sanctum, quem foris (ut dictum est) accipere non poterat. Hocigitur, ut supra dictum est, officio declamatur, foris non dari spiritum sanctum, sed intus per episcopos, quorum est, manus imponere, ex successione apostolorum, quorum & illa uox est in introitu, manus imponentium & dicentium: Accipite in uisibilem uirtutem gloriae uestrae, gratias agentes deo, qui uos ad caelestia regna uocauit. Quod de apostolicis sumptu epistolae, parca a litera detortu est. Nam pro eo quod dominus ait: Accipite spiritum sanctum, isti uerecunde utentes eius uice, dicunt: Accipite in uisibilem gloriam uestrae: Siquidem Paulus ad Corinthios scribens, qui ab eiusmodi furibus & latronibus, quos in supra dicto Euangelio dominus percussit, multipliciter subuersi fuerant, id est, a pseudoapostolis, quia gloria uestra sumus ait. Et in alio loco: Gratias, inquit, agentes deo, & caetera. Catholicorum quippe atque orthodoxorum gloria est, quod per ostium intrauerunt uisibilem uirtutem, id est, per fidem illorum qui non suam, ut haeretici, sed dei gloriam in spiritu sancto querunt.

Non intrat in uisibilem uirtutem gloriae uestrae.

Iohann. 10. 2. Tim. 3. Iohann. 15.

Recorrectionem per manus impositionem.

Accipite in uisibilem uirtutem gloriae uestrae.

Iohann. 20. 2. Cor. 1. Ephe. 3.

Iohann. 16. Gloria dei catholici: Haeretici suam querunt.

Roma. 5.

Ieiunium peccatores rationabiliter ab ecclesia Romana institutum.

Ieiunium consistat solennitate spiritus sancti.

¶ Vnde & in communione canimus: Spiritus qui a patre procedit ille me clarificabit. Quod idem est ac si dixisset: Spiritum, qui a patre procedit, quicumque dabunt uel accipient, non suam sed dei gloriam uel glorificationem quaerent: In offerenda quoque portas caeli aperuit dominus, donum sancti spiritus praedicatur, quo scripturae sacrae apostolis, & per apostolos nobis aperta sunt, ut manna uerbi dei plueret nobis dominus in abundantiam, quosque auctoritate ecclesia catholica ab insurgentibus in se haereticis exaltatur, sicut in sequenti uersu canimus.

Quod ieiunium stat in ipsa peccatores hebdomada celebrandum sit. Cap. XXVI.

In officio quartae feriae praedicamus eam, quae per spiritum sanctum data est, ecclesia: multiplicem scientiam, consonantibus maxime his, quae ieiunio deputatae sunt euangelicis ac prophetis lectionibus. Illae namque lectiones trium dierum ieiunij magis consonant officiorum partibus reliquis, non solum sensu sed interdum & litera, ut ille introitus: Caritas dei diffusa est in cordibus nostris, qui de lectione epistolae, quae ieiunio deputatur, sumptus est. ¶ Vnde satis ecclesiasticae & hoc Romana censet auctoritas, ut semper in hac sacra peccatores hebdomada, siue tardius siue temperius termini occurrat, ieiunioque celebretur solennitas, quod ab antiquis quoque praefinitum esse apostolicis, non dubia testantur ipsorum scripta. Non enim ab illis tradita est noua haec allegoria, secundum quam uisum est quibusdam nostrorum, a prima hebdomada Martij tres obseruare hebdomadae usque ad natale domini ad similitudinem trium quas Matthaeus in Christi generatione coextulit. Sed quia primum ieiunium ueris, secundum a statum est, & terminus quadragesimae nunquam ueris initium, peccatores uero nunquam aetatis occurrit in introitu: placuit iure uenerande matri Romanae ecclesiae, in prima quadragesimae hebdomada, & in ipsa peccatores solennitate, ieiunioque eorundem officia praefigere, nec unquam propter uelocitatem aut tarditatem terminos eade confundere. ¶ Nec uero consistat aut obsecrat, sed magis illustrat obseruantia ieiunioque illam de aduersu sancti spiritus solennitatem: quippe quia delicta sancti spiritus, delicta carnalium fastidii important electorum mentibus: & quia sponsum ablatum est, ieiunandum est filij eius, hoc spiritu sancto paracleto sic suam dispensante gratiam & consolationem, ut delebantur gemitibus inenarrabilibus,

libus, gementes ut columbae, gemitumque pro cantu habentes. Igitur haec officia secundum eum iunium, quomodo suis in partibus consonant, breuiter est aperendum.

De officio quartae feriae. Multipliciter ecclesiae scientia per spiritum sanctum esse data. Cap. XXVII.

Rimo officium quartae feriae, multipliciter, ut supra dictum est, praedicatur ecclesiae scientiam: quia iuxta quod ait Daniel, pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia: studio uirorum illustrati, qui spiritu sancto illuminati sunt, de libris Moysi paucisque prophetarum scriptis tanta creuit copia librorum, ut nos legentes, tanquam lassi conuiuio, plura relinquere, uideamur absistere. Hoc mystice sanctum nobis inuicem Euangelium, de quibus panibus & duobus piscibus satiatis quinque milibus hominum, & duodecim cophini ex fragmentis impleti sunt. Aucti sunt enim domini benedictione, sancti spiritus effusione significare: quo dato, lex & prophetae inter studia tractantia, sicut illi panes inter ora comeditum, multiplicati sunt. De quo spiritu in lectione prima dicit sapientia: quia spiritus domini repleuit orbem terrarum, &c. Et Esaias in lectione secunda: Noli timere serue meus Iacob, & rectissime quae elegi. Effundam enim aquam super fidentem, & fluenta super arida. Et exponens quid dixerit: effundam, inquit, spiritum meum super femem tuam, & benedictionem meam super generationem tuam. His consona praecinit introitus: Deus cum egredieris coram populo tuo, iter faciens eis, habitas in illis. hic siquidem particulatim de Psalmo LXVII. sumptus est, qui Psalmus totus de exaltatione Christi & ecclesiae glorificatione compositus est. Nam per praedictam scientiam, & caetera charismata spiritus sancti, egressus est deus, id est, notus factus est in conspectu populi Christiani, prosperum iter faciens eis, remotis uidelicet pristinis erroribus laqueis. ¶ Et quia praedicti doctores sancti quosque & illa uox esse potest in offerenda: Meditabar in mandatis tuis quae dilexi ualde: qui meditatio diligenter sacras exposuerunt scripturas, id ipsum dicunt omnes, & non sunt in eis schismata: bene in comunione recitat eis illud domini dictum quod amplectuntur ipsi: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis.

Daniel. 2. Multiplex scientia in ecclesia Christi.

Sapient. 1. Esaias 44.

Psal. 67.

Doctores ecclesiae id ipsum dicunt omnes.

Psal. 118.

1. Cor. 1. Iohann. 14. Mysterium Euangelij de synagoga ad Christum conuertenda.

Matth. 9. Marci 5. Nascitur synagoga et firmata est gentilitas.

Actus 10. Actus 13. Roma 11.

Iohel. 2. Imber matutinus & serotinus.

Iohann. 6. Psal. 70.

Luca 8. Psal. 102. Iohann. 15.

1. Cor. 12.

De officio sextae feriae: synagoga per fidem esse resuscitanda. Caput XXVIII.

Eria sexta pulchro & mirabili mysterio significatur in Euangelio nobis illud, quod futurum de synagoga speramus, uidelicet quod tandem per fidem Christi suscitanda sit, quae nunc praesentia mortua est, ex quo spiritu sancti gratia uenientem de gentibus ecclesia suscepit. Mulier namque, quae a fluxu sanguinis, tactu fimbriae de uestimento saluatoris, facta est: ecclesia de gentibus archisynagogi filia, quae idem dominus resuscitauit, synagoga, quae nunc (ut dictum est) per infidelitatem mortua est, significat. In quo illud mirabile ualde est mysticum, quod quando filia nata est archisynagogi, tunc mulier ista coepit infirmari, & quando haec sanata est, tunc illa obiit. Sic enim scriptum est in Euangelio: quia puella erat annorum duodecim, & mulier fluxum sanguinis praeterea annis duodecim. ¶ Quid pulchrius, quid conuenientius? Nam quando in Abraham, Isaac & Iacob synagoga nata est, gentilitas foribus idololatriae tanquam fluxu sanguinis, coepit languere. Et quando trahente & suscipiente spiritu sancto testificatus est in Cornelio, haec sanata est tunc synagoga inuidens, & indigna uitae aeternae se iudicans, mortua est. Sed iterum reuiuiscet postquam plenitudo gentium subintroierit, quod praesentis factura praedicatur gratia spiritus sancti. Huic in praesente prophetica lectione dicitur sub nomine ciuitatis suae Syon: exultate filiae Syon, & Ierusalem in domino qui dedit uobis doctorem iustitiae, descendere faciet ad uos imbrem matutinum, & serotinum in principio. ¶ Per imbrem matutinum & serotinum, doctrina significatur euangelicam, quae illis & primo tempore tanquam matutinus imber, missa est: & nouissimo tanquam serotinus, mittenda est. Et comedetis, inquit, uescentes, & saturabimini, & laudabitis nomen domini dei uestri, qui fecit uobiscum mirabilia. Comedetis, inquam, non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam aeternam: de quo ad introitum in persona eius quae suscitanda est, dicimus: Repleatur os meum laude tua, &c. ¶ Quapropter nec illud a mysterio uacat, quod cum puella dominus suscitasset, addidit est: et iussit illi dare manducare. Refecta enim interior, dicit id quod in offerenda canimus: Benedic anima mea domino, &c. Et tunc magis uniuersaliter impletum erit, quod in comunione canimus: Spiritus ubi uult spirat, uidelicet habes potestatem cum uult, uadere ad gentes, & iterum uenire ad Iudaeos, ubique sua se uoce prodēs, quia nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.

De officio sabbathi: Duos populos gentilem & Iudaicum pacem & concordiam habituros. Caput XXIX.

Sabbathi officio, duorum concordia populorum praesignatur, iudaei scilicet atque gentilis, qui tandem uno eodemque spiritu se illuminatos profitentes, agnitione ambo sine controuersia sequentur Christum. Duo namque caeci, qui in Euangelio referuntur illuminati, istos duos significant populos, quod ex praesente lectione epistolae manifestum est. Quibus enim nisi Iudaeorum pariter & gentium, duobus, contra se inuicem rixantibus, populis Paulus ait: Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum, per dominum Iesum Christum: Quod superiora legentibus atque intelligentibus clarum est, ubi longa & ualida dispensatione caufatur Iudaeos & Graecos omnes sub peccato esse, nec istos excusabiles esse propter

Duo caeci Christi sanati, duo populis uniuersaliter datur gentes. Matth. 20. Roma. 5.

N ignotant.

ignorantiam dei nec illos iustificari potuisse ex operibus legis, & omnibus que necessarii esse Christi gratiam. Quibus omnibus sub peccato conclusis tandem inserti iustificati igitur ex fide, & cetera. Ita que duo ceteri illuminati, mystice duo sunt populi, quorum & illa vox est in introitu, sumpto de predicta lectione epistola: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per inhabitatem spiritus eius in nobis. Adeo ieiunium fieri presentem hebdomadam, ratio uel authoritas exigit, ut maxime officijs consonent lectiones. Evangelia ad ieiunium pertinentia. Sed & lectiones quinque, si considerentur, spiritus sancti gratiam testantur, omnes quidem significationibus rei competentibus, quaedam autem & apertis uocibus, ut haec prima Iohelis prophetae: Fundam de spiritu meo super omnem carnem, & cetera. Secunda quoque, qua dicitur: Numerabitur septem hebdomadas plenas usque ad alteram diem expletionis hebdomadae septimae: presentem solennitatem contingit, quam numeratis a paschae die septem hebdomadibus, pro aduentu spiritus sancti celebramus, que magna, & apud antiquos in memoriam datae legis festiuitas hebdomadarum erat, & apud nos in memoriam datae gratiae, id est, remissionis peccatorum, iucundus iubilatus est. Et quia post factam duorum concordiam populorum, in breui dominus uenturus est, recte filijs absentiam sponsi desistentibus, & cum desiderio reditum eius expectantibus, illa consolantis uerba in comunione canimus: Non uos relinquam orphanos, ueniam ad uos iterum & gaudebit cor uestrum.

Quod singula officia quae praedicta sunt, singulis sancti spiritus donis conueniant. Caput XXX.

Spiritus sapientiae & intellectus datus apostolis. Iohan. 17.

Nunc in quo singulis donorum spiritus sancti singula conueniant officia, breuiter perstringendum est. Prima duo sabbathi & sequentis die pentecostes officia, spiritum sapientiae & intellectus praedicant. Sapientiam namque & intellectum apostolis dedit, ut sicut sabbatho cantauimus: Illumina de uentre eius fluent aquae uuae: & intelligerent scripturas, sicut ipsa die pentecostes legimus, domino promittente: Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia quaecumque dixero uobis. Eisdem enim & sapientes, qui nosset quando deberent profere sermonem: & intelligentes uel scripturarum mysteria non ignorarent, qui haecenus idiotae fuerant, & sine literis, coeleste magisterium reddidit.

Acto 17. 4.

Spiritus consilij. Acto 17. 10.

Secunde feriae officium ad spiritum consilij pertinet, quia de assumptione gentium deum scollaudant, quorum salus dum in secreta dei uoluntate esset, ipsi apostoli illud ignorabant consilium, donec Petro diceretur in excessu mentis: Quod deus sanctificauit, tu ne commune dixeris: quo loquente postmodum, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum, quod ideo, ut supra dictum est, commemorat officium.

Spiritus fortitudinis. Iohan. 10.

Feriae tertiae officium, apostolos & eorum successores commendat in eo, quod aduersus fures & latrones, qui aliunde ascendunt in ouile ouium, id est, aduersus pseudoapostolos uel haeresiarchas, confortari spiritu fortitudinis audent, dum causa exposcit & dicunt: Nam gloria uestra sumus: & gloriantur non in superbia, sed ueritatem dicentes: Quapropter hoc officium ad spiritum fortitudinis pertinet.

Spiritus scientiae. Iohan. 6.

Quarta feriae officium spiritum scientiae praedicat, quod maxime ex Euangelio claret, quo benedictione domini panes multiplicati referuntur, de cuius rei mystico sensu superius iam dictum est.

Spiritus pietatis. Lucae 8.

Extrae feriae officium respicit ad spiritum pietatis. Opus enim pietatis est quod dominus spuellam resuscitat, iubetque dari ad manducandum: imo quod per illud significatur, quia mortuam nunc synagogam, in fine resuscitans per fidem, replebit os eius laude, ut piam eloquatur iusti iudicij dei confessionem.

Spiritus timoris dñi. 1. Petri 4.

Sabbathi officium ad spiritum timoris pertinet, quia uidelicet cum duo caeci supradicti, id est, duo populi suum pariter agnouerint illuminatore, prope erit dies iudicij, quae causa timoris & tremoris erit etiam electis.

Duplex ordo donorum spiritus.

Nec mirum hunc ordinem officiorum descendendo ad spiritum sapientiae ad spiritum timoris deduci: paschalis uero hebdomadae officia ascendendo ad spiritum timoris ad spiritum sapientiae per duci, quia per haec descensus ad nos spiritus sancti, per illam uero noster ascensus ad ipsum digressus est, quod plenius dictum est in eisdem paschalibus officijs.

LIBRI DECIMI FINIS.

RVPERTI

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE DIVINIS OFFICIIS, LIBER VNDECIMVS.

Cur post solennitatem sancti spiritus, officium de sancta trinitate ponatur.

Caput I.



CELEBRATA SOLENNITATE DE ADVENTU sancti spiritus, statim euestigio gloriam sanctae trinitatis dominicae subsequens officio, recta dispositione concinimus, uidelicet quia post aduentum eiusdem spiritus sancti, praedicari statim & credi, & in baptismo celebrari coepit fides & confessio nominis patris & filij & spiritus sancti. Nam antea praesente in carne domino, nusquam nominis huius distinctionem aperte traditam uel obseruatam legimus, nisi cum post resurrectionem suam ait discipulis suis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris & filij & spiritus sancti. Sed tunc quidem haec regula tradita est, nunc autem primum actu exhibita, ubi ipsa die pentecostes primum in tribus milibus ecclesiae baptisma celebratum est. Sicque coepit innotescere terris, fortitudinis, nomen domini, propugnantis magni David regis Christi ducibus, ipso quidem corporaliter absente, sed per diuinitatis praesentiam totam belli summam regente ac disponente, summamque curam nitentibus fidelissimis eius ducibus, dum capitur ciuitas aduersa, ut non uos sed eius nomini ascribatur uictoria, quemadmodum & David illi dictum legimus a duce suo, obsidente Rabath filiorum Amon: Congrega populum & obside ciuitatem, quia capienda est urbs, ne cum capta fuerit, nomini meo ascribatur uictoria.

Nomen sanctae trinitatis quando coepit innotescere. Math. 11. Mysterium historiae David & Ioab atque Vriae. 2. Reg. 12.

De quo & subditur, quia tulit diadema regis eorum de capite eius, & imposuit est super caput David. Pro regis eorum, in Hebraeo scribitur Melchom, unde Hieronymus Rex eorum uocatur idolum eorum, quod hic uocatur Melchom, cuius diadematis aurum conflasse & purgasse dicitur David secundum legem, & fecisse inde sibi diadema, quod hic positum super caput eius dicitur. Sic utriusque cultum idolorum tulit noster David, & de summis principibus illa colentibus, tanquam de diademate illorum se atque ecclesiam suam coronauit. Unde eidem ecclesiae suae dicitur in Cantico: Coronaberis de capite Amanae, de uertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Nam & tunc tulit idem David uxorem Vriae Ethae, ipsamque Vriam fecit occidi, ferentem in manu sua scriptam suae mortis sententiam, graue quidem committens piaculum secundum rem gestam, sed grande praesignans mysterium, per Christum regem uere manu fortem atque desiderabilem suo tempore peragendum. Sic enim hic uerus David dominus noster, cum in solario domus suae deambularet, id est, in paternae maiestatis solio iam regnaret post meridiem, id est, post passionis suae pondus & aestum, iamque misisset apostolos suos ad praedicandum cunctis gentibus, quae hic per Rabath ciuitatem filiorum Amon figuratur, uidit legem, quam dederat per Moysen, sanctam quidem & bonam, sed inutiliter carnali populo coherentem, sicut infructuoso coniugio Bersabee, pulchra quidem ualde, sed sterilis iuncta erat Vriae Ethae. Tollensque eam scilicet legem sacram, & spiritui suo sensum eius copulans uirum eius superbum, scilicet iudaicum populum, cuius superbia significatur per Vriae uocabulum: Vrias enim interpretatur lux mea dei, lucē quippe dei ac scientiam ille populus putabat suam esse propriam, tanquam deus iudaeorum tantum sit deus, non etiam gentium. Illum, inquam, carnalem populum hoc modo interficit, ablato a corde eius interiore sensu, legis suae literam solum in manu eius derelinquit, qua accusante reus teneatur, sicut ait ipse dominus: Est qui accuse te uos Moyses, in quo speratis. Hoc bene per illud figuratur, quod conscriptam a rege David mortis suae sententiam Vrias ipse portare iubetur.

Tulit diadematis regis eorum.

Cantico. 4. 2. Reg. 11. Mysterium in peccato David.

Roma. 7.

Bersabee lux: vrias lux dicitur David Christus.

Roma. 2.

Iohan. 5. 2. Reg. 11.

Igitur celebrata, ut supra dictum est, solennitate de aduentu sancti spiritus, quo accepto, statim sanctae trinitatis fidem praedicare coeperunt apostoli: recte huius sequentis dominicae tam nocturno quam diurno officio, nomen & gloriam praedicamus eiusdem sanctae & indiuiduae trinitatis.

De cuius substantiae unitate, personarumque trinitate, quia magni & catholici patres magna & digna conscribentes, sua quasi uindemiae repleuere torcularia, nos quasi colligendo racemos post uindemiatores, & ipsi in benedictione deis sperantes, nouissimi pro eadem si de uerba catholicae pacis effari cupimus.

Tractatus de sancta trinitate.

Quod nomen patris & filij & spiritus sancti, propria ueri dei descriptio sit.

Caput II. Nomen

Sancta tri-
nitas unus
& solus est
deus.

Nomen patris & filij & spiritus sancti perfecta & integra unius ueri dei diffinitio est, omnium quicunque dicantur uel aliquando dicti fuerint dñi sine in celo siue in terra cunctam amputans tubam, quorum omnium alij falso dicti sunt dñi, quos uario errore delusa gentilitas coluit, alij non naturaliter dñi, sed accidentaliter dono à uero deo deificati, iuxta illud: Ego dixi dñi estis, & filij excelsi omnes. ¶ Nam cetera quidem quàmuis propria summæ & unius diuinitatis nomina, humana præsumptio falsis dñs affinxit, ut creatores atque rectores orbis terrarum immortales ac sempiternos, coelestes atque omnipotentes eos nuncuparet, & similia, quæ potèntis quoq; figmentis inserta dæmones paciscere consueuer, uocabula illis imponeret. ¶ At uero nomen hoc à seculo non fuit auditum, nec homines de corde suo comminisci potuerūt, uidelicet quia significatum eius oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis nō ascendit. Solent quippe prius res intelligi, & post ad placitum nomina illis imponi, sicut aiunt magni quoq; philosophi gentilium, ea quæ sunt in uoce, sunt earum quæ sunt in anima passionum nota. Sed significatum supraddicti nominis, patris & filij & spiritus sancti nullus eorum nouit, qui deos sibi finxere quos uoluerūt. Rebus ergo quas deos appellauerunt, nomen hoc adiuenerit uel imponere nequiuertunt. Solus ipse deus nomen sibi hoc imposuit, ubi dixit: Eumtes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Cuius significatum & si prophetae utcumq; no- uerunt, tamen ipsum nomen edicere non debuerunt, uidelicet quia mundus adhuc infans, ipsum nomen capere non posset significatum.

Psalm. 81
Attributa
diuina,

Nomē trini-
tatis à Chri-
sto, primo
expressum
Esaia 64.
Aristoteles
libro 1 Peri-
herminias.
Matth. ult.

Nomē dei
uini signa-
tū in fronti-
bus nostris
Apocal. 7

Esaia 7

Nomen tri-
nitatis sci-
unt etiā car-
nales & he-
retici, sed
non signifi-
catum.

1. Cor. 13

Nomina
substantialia

Relatiua
nō semp eō
uertuntur.

Nominib;
relatiuis
magis glo-
rificatur
deus.

Esaia 66
Roma. 8
Psalm. 2
Tit. 2

¶ Perfecta igitur, ut prædictum est, & integra ueri dei diffinitio est, nomen hoc dei uiui, manifestam faciens discretionem, quo pertineant hi, qui scriptum illud habent in frontibus suis, de quibus clamatum est in Apocalypsi ab angelo ascendente ab ortu solis, & habente signum dei uiui. Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quo ad uel signem seruos dei nostri in frontibus eorum. Tunc enim angelus ille magni consilij clamauit quatuor ange- lis, id est, quatuor principalibus regnis, id quod supraddictum est, quando clamore prædicatio nis euincente, factum est, ut reges quoque & imperatores ad fidem conuerfi, non obstarent docentibus & baptizantibus in nomine patris & filij & spiritus sancti.

DE Significato eiusdem nominis patris & filij & spiritus sancti. Caput III.

Ad significatum uero siue mysteriū huius tanti nominis intelligendū, mundandus est ille, quo solo deus uideri potest, cordis oculusque cum sole istū aspiceret uolumus, oculū corporeum à puluere, si forte incidit, mūdare necesse habemus. Nam nomen quidem patris & filij & spiritus sancti, carnales quoque qui sunt in ecclesia, multæ quoque hæreses, non solum carnis puluere cæcipientes, sed & impietatis tenebris pal- pants, nomen hoc memoriter tenent & confitentur: quia uidelicet euangelica autoritate, quæ uoce domini tradita est, utcumq; tenentur. At uero significatū nominis, ab his tantū, qui cordis oculos emundauerunt, uidetur nunc per speculū in anigmate, tunc autē facie ad facie uidebitur, cum uenerit quod perfectū est. Qui ergo eiusmodi sunt, intelligunt per hæc pia na- turæ uocabula patris & filij & spiritus sancti, uerā & unicam summam diuinitatis gloriam, ui- delicet quia & nunc, & anteq̄ quicq; faceret, unus idemq; & solus erat deus, sed non desertus neque solitarius solus, inquam, sed in substantia, solus & unus, sed non in persona.

Quod his relatiuis nominibus magis quàm sub-
stantialibus natura dei significetur. Caput IIII.

Ipfum diuine nature arcanū his relatiuis magis quàm quibuslibet substantialibus ex-
pmitur nominibus. Substantialia nanque dicimus nomina, quæ tribus æque personis sunt
communis qualia sunt, deus, omnipotens, increatus, immensus, æternus, & his similia.
Hæc autem relatiua sunt, quia uidelicet, pater alicuius pater est, & filius alicuius filius
est, & spiritus sanctus alicuius spiritus est. ¶ Sciendum uero, quia relatio non æque in omni-
bus cōuertitur. Nam pater quidem ad filium refertur & conuertitur, quia pater filij pater est,
& filius patris filius est: spiritus autem sanctus patris quidem, & filij spiritus est, sed non con-
uertitur. Non enim pater sancti spiritus pater est, neq; filius sancti spiritus filius est, sed item
spiritus sanctus dicitur & est donum, quo nomine relatio recte reciprocari potest. Donum
quippe datoris donum est, & dator doni, dator est. ¶ His, inquam, relatiuis nominibus mag-
is quàm substantialibus commendatur nobis quid amemus, laudemus, glorificemus. Quid
enim creaturæ beneuolentia creatori suo magis cupiat, quàm illud uerbo potissimum ipse glo-
riatur dicens: nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam: si ego qui aliis generatio-
nem tribuo, sterilis ero. Quod licet de adoptiuis dictum uideatur filiis, principium laudis ab
illis habet genitura filij, qui solus naturalis est, cuius participatione alij fiunt adoptiui filij:
quia solum illum pater qui hæc loquitur genuit: alios autem creauit, nec de sua substantia ge-
nuit, sed per gratiam suam regeperauit.

Cur tres personas confitentes, tres tamen deos dicere prohibemur. Caput V.
Iccirco

Iccirco autem tres personas confitentes, tres deos nihilominus dicere prohibemur, quia
nec ipsa, quæ prædicta est, relatio, deo per accidens euenit, nec aliud quodlibet accidens
diuina substantiæ se interfert. Non enim in his tribus personis ulla est diuersitas, aut
quantitas, aut qualitas, aut temporis, aut loci, aut faciendi, aut parienti, aut situs, aut
habendi. Quantitatis, eo quod substantialiter tam pater, quàm filius, & spiritus sanctus æque
sit immensus: Qualitatis, eo quod item substantialiter æque sit sanctus, iustus & bonus: tem-
poris, eo quod æque sine initio sit: loci, quod æque in circumscriptione & in omni loco sit: faci-
endi, eo quod operatio trinitatis æque impermutabilis sit: parienti, eo quod æque nulli subia-
ceat passioni: situs, eo quod æque nulla teneatur positione locali, iacendi aut sedendi. Eius ue-
ro generis, quod dicitur habere, eo quod nunq; de deo nisi figurate prædiceretur calcatus, ar-
matus, coronatus, & his similia. ¶ Vnde ergo numerus deorū in trinitate potest astrui ubi de-
est accidentiū multitudo, quæ sola in his, quæ sub eadem specie sunt, in diuiduis numerū facit.
Nam uerbi gratia, cum sit homo specialis unus, & omnes homines specie sint unus (ut ipsi q̄-
que gentiles perhibent philosophi) scrutare quæ cumq; in diuiduis numerū faciunt, & ni-
hil omnino inuenies præter solā multitudinē accidentiū. Sed hæc, ut dictū est, à diuinitate pe-
nitus aliena sunt. Quapropter nec est, cur uel unde dicatur pluralitas deorum.

Quod diuina substantia propter sui simplicitatem nullis
accidentibus subiaceat. Caput VI.

Causa manifesta est, cur substantia creatrix accidentia non suscipiat, si primo atten-
das cur eisdem creata substantia subiaceat. Videlicet accidentibus iccirco subiaceret,
quia quæcumq; illa sit, ex materia simul & ex forma consistit, uerbi gratia, uelut au-
rifex cum fabrilis arte statuam figurat, materia eius est eris speciei, forma uero, quæ
uis inducta per artem effigies, scilicet imago imperatoris, aut si maluerit, simulachrum louis.
Ita quod statuam nominamus, non est id quod est, quia non unum aut simplicium aliquid est.
Sed nec ipsum æs, antequam in illo aliquid figuretur, simplicium quid est, utpote cuius materia
terra est, multū ab ipsa differens, quæ uidetur, æris specie. Ipsam quoque si consideres terram,
non est id quod est, utpote quæ à forma nomen hoc habet: Dicitur enim terra eo quod sit gra-
uis & sicca. Suum autem esse sumit ex hyle, quam dicunt materiam creatam informem. Simili-
ter homo non est simpliciter hoc uel hoc, uidelicet quia constat ex partibus, quæ sunt anima
& corpus, quas solubili uinculo nexas, proculdubio mors dissociat. Sic & cetera quæcumque
sunt, ex materia simul & forma, ut dictum est, consistunt, ideoq; accidentiū multitudini subia-
cent & mutabilia sunt. ¶ At uero dei substantia simplex est, non formata, sed solammodo for-
ma, forma, inquam, carens materia. Vnde nescio quod sancti spiritus organum cecinit, præ-
missio, confirmatum est cor uirginis, in quo diuina mysteria angelo narrante concepit, statim
subiciens: Te forma præ filijs hominum castis suscepit uisceribus. Hoc uere catholicus eccle-
siæ præcentor prædixit: Formam enim, id est, deum, beata uirgo castis uisceribus suscepit, &
hominem eadem forma speciosum præ filijs hominum nobis prouulit. ¶ Hoc unum est quod
formatum non est. Vnde ergo accidentibus subiaceat? Nam quod cetera sunt mutabilia, de
sua, ut dictum est, trahunt materia. Hoc unum, sine materia est, & ideo uere esse, nullōq; mixtum
est, quod est, est, præ cunctis solidum, super omnia pulchrum. Non potest illi quicquam in esse,
præter id quod ipsum est, nec enim potest accidentibus esse subiectum. Cumq; sit substan-
tia, non est susceptibile contrarium, licet hoc non capiat sapientia mundi, quam hic idem
deus stultam fecit.

Quod relatio nominum patris & filij & spiritus sancti, nullatenus in deo accidens sit, li-
cet relatio unum de accidentibus sit. Caput VII.

Igitur tres personas, ut supra dictum est, confitentes, tamen tres dicere deos iure pro-
hibemur, & quæcumque substantiæ nomina sunt, numero plurali prædicare non debe-
mus. Solummodo personas triplicem, quoniam ad hoc manifesta relatione, id est, re-
latiuis nominibus, patris & filij & spiritus sancti, rite compellimur. ¶ Sed hæc ipsa rela-
tio, licet in multitudine accidentium secundum hominem recte computetur: sciendum ta-
men, quia deo nullatenus accidisse concedimus. Non enim ex tempore accidit deo, ut pater
esset, aut filium generaret, quemadmodum homini, qui longe ante in sua substantia perfectus
est, quàm pater sit, aut filium generet. Transeunda est tota hæc nostræ mutabilitatis nebulam,
& purgato cordis oculo (sicut initio iam dictum est) uidendum est saltem per speculum in
enigmate, quia longe aliter de deo natus est deus, q̄ de homine homo per carnis fluxum tem-
poraliter & localiter nascitur. Ad quod non nihil adiuuat, si nunc interim patrem & filium &
spiritum sanctum, alijs & substantialibus uocabulis exprimamus.

¶ Dicimus itaque sanctam trinitatem esse, uitam, sapientiam atque amorem. Nam deum
patrem uitam dicimus, immortaliter in se uiuentem: filium dei patris sapientiam eius dicimus,
ineffabiliter de corde eius genitam, consubstantialem & cœternam: spiritum sanctum dicitur
N 3 mus amo-

In deū nul-
lum cadit
accidens.

Non pos-
sunt esse
plures dij.

Ois substā-
tia creata
subiaceat ac-
cidentibus,
quæ nō est
id q̄ dicit.

Substantia
dei simplex
est, nō for-
mata, sed
forma.

Solus deus
immutabi-
lis & sine
materia.

1. Cor. 1

Relatiua in
deo nō sūt
accidentia.

Deus pater
substantia-
liter euita.

Vita diuina
omnibus
subtilior
simplicior,
ideo nullus
capax est.

Hæc uita ra-
tionaliter ca-
pax est.

Trinitas su-
pra dialecti-
corum intel-
lectum.

Dei sapien-
tia in homi-
nibus acci-
dens, in sei-
pso uere
substantia e-
st. Sapien-
tia est natu-
raliter dei
filius.

Matth. 12

Amor diuini
in sei-
pso substā-
tia est, i ho-
minibus ac-
cidentalē do-
num.

Cur amor
iste pprie
dicitur spūs
sanctus.

Dicitur
spūs sapien-
tia.

Sapient. 7

Sapientia
deo patri
coæterna.

mus amorem patris & filij, nihilominus cōsubstantialē & coætērnū. Hæc autē substantiæ nomina sunt. ¶ Pater namq; substantialiter uita est, non unificatū aliquid, ut homo siue animal, quod uiuificatū corpus est non ut anima quæ cum sit uiuens, nō est ipsa uita, unde multis perturbationibus est obnoxia, & uitæ superioris indigat, sed ipsa uita: substantia subtilis, lucida, mobilis, acuta, nullis, ut supradictum est, accidentibus subiecta, nullius indigens, omni uitæ rationali capabilis, nullius ipsa capax. ¶ Nam id quod alterius capax est, crassius uitæ quo densius atq; corpulentius est eo cuius capax est: ut uasculum cicirco aquæ capax est, quia materia eius terra est, quæ profecto densior atq; corpulentior aquæ elemento est. Sed hæc uita, de qua loquimur, adeo cunctis subtilior atq; purior est, ut rebus omnibus ex materia formæ cōstantibus, sicut iam superior dictum est, forma ipsa siue materia sit, atq; ideo simplex, & id quod est, absq; omni mutabilitate permanens, forma boni, lumen non illuminatum sed tantum illuminās, lumen, inquam, uerum, fonsq; & origo sempiterni luminis. ¶ Nullius ergo hæc uita capax est, sed tantum capabilis, cuius ad comparationē ætera densa atque corpulenta spiritū uascula sunt, sed ab hac uita in se uiuente deo, capaci rationalitate formata, eius capacia sunt, unde & beate sancti & uiuunt.

¶ Filius uero item substantialiter sapientia est, id est, non tantummodo sapiens (quod dici potest & de aliquo qui accidit tali dono sapientiæ participat) sed ipsa sapientia substantia. Nec iccirco dialecticorum uocibus utimur, quod eorum uanitati sanctam trinitatem subijcēdam uultenus arbitremur, sed ut significanda notis significatiuibus melius & compendiosius exprimamus. Nam illis cōcedimus quidē, in duo, scilicet in substantiam & accidens, omnia diuidentibus: sed id quod est ultra omnia, extra omnia, & præter omnia, uidelicet hanc sapientiam, imò totam beatam trinitatem, eorū descriptionibus nequaquam submittimus. Etenim substantia hæc nullatenus contrariorum susceptibilis est, licet deus, more nostræ locutionis, nunc irasci, nunc uero complacari dicatur. ¶ Et hæc dei sapientia, accidens quidem est homini, quoniam potest adesse uel abesse præter subiecti corruptionem, id est, præter humanæ substantiæ diminutionem uel abstumpcionem. Sed in se ipsa uere substantia est, mobilis uero omnibus mobilior, ubiq; attingens, omnia operans, cuncta disponens, speciosa, suauis, lucida, generosa, locuples, omnium artifex. Hanc sapientiam dei esse filium, naturaliter ex illo genitum, didicimus, credimus, & confitemur. ¶ Naturaliter, inquam, non imaginarie uel per similitudinem, quomodo filios beati hominis interdum accipimus opera eius sed quam naturaliter genuit homo hominem, tam naturaliter genitum accipimus ex deo deum, ex lumine lumen, genitum, inquam, non factum, natum non adoptatum, coæqualem, coætērnū, cōsubstantialē. Ic circo non consequitur, ut cum homini datur hæc eadem sapientia, filius cordis eius dicatur, nisi figurate, quomodo dominus, quicumque fecerit uolūtatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater & soror & mater est. Non, inquam, hæc sapientia filius eius est cui datur, sed eius de quo uere nata est, à quo datur: quoniam & radius, quo nostri oculi irradiantur, non noster, sed solus est radius. Illius est filius hæc sapientia, qui illum non aliunde accepit, cuius de corde nata est, ut splendor ex sole, ut riuus ex fonte, ut uapor ex igne.

¶ Spiritus sanctus nihilominus substantialiter amor est, id est, non tantummodo amans, quod dici potest & de aliquo, qui accidentaliter dono eiusdem spiritus participans, secundum quantitatem participationis amare incipit: sed ipsa diuini amoris substantia est. ¶ Nec ideo caliginem noster sensus ullam patitur, quo minus hunc amorem substantiam ueram, atque perfectam arbitremur, quoniam humanæ substantiæ diuinus hic amor adesse uel ab esse potest, præter aliquam eiusdem substantiæ nostræ abstumpcionem, quoniam hic amor, homini quidem accidens, id est, accidentale donum est, sed in se ipso uera substantia est, uita uero natura est, uerus deus. ¶ Qui iccirco proprie spiritus sanctus dicitur, cum & pater spiritus & filius spiritus sit, & pater sanctus & filius sanctus sit. Quia sicut spiritus aërius, uerbi gratia, meridiana uis auster, (hic enim spiritum sanctum significat, quia calidus est) sicut, inquam, meridianus auster à plaga sua in oppositum septentrionē transcurrit, & opportunos artibus terris hymbres aduehit, sic iste spiritus sanctus, operatione sua, quæ ipsius propria est, à creatore procedens in creaturam rationalem, supradictam eius sapientiam inopi naturæ, prout uult deus ipse ac dominus, infundit. ¶ Vnde & spiritus sapientiæ dicitur, etiam extra dispositionem uel ordinem, quo septem eius gratiæ numerantur, spiritus, inquam, sapientiæ, sanctus, unicus multiplex, subtilis, discretus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, acutus, humanus, benignus, stabilis, securus, omnem habens uirtutem, omnia prospiciens.

¶ His igitur substantialibus nominibus, ut supra dictū est, quæ sunt uita, sapientia, amor uel charitas: his, inquam, ad intellectū iuuamur, ut relationē, quæ in nominibus patris & filij & spiritus sancti cōstitit, nullatenus ex tempore, cœpisse uel suspicemus. ¶ Non enim cum pater, ut dictum est, uita sit, & filius sapientiæ: quisquis ex tempore cœpisse contēdit nomen patris aut generationem filij, consequitur, ut deum aliquando sine sapientia & amor, inquam, insipientem (quod

(quod dictū quoq; nefas est) fuisse concedat. Sed hoc abhorret fides, anathematizat pietas, omnis detestatur creatura. Itaq; non ex tempore, sed ante omnia secula deus pater est, quia filius, id est, sapientia eius, sine initio cum illo est. Vnde ipsa eadem sapientia dicit: Ante quā deus quicq; faceret, aderam cum eo cuncta componens, ludens cum eo omni tempore, ludens in orbe terrarū. Et deliciae meæ esse cum filiis hominum. Cui par uel idē est illud, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum &c. ¶ Rursus cum spūs sanctus amor sit, quisquis patrem & filium prius fuisse contendit, q̄ spūs sanctum, consequitur fuisse, quando neq; filius patrem, neq; pater amabat filium. Quod uel suspicari demeritissimum est atq; impium. Nobis uero superuacaneum est, testimonijs astuere q̄ pater diligat filium, imò q̄ sicut ipse ait) dilexerit eum ante mundi cōstitutionem, quia satis probabile, imò necessarium est, q̄ talis pater talem semper dilexerit filium.

Quod ait Sapientia, Ludens eram coram eo (scilicet deo) in principio, idem esse q̄d de uerbo dictū est, Quod factum est, in ipso uita erat. Cap. VIII.

ATamen ne capitulum prælibatum sub obscuro reliquisse uideamur, quem alium arbitrari possumus ludum, in eo quod ait Sapientia, Ludens eram corā eo omni tempore, ludens in orbe terrarū: nisi huius, de qua loquimur, dilectionis gaudium: Ludens enim erat amabilis deo patri, uidere in sapientia sua, quæ facturus erat, primo beatam cœli curiam, pulchramq; rempublicam decus erat denis angelorum ordinibus distinctam: deinde uisibilem mundi huius architekturam, sphaericam cœli camerā, solemq; & lunam, lucida sidera, aquas superiores, aquas inferiores, omnes abyssos, nives atq; grandines, montes & colles, cunctamq; terræ aream, mare & omnia quæ in eis sunt, quicquid sursum uolat, quicquid deorsum repit aut ambulat, bestias & uniuersa pecora, reges terræ & omnes populos. Nam de his omnibus ait Euangelista: Quod factum est, in ipso uita erat. ¶ Quid uero est quod addidit, Et deliciae meæ esse cum filiis hominum? Quid, inquam, nisi q̄d iam tunc in eadem sapientia prouidit & hoc erat, ut in humana requiesceret natura, & caput hominū esset, sanctorum & sapientium sibimet consociaret in suis delicijs agmina: Hæc (inquam) uidere anteq̄ fierent, ludus erat deo & sapientiæ eius, ludus festiuus, ludus iucundus, ludus delectosus. ¶ At uero de huiusmodi gaudere, hæc omnia spectare cum hilaritate, in cordis amplitudine, amor est sapientiæ, amor studiosus, amor sanctus: quem supra sanctum esse spiritum diximus. Igitur quod sapientia quæ filius est, de sua dicit antiquitate æterna, simul & de hoc amore, qui spiritus sanctus est, necessario conceditur: uidelicet, quia dominus possedit eū initio uitarum suarum, antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ex antiquis, antequam terra fieret &c.

Quod fides catholica neq; (ut Arrius) substantiam separet, neq; (ut Sabellius) trinitatis personas confundat. Caput IX.

ITa neque (ut Arrius) substantiam separamus, neque (ut Sabellius) personas in trinitate confundimus, utriusque erroris uoraginem declinantes cum execratione, & uia regia currentes, uel a pinguinis confessionis catholice. ¶ Alter enim eorum, filium patris minorem, & creaturam, atque conuexibilem esse contendēs, impie atque sceleratissime creatori hoc auferre molitus est, quod ille creaturis à se factis omnibus, quæ uiuunt tantum, quæq; uiuūt simul & sentiunt, benigne largiri dignatus est. Sic chim singula distinxit, ut in specie sua generarent, & non de generarent: Germinet, in quiens, terra herbam uirētem, & facientem semen iuxta genus suum, lignumq; faciens fructum, & habens unum quodque semen secundum speciem suam. Item, Creauit deus cete grandia, & omnem animam uiuentē atq; motabilem, quam produxerunt aquæ in species suas, & omne uolatile secundum genus suum. Ac deinceps: Producat terra animam uiuentem in genere suo &c. Tandem & hominem sic plasmavit, ut generaret (sicut scriptum est) ad imaginem & similitudinē suam. ¶ Sic fatuus ille, ut non uideat quantam creatori irroget contumeliam, quantamq; naturæ eius criminetur sterilitatem atque inopiam, ut creaturis ab eo factis, in genere suo semen afferentibus, nullum ipse creator generis sui semen habeat, eodem utiq; bono, quod alijs contulit, ipse careat, sterilis, desertus atq; solitarius: ¶ Nonne ergo merito contra huiusmodi derogatores queritur ipse in Propheta, dicens: Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse nō pariam? & qui alijs generationem tribuo, ipse sterilis ero: Vnde enim exemplar accepit, ut fecūditatem suis daret creaturis, si in seipso sterilitate aridus existit, si creans tam multa, nihil de seipso generare ualuit: Vt quid tantopere tota nocte uitæ præsentis adolescentularum ostia circūcui, sibiq; poscit aperiri, si non in sito sibi naturaliter calet amore, si non genuino uiret semine? ¶ Intra enim & intrinsecus, ut lux nature communionem, eum quem spiritum sanctum dicimus, uel eum quem spirat amorem, suumq; uerbum, iam filium, iamq; à principio & ab æterno naturam, & adhuc tamen, ut uere semen sibi in situ in multas coniuges, iam multas animas spargens, deorū quotidie multiplicat gentē, quibus ait Propheta: Ego dixi dñi estis, & filij excelsi

Pro. 8.

Iohā. 1.

Amor p̄i & filio coæternus.

Iohā. 17.

Pro. 8. Ludus æternus ineffabilis gaudij.

Iohā. 1.

Pro. 8. Deliciae m. eff. c. fi. ho.

Gaudij & amor illi spūs sanctus est.

Error Arrij.

Gen. 1.

Gen. 1. Atri fatue cōtumeliosus deo.

Nō est deo p̄ sterilis. Esai. 55.

Apo. 1. Vn deo p̄ tri filius naturalis, multū adoptiuū

Psal. 81.

Iohā. 1.
Arius, aīa
lis homo.
1. Cor. 2.

omnes itemq; Evangelista de illo unico filio dei, deiq; uerbo loquens: Quotquot autem re-
ceperunt eum, inquit, dedit eis potestatem filios dei fieri. ¶ At ille, de quo supra dictū est, Ari-
rius infelix, & quicumq; similis eius, animalis homo non percipiens ea quæ dei sunt, & ea sola
sapientis quæ carnis sunt, audiens deo filium natum, toto sensu inhaeret carnis imaginibus, cō-
sequens esse contendens, quōd ut filius generaretur uel nasceretur, substantia patris defluxe-
rit, & filius localiter ab eadem patris substantia traductus sit, & hęc passibilitatis calumniam,
quasi consequenter aduersum nos redarguit. Itēq; de filio subiecti Sinatus est, erat profecto
quādo nō generat. Et quasi necessario de tēporalitate cōcludens, cōternitate p̄ris filio, quātum
in se est, auferre cōtendit. Sed de cōternitate uel cōsubstantialitate iam superius dictū est.

Carnalis
sensus Arii
in defluxio-
nis signum
to.

¶ De argumento uero defluxionis uel diminutionis paternæ substantiæ, quam in genera-
tione filij contendit, consequenter intelligi oportere dicendum est, male illos, nimiumq; car-
nali sensu sibi miser illufisse. Non enim à carne, quæ in propagando passibiliter defluit, argumē-
tum ducere debuerant in ratione diuinæ generationis. Rebus quippe dissimilibus eadē non
conueniunt. Quid autem tam dissimile, quam carni spiritus, & non quilibet spiritus, sed omni-
um spirituum creator spiritus? Deus enim spiritus est, & eum qui adoratur, in spiritu ueritate
oportet adorare. ¶ Nobis ergo filium dei naturaliter ex patre natum consentibus, obijce-
re nō debuerant, quōd confessionem nostram diuinæ substantiæ passibilitas, quæ in genera-
tione carnis non abest, id est, fluxus uel diminutio, consequeretur. Nam est quidem aliqua si-
militudo à carne sumpta ad deum qui spūs est, sacrisq; inserta scripturis, ut in Canticis mysti-
cisq; prophetarum libris, sub nominibus sponsi & sponsæ, aut uiri & uxoris, sed omnino figu-
rate hoc fit, id est, ut in eo quod litera sonat, longe aliud intelligas, scilicet in uiro deum, in fe-
mine de filium. i. eius uerbum, in amore spūs sanctum, in amore creaturam rationalem, i. hu-
manam animam, uel angelicam substantiam. Sed est uerior illa similitudo, quæ ab interiore
homine sumpta, suis hostē telis reuerberat. Nam si ab homine similitudo in deum conquiri-
tur, inde sumatur, ubi eius, scilicet dei, imago splendere probatur. ¶ Nō autem corpus homi-
nis formatum est ad imaginem dei, quod arbitrati sunt hi qui dicuntur Humaniformi, pro eo
quōd deū humanam formam suspicantes, immane simulacrum in templo cordis sui colloca-
uerunt. Nam cum scriptū est, Cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedū meorū, cōseque-
batur opinionem eorū, ut deus in cœlo tam uastus se deret, ut terram pedibus tingeret. Ab in-
teriore ergo homine ecōtrario argumentari licet, q; generatio filij dei, nullā paternæ substan-
tiæ diminutionem fluxumq; ue nos cōpellat recipere.

Iohā. 4.
Mala simili-
tudo à car-
ne ad spm.

Figmētum
Hūaniformi-
onū.
Esaī. 66.

Qua similitudine ualeat intelligi, filium absq; fluxu uel diminutione paternæ
substantiæ potuisse nasci. Caput X.

Ars alijs cō-
mūicata si-
ne defluxio-
ne sui.

Consilium itaque uel artem in hominis anima sitam, operæ pretium est aduertere,
qualiter ab anima absque diminutione eius in auditorem quempiam uel in actum
transfert. Si cunctis, qui adesse uel audire possunt, tuum consilium proferas, tuam
ue scientiam doctor sedulus in multorum aures, dicendo, docendo transfundas,
& quos uacuos acceperas, discendum animos impleas, num idcirco sensus tuus de fluxit, im-
minutus est, & sui aliquid detrimentum passus est? Itemq; si artifex es, & egregium aliquod
opus meditari, modicumq; structuræ prius in mente præpingis, & postmodum in re mirā-
dum atq; laudandum in actu componis, nunquid ingenij tui uena protinus aruit, nec idē reti-
neret quod edidit? ¶ Quanto ergo magis sapientia dei, quæ est deus, dei filius est, omnium ar-
tifex, omnia prospiciens, quæ attingit à sine usq; ad finem, nō sic nata est ut efflueret, nō sic ge-
nita est, ut paternam substantiam diminueret? Nec tunc, quando primum ad componēdam
mun di fabricā emicuit, & omnia uisibilia uel inuisibilia cōdidit, nec tunc, quādo in utero uirgi-
nis carnē assumens humanæ naturæ, tota inscripta est, nihil minus in corde suo pater habuit,
nec idē uerbum in eius natura deletum aut detritum est, quia totum illud in nostræ naturę
pellem transcripsit. Hic ergo, Arius scilicet, & quicumq; trinitatem consubstantialē nō con-
fidentur, anathema sint, inquit sancta synodus Nicæna. His autē qui consubstantialē trinitatē
prædicant, regna cœlorum sint præparata.

Nihil efflu-
xit p̄ri per
gnationē si-
nī.
Sap. 5.

Quod hæresis Sabelliana personas confundens, consequenter di-
cta sit Patripassiana. Caput XI.

Cōfusorij
sonarū Sa-
bellianū.

Alter uero, uidelicet Sabellius, diuerso quidem, sed non minus detestabili errore, p-
sonas trinitatis confundens, unam esse personam asserit, id est, ipsum sibi esse filium, q
pater est, ipsumq; spūs sanctum: ita cæcus mente, ut uel hæc tam præ clara, tam ag-
ta testimonia non attendat domini dicentis: Ille, baptizate omnes gētes in noīe pa-
tris & filij & spūs sancti. Itemq; eo baptizato in Iordane, uocem de cœlo dicentem: Hic est fili-
us meus dilectus, in quo mihi bene complacuit sanctumq; spūs in columbe specie super eum
descendentem. ¶ Hanc hæresim consequenter Patripassianam dicimus. Nam si idem ipse fili-
us qui pater est, cū filius incarnatus & passus sit, proculdubio pater ipse incarnatus & passus
est

Matt. 28. 1.
P̄ripassiani
dicunt Sa-
belliani.

est. Vnde recte (ut dictum est) patripassianam hanc hæresim nominamus. Sed nos hunc erro-
rem execrantes, uerbū quod erat in principio apud deū, uerbum (inquam) deum, nō ipsum,
apud quē erat hoc uerbū, credimus & cōfitemur carnem factū, uidelicet aliū eum qui genu-
it, alium cōfiterentes eum esse q; genitus est. Aliū, in quā, in psona, non aliud in substantia. Vnde
ait ipse filius: Ego & pater unū sumus. Vnum utiq; secū dum substantiā sumus: secū dum plu-
ralitatem personarū, eum dixisse nō dubitamus.

Iohā. 10.

Quōd in creatura rationali bene constituta, sancta trinitas per suorum distincti-
onem operum agnosci ualeat. Caput XII.

In creatura quoq; rationali bene & perfecto decore constituta, tanquā in speculo perlu-
cido parer quodammodo, quia non in una sola, sicut prædictus Sabellius errat, sed in tri-
bus personis adoranda subsistit diuinitas. ¶ Ecce enim, (sicut superius dictum est) pater
& filium & spūs sanctum, quæ relatiua nomina sunt, alijs & substantialibus nominibus
dici, uel esse, uitam, sapientiam, atq; amorem: sic in homine uel angelo sancto hæc tria comput-
ramus, spiritum uel animam, rationalitatem, atque dilectionem. Hæc tria sunt. Manifestumq;
est, spiritum uel animam non ipsam esse quæ est rationalitas, alioqui nulla esset ratioe caris
anima. Sed est bruta pecoris anima, quæ sicut ratione caret, sic & ternitate: & sicut solis fun-
gitur carnis sensibus, sic & cum carne moritur. Item rationalitas non est ipsa quæ dilectio, ali-
oquin nullum rationale esset absque dilectione. Sed est omnis homo uel omnis angelus rati-
onalis quidem, non autem omnis homo uel omnis angelus habet in se dei dilectionem. Vnde
arguitur per Ezechielem diabolus, qui illam in semetipso spreuit primus: Aures, inquit, opus
decoris tui, & foramina tua in die qua cōditus es, præparata sunt. Et post pauca: Repleta sunt,
ait, interiora tua iniquitate. Rationalitatem cum qua cōditus est, foramina eius appellat: quia
sicut lapis pretiosus autem ligatur, ita spiritus sancto, q; utiq; dilectio est, ligati & in unitate cœ-
lestis ordinis cum possit astringi, recusauit. Sic & homo tumidus, quicumque superbiam eius
imitatur. ¶ Non ergo (ut iam dictum est) dilectio ipsa quæ rationalitas, nec rationalitas ipsa
quæ anima uel spiritus est, sed tria simul unum opus perfectum, & creatori simile, ostendunt.
In hoc igitur tanquam in speculo (ut supra dictum est) contemplare creatorem deum, nō uni-
us tantum, sed trium personarum esse. Quarum quilibet quis deneget, deum non habet, sic
ut rationali creature quodlibet ex supra dictis tribus detrahas, nullius dignitatis opus rema-
net. Amissa namq; dilectione, qui angelus lucis creatus fuerat, diabolus princeps tenebrarū
factus. Et homo similiter absq; dilectione malus, & eiusdem diaboli filius est. Quōd si rati-
onalitas desit, brutū est omne qd uiuit & sentit. Si anima uel spiritus non sit, multo magis nec rati-
onalitas nec dilectio in ulla creatura est. ¶ Sic (inquam) quilibet triū personarū deneget, de
um non habet: quia si spiritum sanctum abneget, patrem & filium confitens, cum idem spūs
amor sit, deum sine amore, id est, hostē uel inimicū tibi constituit. Si filium deneget, cum fili-
us dei sapientia sit, deū tibi brutum & insipientem phantastico errore constituit. Nam de si-
lio male sentientes, Niceni fides concilij, gentiliū similes esse conuincit. Itaq; iure catholica fi-
des, ut supra dictum est, sicut in Arrio substantiæ separationem, sic in Sabellio personarū ana-
thematizat confusionem uel peremptionem.

In rationali
creatura q-
dā effigies
sanctæ tri-
nitatis.

Ezecc. 28.

In aīa q; q-
tria sunt: q;
spūs, rōna-
litas & dile-
ctio.

Nulla triū
personarū ab-
negari de-
bet.

Quomodo numerus trium personarum nihil inde auctus sit, quōd homo factus
est filius dei: nec idcirco quaternitas, sed dicatur & sit nihilomi-
nus trinitas. Caput XIII.

Quamuis autem filius incarnatus sit, idemq; deus & homo sit, non crescit ex eo per-
sonarū pluralitas, ut quæ ante incarnationem eius erat trinitas, pōst dicatur aut sit
quaternitas. Non em̄ duos ecclesia catholica recipit filios, imō anathematizat Nes-
torij & ornes, qui unum ante secula, aliū proficētur post carnis assumptionem.
¶ Nam duo quidem, id est, duas substantias, duo (inquam) neutro genere, non masculino du-
os, id est, duas in Chro p̄dicamus psonas. Et sicut homo sedens in equo, nō duo sunt, sed unus
equus, sic deus in hoīe non duo Chri, sed unus est Christus. Quomodo em̄ de diuersarū speci-
erū indiuiduis duos aut tres predicabis, cum unū substantiæ nomē subijcere non possis. Ver-
bi gratia: Hic homo, atq; hic equus, diuersarū specierū, id est, hominis & equi indiuidua sunt. Si
ergo de hoc equo & de hoc homine loquens, duos dixeris, inconuenienter hoc mobile præ-
dicabis, cum substantiale fixum non sit qd subijcere possis: quia neq; homines neq; equos de
uno homine & uno equo dicere ratio permittit. Non minus inconuenienter de Christo prædi-
cabis duos. Nam q̄modo cōstat, hic equus ex hoc homine & ex hoc equo: sicut & Chri con-
stat ex hoc indiuiduo dei, quod est uerbū patris, & ex hoc indiuiduo hominis, quod ex uirgi-
ne Maria nascendo initium sumpsit. ¶ Dubium autem non est, quōd deus & homo diuersarū
sint species, omnino substantialibus differentijs longe ab inuicem distantes, ab usque genera-
lissimi generis (quod est substantia) diuisione prima. Nam sub corporeo longe infra cōtine-
tur homo, deus aut uerus sub incorporeo. Si ergo de Christo loquens dixeris duos, inconue-
nien

Duæ natu-
ræ, sed non
duæ psonæ
in Chro.

Maior dif-
ferentia in-
ter deū &
hominē, q̄
inter homi-
nē & equū.

Non sunt duo Chri.

nienter prædicabis: quia non est fixū substantiale, quod congrue subijcere possis. Nec si christos subieceris, recte dixisti: quia Christus nec substantiale nomen est, sed est nomen officij: nec magis de deo & homine, duos recte potes prædicare christos, q̄ duos equites de homine & equo. ¶ Sed & minus conuenienter de deo & homine duos dicis christos, q̄ de homine & equo eques duos: quia deus homini unitus, nunq̄ separabitur: homo autē & equo sedēs, quoties descendit, toties separetur. Nec incongrue similitudo hæc pro argumento sumpta est: quoniam in Christo diuinitas humanitate tanq̄ equo usa est, unde & in Zacharia propheta equus roseus ostenditur, & in euangelio Samaritanus hominem a latronibus conuulneratū, iumentum suo imposuisse legitur. ¶ Itaq̄ quemadmodum filius tuus, si gressus pedes, forte sedēs eq̄ ad te reueritur, nō idcirco tecum personas triplicat, sed tantū ut prius generat, non enim dignum est, ut cum filio tuo filius iumentum personā duplicet: sic filius dei, uerbum patris in sola diuinitate eructatū in uerbo uirginis, dum cū humanitate redit ad dexteram patris, personarum numerus non inde succrescit, quia dignum non est, ut cum natura dei personam duplicet, natura hominis, quæ ab illa substantia pluribus & maioribus distat differētijs, q̄ equus ab homine. Nam hominē ab equo rationalis differentia se iungit, hominē autem a deo plurimq̄ fecerunt: quas enumerare longū est substantiales differentias.

Cur ante incarnationem domini si des sanctę trinitatis à uulgo non debuerit aut poterit exigi. Caput XIII.

Idcirco præteritis generationibus ante aduentum Christi tacitum fuit uulgo mysterium tanti huius diuini nominis patris & filij & spiritus sancti, quia nec dum illud capere poterat infantia seu iuuentus mundi nimii carnalis, quippe qui ne nunc quidem iam grædæ uis, postq̄ incanuit, Christo adueniente, sine magno prædicantiū labore, intelligere potuit, simul quæ nec dum illam, quam in hac fide cōstitemur, suā beatā trinitas fecerat misericordiam. ¶ Nec dum (inquam) nobiscum illam, pro qua nūc iure colitur, fecerat misericordiam, qua sibi circa salutem nostram beatā trinitas diuisit operationem trinam, ut hominem, quem pater creauerat, filius redimeret, spiritus sanctus ignit et, nō quia pater absq̄ filio sanctoq̄ spiritu quicq̄ creauerit, aut filius sine patre sanctoq̄ spū rederit, aut spiritus sanctus absq̄ patre filioq̄ illustrauerit, & peccatorum remissione mundauerit, sed quia sic est communis quidem, & ubiq̄ inseparabilis summæ & unius diuinitatis operatio, ut tamen in proprietate uel ordine operis, manifesta, nulliq̄ fidelium ignoranda, personarum fit discretio. Nam illa uox, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, patris uox est ad filij & spiritus sancti: & illa caro, quæ de uirgine sumpta, mortua ac sepulta est & resurrexit, filij caro est: & illa columba, quæ super dominum descendit, & ille ignis qui super apostolos eius apparuit, non quidem substantiam, sed præsentem sancti spiritus potentiam uisibiliter exhibuit. Præteritis ergo seculis iure à uulgo nō exigebatur fides sanctę trinitatis, quia sicut dictum est, in fanti adhuc & sub prædago seruienti populo dei, declarata non fuerat hæc eadem trinitas adorandi exhibitione uel distinctione operis.

Quod uetus testamentum eandem fidem trinitatis non tacuerit, nec sine illa ueteres sancti deo placuerint. Caput XV.

Non tamen penitus absq̄ hac fide ueteres deo placuerunt, quoniam hi à quibus tantam radicibus suis multiplices rami portabant, scilicet magni patres, diuini huius nominis pinguedine non caruerunt, qua nunc pascimur nos: quomodo oleaster est semus, naturalibus ramis propter incredulitatem fractis, per eandem fidem in bonam oliuam inserti sumus. ¶ Plurima quippe illorum libri testimonia trinitatis euangelio Christi conferunt. Vnde hæc duo testamenta recte per duo seraphim significantur in Esaiā, quoruū est ille clamor: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth, pleni sunt celi & terra gloria tua. Et quia Iudaicus populus, hoc audito clamore per apostolorum ora, post aduentum sancti spiritus, incredulitate cæcatus est, bene & hoc propheta ostenditur, in eo quod dominus domini fumo impletur. Fumus enim ille Iudaicorum cæcitatē designat, sicut & paulo post eidem propheta dicitur: Excæca cor populi huius &c. ¶ Sed nos ad librum, quem aperuit agnus, oculos cordis per fidem apertos habentes cum supra dictis seraphim, uel cum qua tuor quoque animalibus dicimus: Sanctus, sanctus, sanctus, adiungentes: Salus deo nostro qui sedet super thronum & agno, uidelicet quia librum iam dictum aperies agnus, trinitatis mysterium in illo descriptum ostendit, quod nesciebatur. ¶ Nam quum interrogantibus Iudæis & dicentibus, Tu quis es, respondisset, Ego principium qui & loquor uobis, aperuit nobis, quia iuxta quod & in Psalmo dicit, In capite libri scriptum est de me, non aliud Moyses principium intelligi uoluit, ubi ait: In principio creauit deus cælum & terram, non aliud (inquam) principium quam filium, quoniam & Iohannes ait: Omnia per ipsum facta sunt. Creauit cælum & terram deus in principio, id est, pater in filio. Cui adde quod sequitur: Et spiritus dei ferebatur super aquas, & ecce in capite libri quem agnus aperuit, beatā præfulget

zach. 1. Luc. 10 Filius cū humana natura ascendēs in cœlū, nō auget nūmerū personarū.

Opa trinitatis circa hoitem.

Gen. 1.

Matt. 3. Act. 2.

Gala. 3.

Rom. 11. Scitūs, sanctus, scitūs dñs de⁹ sabaoth. Esai. 6.

Agn⁹ librū aperuit. Apoc. 5. Testimoniū trinitatis i Genesi Iohā. 8. Psal. 99. Gene. 1. Iohā. 1. Gene. 1.

trinitas. Per has fores trifidas sanctam ingressus scripturam, passum deinde resperfos inuenis aureos eiusdē diuini nominis titulos.

Quō in operibus sex diebus singulis trinitas cōmendetur. Caput XVI.

Primum in opere sex dierum, si uigilanter attendas, eadem commendatur trinitas. uerbi gratia: Dixit deus, Fiat lux. Ac deinceps, vidit deus quod esset bonum. In eo quod ait, Dixit deus, uerbum, per quod omnia facta sunt, cum patre agnoscamus. Et in eo quod addidit, Et uidit deus quod esset bonum, nimiam operantis diligentiam atq̄ beneuolentiam intelligimus, quæ proculdubio non est aliud, quam qui tertia in trinitate persona est spiritus sanctus. ¶ Non enim casu aut superuacue sic positum per singula, vidit deus quod esset bonum, & estimare debemus. Sed magnam creatori diligentiam nobis commendatam fideliter aduertamus. Et ut scias, quantum illa diligentia, de qua loquimur, in opere dei profecerit, conuertere ad cor tuum d̄ quicūq̄ es artifex alicuius laudandi effectus operis. Ut, inquit, scias, quantum diligentia, quæ est spiritus eius, operi profecerit, respice quātum in opere tuo diligentia tua contulit. Certe in mente tua quodam modo sic habebas artē, sicut erat in principio uerbum apud deum. Eius artis tibi conscius, non otiosum te esse passus es. Quare: Ut de multis, quæ subesse potuerunt, causam meliorem inferam, utilitatis amor, id est, intentio proficiendi plurimum, ut in impatientem reddidit. Vna causa hæc ab illo te seruo discernerit, quā lus & piger arguitur, dum tu laudaris seruus bonus & fidelis. Nam de cætero pares fuistis, uel delictet quia tam in illius, quam in tua mente talentum bonæ artis appensum est. ¶ Sed uide quantam inter te atq̄ illum distantia, diligentia siue beneuolentia, quæ in te est, effecerit. Dū ille fodit in terram & abscondit pecuniam domini sui, tu operando in credito tibi talento, duplicita lucraris, uidensq̄ per singulos profectus, quia bonum est lucrum, amplius sitis, & præ magnitudine desiderij laborem in opere non sentis. Crescit lucrum, crescit luxi desiderium. Ad hanc ergo similitudinem perpendis, quantū in opere dei, diligentia uel bonitas eius effecerit, quæ magnifice delectata esse monstratur in eo, quod per singula dicit, Et uidit deus quod esset bonum, & ait, Fiat &c. Tantum in opere secundi diei non est illud additum, certi grā mysterij, de quo iam aliā dictum est. Illa uero diligentia uel bonitas, alia (ut dictum est) q̄ spiritus sanctus intelligi non debet. Si enim interrogas (inquit Augustinus) quis omnia fecerit, respondeo, deus. Si quæras, per quid, aio, per uerbum. Si quæras, quare, respondeo, quia bonus. Et hæc trinitas, inquit, unus deus est.

Quod in plasmatione hominis, cuiusq̄ personę trinitatis proprium opus discernendum sit. Caput XVII.

igitur in opere mundanę fabricę cunctoꝝq̄ creatione, omnipotens, omnia sciens, omnia bus commendatur benigna trinitas. ¶ Amplius autem in eo, quem uniuersis præponere decebat, id est, in homine seipsum exprimere dignata est, dicitur: Faciamus hominem. Nam in uerbo, faciamus, manifeste personarū pluralitas inuitur, in quo & per consilium, quod sic præmittitur, eadem diligentia, de qua iam dictum est, magnificentius cōmendatur. Et in hoc opere, plasmatio, propria patris operatio est. Duo uero, quæ in hoc plasmate ultra cetera animalia, quæ iam creata fuerant, addita sunt, uidelicet, ut fieret ad dei imaginem & similitudinem ceterarum personarum, id est, filij & spiritus sancti insignia sunt. ¶ Ad imaginem quippe dei, quæ filius est, sicut apostolus ait, de illo loquens: Qui est imago dei inuisibilis, & alibi: Qui cum sit splendor glorię & figura substantiæ eius: ad imaginem (inquam) dei, siue figuram substantiæ eius, homo conditus est, in eo quod rationalis est: ad similitudinem uero, in eo quod diuinæ bonitatis imitator cōditus est, quod proprie sancti spiritus opus est. Bonitas quippe uel charitas dei, spiritus sanctus est. Qui cum (ut supra dictum est) patrem ut omnia per uerbum operaretur, excitauerit, tum uero in plasmatione hominis ita studiosum reddidit, ut nihil eorum subtraheret, quæ conferre potuit. ¶ Quid enim taliter cōdito homini præter naturalem diuinitatem defuit: At uero id quod per naturam deus fit, generare utiq̄ deus potuit: deus enim est uerbum quod genuit: creare autē uel plasmare tale quid, cum sit omnipotens, nullo modo potuit. Nec in hoc quicq̄ derogatur omnipotentia, cum æquale sibi qui est ultra omnia, extra omnia, præter omnia, dicitur deus creare non potuisse. Igitur in plasmatione hominis (ut dictū est) beneuolentia dei, quæ est spūs sanctus, maxime operam suā adhibuit, cum ei, qui (utpote creatus) naturaliter nō poterat esse deus, gratia sui similitudinem dei contulit. Quæ dei similitudo, ut sedem uel receptaculū haberet, imago siue figura substantiæ dei, quæ est filius, anime hominis impressa est, ut a suo spiritu sancto prædictam similitudinem reciperet: quomodo pretioso lapidi foramen aperitur, per quod gracilem aurū uirgulam, qua confringatur & teneat, recipiat. ¶ Quod & de angelica sentiendū est creatura. Vnde & arguitur in Ezechiele (ut superius dictū est) angelus ille: Et foramina tua (inquit) in die, qua creatus es, præparata sunt. Qui rationalis conditus, quia per foramen eiusdem rationis aurū, id est, sanctum dilectionis spiritum, admittere noluit, ideo segitur: Repleta sunt interiora tua iniqu-

Vidit deus, quod esset bonū, hæc diligentia est spūs sanct⁹.

Matt. 27. Profectus op⁹ ex diligentia.

Augustin⁹

In creatioe hois opus trinitatis.

Homo ad imaginē & similitudinem dei factus. Colo. 1. Heb. 1.

Optime cōdit⁹ fuit ho mo.

Similiter & angelus. Ezecc. 28.

Magnū & profundū trinitatis consiliū in creatione hoīs. Eph. 5.

iniquitate. ¶ Sed ut ad hominem redeam, maxime in plasmatione hominis, magnum & profundum trinitatis consilium significari debuit. uidelicet quia non solum conditus est, sed & unica materia est, per quam innotescit principibus & potestatibus & cœlestibus (sicut ait Apostolus) multiformis sapientia dei. Nam præter hoc, quod hæc uerba sonant, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, hoc quoque in eodem consilio presinitum est, qualiter perditum eundem hominem propria singulari operatione personarum, eadē, quæ plasmabat, trinitas recuperaret. Quod manifesta eiusdem operationis distinctio perspicuum est. ¶ Nam post plasmationē, imō post lapsum hominis, eadem quæ condidit trinitas, hoc ordine sese in recuperando erexit: Primū pater est, qui quæstione hanc depromens, Ecce Adā quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malū, protinus adnectit: Nūc ergo uidete, ne forte mittat manum suā, & sumat de ligno uitæ, & uiuat in æternum, eiecit illum &c. ¶ Viam enim hic fecit pater misericordiarum, uiam (inquam) se cit misericordię suę, in eo quod hominem post peccatum noluit uiuere in æternum. Nam cū sit hominis post peccatū misera uita, si esset æterna, quod esset nisi æterna miseria? Hæc autē demōnū est, scilicet æterna miseria uel misera æternitas: ex opposito dei, cuius est æterna beatitudo, uel beata æternitas. Igitur primū & magnū opus misericordię, quod (sicut cōmemorat Augustinus Plotinum quocūq; gētilium quendam philosophum recte dixisse) pater misericors mortalia nobis cōdidit corpora. Hoc enim modo custos hominum, non solum sibi contrariis hominē posuit, sed & a demōnibus longe differre fecit, ut esset eius temporalis miseria, uel misera tēporalitas. ¶ Est ergo propriū personæ patris opus, mortalitatis illatio propriū personę filij, animarum redemptio, pariter quod corporum resurrectio: propriū sancti spūs, animarū refuscitatio, pariter quod corporum immutatio illa, de qua dicit Apostolus: Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur, i. impassibiles erimus. solum namque hi, qui spūs sanctum acceperunt, post resurrectionem impassibiles erunt. Itaque tam in creatione quā in recreatione hominis (ut prædictum est) trinitas distincte operata esse comprobatur, totumque opus hoc prouidit esse ab eo, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, testatur illa consilij diuini reuerenda expressio, quæ dictū est, Faciamus hominem ad imaginē & similitudinē nostrā. ¶ Igitur (ut supius dictū est) recte in Esaia per duo Seraphim, duo intelliguntur testamenta, quæ consona uoce ad alterutrum clamant Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus sabaoth, dum eiusdem trinitatis gloriam, quæ in nouo testamento reuelatur, uetus quoque cōcorditer attestatur, sicut in ipsius antiquæ scripturæ foribus apparere iam breuiter diximus. Cæterum, si introgressi, undique eiusdē trinitatis testimonia scrutari uelimus, prolixitas modum excedet, nimiumque præsertim cum aliud propositum sit, fastidium pariet. Quapropter ad propositum festinantes, illud solum considerare libet, quæ ratione ad propitiationem dei patris humano generi impetrandum, soli uel maxime filio carnē assumere conuenierit.

In reparatiōe hoīs distincta trinitatis personarum opera. Gen. 7. Illatio mortis, a præcepto piam.

Job. 7. Filij redemptio, spūs sancti peccatorum remissio. 1. Cor. 15.

Duo Seraphim, duo testamenta. Esai. 6.

Quam recte cum tres personæ sint deitatis, ad solam filij personam carnem suscipere, hominemque redimere pertinuerit. Caput XVIII.

Diuina dispositio, qua filij personæ potius quam patris aut spūs sancti incarnari complacuit, idcirco maxime miranda est, quæ peccatū primi hoīs maxime cōtra eūdem filium admittum est, ob cuius expiationē filius ipse homo fieri dignatus est. ¶ Sed & diaboli peccatoris antiq; superbia, maxime propter filij aduersus creatorē intumuit. Quod ex ybis eius aduerrere promptum est. Ait enim: Ascendā super altitudinē nubium, similis ero altissimo. Vtiq; cū hæc diceret, inuidio aduersus filium liuore feruulis cōtumacia torquebas, eo quod uni & solimato, nō facto, tota cœlorū curia egue ut patri, pro tanta differētia iure famula retur. Grandi quippe differentia sese ab uno qui erat in sinu patris distare indignabatur, cum se inter cætera ab artifice deo factū, illum ex patre deo solum uideret super omnia natū. Tūc feruulis tumor aduersus eundem unigenitum grassatus est, iōge nequius, quam Imael ex ancilla procreatus, dominum suum Iſaac de libera genitum persequebatur, ut testatur Apostolus. Nequius, inquam, utpote ubi & longe subtilior malitia, & multo longinquior cōditionis erat differentia, quæ superbientis odium concitabat. ¶ Propter quod odium iam erat homicida, testante eodem dei filio in euangelio suo ac dicente, Ille homicida erat ab initio. Sed homicidii illud tunc actū perficere non poterat, cū nondū in illo dei filio esset humana, quæ posset occidi, natura. Perfecit autē, cum illud ad terras descendisse, humane faciem esse agnosces, exhibant enim, inquit Euāgelista, dæmonia à multis clamantia & dicentia, scimus quæ filius dei es, agnosces, in quā, illum aduenisse in carne, peccator antiquus insurrexit, eūque per suos satellites patibulo crucis affixit. ¶ Nā sapientiā eius, uidelicet dispositionē, qua per mortem suā redempturus erat humanū genus, nemo principū huius seculi cognouit, inquit Apostolus. Si enim cognouissent, nunquā dñm glorię crucifixissent. Virtus autē ipsa, per quā se uicisse putabat, mortis infirmitate, præstitit in eiusdē dei filij odio implacabili, per Iudæorū ora negatium, per hæreticorū blasphemias, creaturā illum esse asserētium. ¶ Sed ut ad primi hominis peccatum redeā,

Odiūm diaboli cōtra filium dei ab initio. Esai. 14.

Gen. 21. Cala. 4. Iohā. 8.

Luc. 4. Redemptio hoīs diabolo ab cōditione. 1. Cor. 2.

redeam, sciendum, quæ priusquam per serpentem diabolus de uetito ligno comedere mulierē persuaderet, uterque, scilicet uir & mulier, occulta eiusdem hostis inspiratione appetuerunt esse sicut dii. Alioquin frustra ad perpetrandum id quod persuadebat, hæc promissione usus fuisset, dicens: Et eritis sicut dii. Nemo enim, nisi id quod sentit appeti, pro fructu reprobmittit aliquid operis. Quam autem contra trinitatis personam magis hic hominis quoque tumor sese intenderit, apparet per hoc quod addidit, Sciens bonum & malum. Vtiq; filium, qui sapientia patris est, superbe æmulati sunt, id est, pares illi sese fore arbitrati sunt, habendo scientiam omnium. ¶ Vnde lignū preuaricationis, ironice nomen accepit, ut diceretur lignum scientiæ boni & mali, licet a scriptore historiæ sic uocetur, etiam ante peccatum hominis. Quod per anticipationem constat fieri. Eadem ironia dicit ipsa, quæ unus est deus, trinitas: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Quasi unus ex nobis, id est, quasi filius qui sapientia patris est, cuius æqualitate appetiuit, id est, scientiam boni & mali. Nam scientia boni & mali, solius dei est, qui omnia scit, & malo quoque bene nouit uti. Vnde cum dictum esset, Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, statim ironice additū est, in quo, uidelicet in eo quod est sciens bonum & malum. Similiter ironice diabolus quoque appellatur Cherub in Ezechiele, quod interpretatur, plenus diuina scientia. ¶ Igitur magis cōtra propriam personam filij dei diabolus & ipse intumuit, & hominem erexit, dum uterque æqualitatem sapientiæ dei, quæ filius est, appetiuit, eūque subesse contempsit. Vnde miranda (ut superius iam dictum est) diuinitatis dispensatio, mira dignatio, ut illi, contra quem potissimum peccatū admissum fuerat, scilicet filius, intercessor apud patrem accederet, homo factus, & pro inimicis suis mortis pontificaria charitate addictus, tanquam si Iſaac idcirco se patiatur immolari, ut Iſmael in gratiā patris ac matris ueniat, suusque cohæres fiat, qui ideo fuerat eiectus, quia sese, non ipsum patrem persequebatur. Sed neque Iſaac, neque alium quempiam sacra refert historia pro inimicis suis intercedendo, spontaneam excepisse mortem. Vix enim pro amico suo, uel (ut ait Paulus) uix pro iusto quis moritur. Commendat ergo charitatem suam in nobis dei filius, quoniam cum in ipsum peccando, patrem offendissemus, ipse naturam, in qua pro nobis moreretur, assumere dignatus est. In hac dilectione quisquis illum imitatur, potest ad illam dei similitudinem, quam per superbiam diabolus uel ipse homo appetiuit, ascendere. Cum enim dixisset ipse, Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, statim adiecit: ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est. Ac si diceret: Non magnificentiā scientiæ, de qua præsumens satanas, dixit in corde suo, Similis ero altissimo, uel quam uestris parentibus promittens dixit, Eritis sicut dii, efficiens, ut altissimo similes sitis. Nec ego uobis filiorum dei dignitatem inuideo: non enim rapinam arbitratus sum, me esse equalem deo, sed ascensum superbiæ auersor, per quam cum ascenderet Satan, uidebam eum sicut fulgur de cœlo cadentem. Discite ergo à me quia mitis sum & humilis corde. Hoc miraculum diuinæ dispensationis propheta intuens, ait: Deus, iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Magnum est hoc & mirabile, quod filius, cum æque ut pater deus sit creaturæ suæ, rex quoque eius dignatus est dici & esse, & hoc secum dum iudicium, legemque iustitiæ. Quod hoc modo promptum est aduerrere. Dignum erat ut is ipse, scilicet filius, per quem omnia condita sunt, dominus & rex esset omnium, neque per quemlibet alium regerentur, qui utique cum esset creatus, non erat creator eorum. ¶ Regis autem debitum ac legitimum est officium, ut subditis danda uel data præcepta, prior ipse actibus impleat, ne dum militibus laboriosam mandat militiam, ipse in delicijs sua potestate abutendo, causam præbeat eorum murmurio, procul dubio dicentium, deliciasum esse ducem, quod subditis ea præcipiat, quæ facere fugiat aut non possit. Igitur & hoc dignū fuit, ut ea quæ præceperat uel præceperat ueraciter ut deus, ipse præcipue opere impleat, ut rex, uidelicet omnimodæ humilitatis opus, quale est illud: Quanto magnus es, humiliā te in omnibus. Magnum hoc, ut supradictum est, & mirabile est, quod cum dominari posset creaturæ suæ, sola excellentia potentia, maluit æqualiter cum ea iudicium legemque subire iustitię. ¶ Quapropter autem in forma sui militiam uitæ habuisset humanæ, minora dedit hominibus præcepta: cum autem homo factus esset, imposuit altiora ad modum regis probi ac strenui, quod in prima acie commiserit cum hoste, acri certamine fessus, cruentisq; insignis uulneribus, cum discrimine uniuersos eriperit, tum demum dat præcepta fortitudinis, fiducialis, iustius, constantius, utpote factis dicta iuuuantibus, militibusque murmurare de labore, uel delicijs quærere, uel uisoducis sanguine, non audentibus. Ita priusquam circumdatus esset infirmitate dominus uirtutum, dictum est antiquis: Non occides. Quando autem idem rex gloriæ tentatus est per omnia pro similitudine absque peccato, & didicit obediens esse, non seipsum defendens, ego autem dico uobis, inquit, quia omnis qui irascitur fratri suo &c. ¶ Bene ergo Propheta (ut supradictum est) Deus, inquit, iudicium tuum regi da, & iustitiā tuam filio regis: quia uidelicet immensitate potētæ nullatenus minor est diuinæ tanta magnitudo iustitiæ. Quam iustitiā, nos Chrsi

Inspiratiōe diaboli, appetiuerunt Adā & Eua sicut dii.

Lignū scientiæ boni & mali p ironia dicitur e. Gen. 3.

Ezech. 18. Maxia filij dignatio, quod pro suis inimicis mortis dignatus est. Gen. 21.

Rom. 5.

Matt. 5.

Esa. 14. Gen. 3. Ephe. 3. Phil. 2. Luc. 10. Matt. 11. Psal. 71.

Boni regis officium.

Ecc. 3.

Minora præcepta dedit deus antiq; quod nobis.

Heb. 4. & 5.

Matt. 5. Psal. 71. Refertur

antiquista
rū salua iu-
sticia.

nos quoq; q sub paterna prauaricatione rei detinebamur, in eo suscipimus, sicut mox in eo-
dem psalmo additum est: Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. in eo, inquam,
suscipimus, quia quem primi parentes nostri contempserunt deum in gloria sua fulgentem,
nos adoramus in carne nostra nascentem, in cruce sua morientem. Hinc enim iustificamur, q
sup antiquū seruitutis pensum, quod est adorare deū, quod debebat etiā si nunq peccasset
nūs humanū, hoc adhibetur, ut hominē crucifixū adoremus. Hac, in quā, satisfactione efficitur,
ut salua iustitia sua, nos in antiquū statū restituat iustus deus.

De officio eiusdem sanctæ trinitatis.

Caput XXX.

Euangeliū
Iohā 3.

IN officio eiusdem sanctæ trinitatis, recte hæc euangeliū lectio ponitur, quæ maxime ne-
cessarium salutaris baptismi remedium commendatur, uidelicet, quia sine uirtute huius
nominis quantacūq; dicas, scriptum est lauacrum, neq; per aquam potest quisquam re-
nasci: nec aliter hoc nomine signamur, nisi cum illo baptismi sacramētum suscipiamus.
¶ Hæc euangeliū consonat ea quæ præmittitur, lectio libri Apocalypsis, maxime in eo quod
ait: Et in circuitu sedis tanquam mare uitreum, simile crysallo. Mare namq; uitreum crysal-
lo simile, baptismum significat puræ confessionis & solidæ fidei. Et quod in euangelio dictū
est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest uidere regnum dei: hic signi-
ficatur per hoc, quod in circuitu sedis mare ostenditur. Nam quia in circuitu sedis est mare,
profectio ut ad eandem sedem perueniatur, mare necesse est transire. Septem quoq; lam-
pades ardentes ante thronum, id est, septem spiritus dei. Quia non est dictum, Nisi quis uena-
tus fuerit ex aqua solū, sed ex aqua & spiritu sancto. ¶ Et in medio sedis in circuitu eius qua-
tuor animalia, die ac nocte dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotens, qui
erās & qui es & qui uenturus es, catholici doctores sunt, q merito qualitatibus, tanq diu-
sis discreti uultibus, & ad cauendam hæreticorū perfidiam, siue ad subditorum suamq; salu-
tationem, in circuitu & intus, i. in corporalibus & in spūalibus pleni oculis, scilicet illu-
stratione spiritus sancti, fidem sanctæ trinitatis, tam in aduersis q in prosperis, prædicare non
cessant, & inuitare populos ad illud mare baptismi.

Finis libri XI.

Epistola.
Apo. 4.
Mare uitre-
um i circui-
tu sedis, si-
gura bap-
tismi est.

Aialia i cir-
cuiu sedis
sunt catho-
lici docto-
res.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE DIVINIS OFFICIIS, LIBER XII. ET VLTIMVS.

Dominica prima post pentecosten. Caput I.

Euangeliū
Luc 15.
Paup Laza-
rus, gētilis
popul⁹ est.



DOMINICAE primæ post octauas pentecostes officii. uoces emit
tir pauperis illius, qui per Lazari in euangelio figuratur, scilicet gen-
tilis populi, qui ad fidem trinitatis, prædicantibus (ut supra dictum
est) apostolis, confugiens, de interiore sensu legis cupit abire, tan-
quam de micis quæ cadebant de mensa diuitis, uidelicet et populi Iuda-
ici, qui dum doctrinam legis non ad charitatem habu-
erunt, quasi de acceptis opibus tumuit ille autem, scilicet gentilis po-
pulus, dum conuersus ad deum, peccata sua cōfite ri non erubuit, ul-
ceribus plenus extitit, & ei uulnus in cute fuit. Huius, inquam, uoces
sunt mendicantis, quod maxime claret in graduati. Ego dixi domine miserere mei, sana ani-
mam meam, quia peccaui tibi. Epistola, Deus charitas est, primo aduersus Iudaici populi de-
promitur inuidiam, quæ pauperem iam dictū non debere admitti contēdit, iuxta illud: Qua-
re introisti ad uiros quæ primum habentes: Manifestum est enim, Iudæos semper gentiū odif-
se salutem. ¶ Simul, quia moralis quoq; sensus in hoc euangelio non deest, commone mur uti-
liter hoc exemplo, ne ab ullo paupere auertamus faciem nostram. Charitatem, quæ in prædi-
cta commēdatur epistola, promptum est eodem sensu, id est, morali, accipere, maxime qd aita
Qui etiā non diligit fratrem suū quem uidet, deum quē non uidet, quō potest diligere?

Dominica secunda post pentecosten. Caput II.

Psal. 40.
Iohā. 4.
Actu. 11.

Sensus mo-
ralis.

Euangeliū
Luc. 14.

Dominica secunda legitur hoc euangeliū, Homo qd am fecit cœnam magnam, &
uocauit multos. Notū est autē, qd per multos qui uocati fuerant, & hora cœnæ cœ-
perunt excusare, contemptores significantur, q plures terrena q cœlestia diligunt, qui
amplius rebus corporalibus q spūalibus occupantur. ¶ Et per hoc qd ait quisq; il-
log, Rogo te, habere me excusati, qd in quā dicit, Rogo, & tamen uenire contemnit, quod so-
nat humilitas in uoce, supbia in actione, per hoc plane (ut dictum est) exprimitur, qd dum eul-
libet carnalium dicitur, Conuertere, deum sequere, mundum relinque, responderi solet, Ora-
pro me, quia peccator sum, hoc facere non possum: dicendo, Peccator sum, humilitatem infi-
nuat,

Rogo t. ha-
me excusf.

nuat: subiangendo, Conuerti non possum, superbiam demōstrat. De his ergo labijs iniqs, de
hac lingua dolosa, in graduati nos liberari poscimus. ¶ Recte, pulchre atq; cōsone seru⁹ egre-
gius, qui nos inuitat, dicit in præuente epistola: Filioli mei, non diligamus uerbo neq; lingua,
sed opere & ueritate. Quorum iniqua labia linguamq; dolosam qui contemnit (solent enim ali-
os conuerti uolentes deuocare, tum sanctū propositum uitu perādo, quod est iniqua labia ha-
bere, tum nimium laudando, nimiasq; difficultates arctæ uiaē uel angustæ portæ prætere-
re, quod est linguam dolosam acuerē) qui, inquam, dehortantes eos cōtemnit, & audire nō uult,
confortat animā suam, & dicit illud qd in alleluia cantamus: Deus iudex iustus, fortis & pati-
ens, nunq d irascetur per singulos dies: uidelicet cū alibi dicat: Et eū qui uenit ad me, non eijci-
am foras, tandēq; de infirmitate conualecens, & uiam mandatoy domini, quæ angusto ini-
tio cepta fuerat, dilatato corde percurrens, dicit quod in Introitu cantatū est: Factus est dñs
protectōr meus, & eduxit me in latitudinē.

Psal. 119.
Epistola.
1. Ioh. 3.
Matt. 7.
Psal. 7.
Iohā. 6.
Psal. 17.

De dominica tertia post pentecosten. Caput III.

Ine uangelio dominicæ tertiæ commendatur nobis, quanta de conuersis peccatoribus
deo cura sit, per parabolum centum ouium, & unius perditæ, quam bonus pastor inuen-
tam imponit in humeros suas gaudens, & sic reportat ad gregem, itemq; per aliam para-
bolum decem drachmarum, quarum unam quæ perditæ fuerat, mulier studiosa lucer-
nam accendens, requirit & inuenit. ¶ Ad hunc sensum profectio respicit, quod Petrus in epi-
stola sua euigilandum esse commone ns, Quia aduersarius uester, inquit, diabolus tanquam
leo rugiens circuit, quærens quem deuoret qui utiq; ouem illam centesimam deuorauerat,
& nunc inuentam esse dolens, iteꝛ circuit & amplius rugit. Ideo præmisit & hoc, Omnē soli-
citudinē uestram proiciunt in eum, quoniā ipsi cura est de uobis. Cui sensui graduale succi-
nit, lacta cogitatū tuū, & Offerenda, Sperent in te omnes. Et quia prædictū euangeliū pro pec-
catore contextū est, sup quo pœnitentiā agente gaudiū est angelis dei, recte unicus & paup
clamat in Introitu, Respice in me & miserere mei.

Euangeliū.
Luc. 15.
Epistola.
1. Pet. 5.
Psal. 74. 9.
Psal. 14.

Dominica quarta post pentecosten. Caput IIII.

Dominicæ quartæ euangelium est, Estote misericordes, quia & pater uester miseri-
cors est. Cui palam lectio epistolæ, quæ præmittitur, concinit, iterum atq; iterum
creaturam asserens expectare reuelationem filiorum dei, quem patrem nostrum
esse præfenti euangelio dominus asserit: Estote, inquit, misericordes, sicut & pater
uester cœlestis misericors est. Introitus, Dñs illuminatio mea, itemq; Offerēda, Illumina oculo
meo, idcirco congruunt, quia irabem uel festucam peccati de oculo, i. odium, quod euan-
geliū monstret oportere eijci, quum gratia sancti spūs expellit, dñs illuminatio cordis est, &
hi qbus uidentus est deus, illuminatur oculi, ut (sicut in graduati canimus) Videat cor mun-
dum uoluntatē dñi, & uisitet tēplum eius, & hoc nō suis uiribus, sed eius, cui in cōmuniōe di-
cinus, Dñs firmamentum meum &c.

Luc. 6.
Rom. 8.
Psal. 25. 12.
Psal. 26.

Dominica quinta post pentecosten. Caput V.

Ine uangelio quintæ dominicæ narratur, quia laxatis ad imperium domini retibus in ca-
pturam, conclusa q; piscium multitudo copiosa, & retia rumpebantur, & implete sunt
nauiculæ ita ut mergerentur. ¶ Per hoc illud significatum est, quia carnalium turbis ec-
clesiam complentibus, & super numerum multiplicatis, tumultus & dissensionis oritē-
tur, & non solum ebriosorum, raptorumq; subintroentium malis moribus, ecclesiæ nauicu-
la premeretur, sed hæreticorū quoq; disceptationibus rete fidei dirumperetur. Propter hoc
illa magni piscatoris nostri Petri apostoli lectio, opportune præmittitur, pisces suos ad unita-
tem & pacem cohortantis & dicitis: Omnes unanimes estote, patientes, fraternitatis amato-
res, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, neq; male dictū pro ma-
ledictō, uidelicet quia per hoc tumultus creuit, & seditio conualecxit. Et post pauca: Sed & si
quid patimini propter iustitiam, beati &c. ¶ In huiusmodi periculis constitutæ ecclesiæ, uo-
ces sunt, cæteræ partes officij. Introitus, Exaudi domine uocem meā, amplius autem gradu-
ale, Protector noster aspice deus, sensui supradictō cōsonat. Sumptum est enim de psalmo ha-
bente in titulo, Pro torcularibus. Quo nomine præsentem ecclesiam designati dubium non
est, ubi electi reproborum tor scandala patiuntur, ut iuxta euangelicam similitudinē, quasi
rete tumultu piscium rumpi uideatur. Quorum schismata quicq; cauēs, dicit in offerēda: Be-
nedicam dominum qui mihi tribuit intellectū. Et in cōmuniōe, Vnam petij à dominō, i. non
scissuras mentū, sed unitatem fidei.

Luc. 5.
Carnaliū
tumult⁹ in
ecclesia.
1. Petri. 2.
Psal. 26.
Psal. 67.
Psal. 15. 26.

Dominica sexta post pentecosten. Caput VI.

Dominica sexta dicendo dominus in euangelio, Audistis quia dictum est antiquis,
Non occides, ego autem dico uobis &c. manifeste nobis illam nouitatem necessa-
riam inculcat, quæ passim in factis commendatur scripturis, ut renouemur spū-
ritu mentis nostræ, & exuentes ueterem hominem, induamus nouum eum, qui se-
cun-

Matt. 5.
Ephē. 4.

cundum deum creatus est. Quod enim antiquis dictum est, nos qui noui dicimur, in melius transire debemus. Recte ergo illa pramittitur lectio, ut nouum hominem Christum indueremus, dicente Apostolo: Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus &c. Dicendo itaque, Et nos in nouitate uitae ambulemus, plus quam illud quod antiquis dictum est, nos debere, testatur. Ceterae partes officij, Introitus, Dominus fortitudo: gradualis, Conuertere domine: offerenda, Perfice gressus meos, ecclesie uoces sunt, ad suam perfectionem euangelicam tendentis, & auxilium implorantis, quia uera & perfecta iustitia, nemo per se potest iustificari. Et cuius iustitia sic abundauit, ut iuxta idem euangelium, si offerat munus suum ad altare, & recordatus est quia frater suus habet aliquid ad uerum eum, relinquit ibi munus suum, & uadit prius reconciliari fratri suo, ille est qui in Communionem dicit: Circuibō & immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis.

Dominica septima post pentecosten.

Caput VII.

Dominica septima legitur hoc euangelium, quo refecturus dñs cum dixisset, Misere or super turbam &c. hanc miserationis suae causam subiicit, dicens: Quidam enim ex eis de longe uenerunt, At uero hi qui de longe uenerunt, illos designant, qui à criminalibus peccatis, uel etiam à diaboloz cultura ad uerum deum conuersi, iustitiam, à qua ieiuni sunt, elutierunt & sicutiunt. Bene ergo illa lectio pramittitur, in qua talibus dicitur: Cum enim serui essetis peccati, liberifuitis iustitiae. Quae ergo fructum habuit tunc, in quibus nunc erubescitis: nam finis illoz mors est. Talibus dicit ecclesia mater in graduali: Venite filij, audite me &c. Et isti, quia peccatores sunt, dicunt in offerenda: Sicut in holocaustum ardetum &c. Istis nihilominus saturatis dicitur in Introitu: Omnes gentes plaudite manibus, dicentes, quemadmodum alibi refecti dixerunt: Vere hic est propheta, imò dñs prophetarum, qui uenturus est in mundum.

Dominica octaua post pentecosten.

Caput VIII.

In euangelio dominicae octauae, Attendite, inquit dominus, à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, & reliqua. Hoc de omnibus uideum intelligi potest, qui aliud habitu ac sermone promittunt, aliud opere demonstrant sed specialiter de haereticis intelligendum est, qui uidentur continentia, castitate, ieiunio, quasi quadam pietatis ueste se circumdari intrinsecus uero habentes animum uenenatum, simplicium fratrum corda decipiunt. Lectio epistolae, Debitor es sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus, consonat huic euangelio, quod dicitur: A fructibus eorum cognoscetis eos. Nam & paulo supra dixerat, Apostolus: Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. & nunc ait: Quicumque enim spiritus dei aguntur, hi filij sunt dei. Et facta carnis, de quibus ait, Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uisuetis: fructus sunt, ex quibus falsi prophetae cognoscuntur, à quibus filios dei discernit spiritus dei, qui testimonium reddit spiritui ipsorum. Hic spiritus, illa misericordia est, de qua in Introitu cātamus: Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui, id est, in nobis ipsis, qui sumus templum tuum: & hoc in medio, id est, manifesto. Manifeste enim uenit spiritus sanctus super apostolos. Huic (inquam) spiritus clamat ecclesia in graduali: Esto mihi in deum protectorem: & in offerenda, Populum humilem saluum facies domine, iuxta illud: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum? Abscondit enim haec à sapientibus, & reuelauit ea paruulis. Unde congratulando dicitur eis in communionem: Gustate & uidete, quoniam suauis est dominus.

Dominica nona post pentecosten.

Caput IX.

Euangelium dominicae nonae, praepositos animae instruit ad misericordiam, ut com patientes moderatam iniungant poenitentiam confitentibus, quantum debeant, uel quanta peccata commiserint. Laudauit enim dominus uillicum iniquitatis, quia prudenter fecisset ea, quae de illo propolita narrat parabola. Et ad hoc Apostoli lectio, quae pramittitur, consonat, retextendo de illis qui mare transierant, & dona dei gustauerant: & nihilominus concupiscentes & fornicantes, à serpentibus uel ab exterminatore perierunt. & statim adiungendo, Itaque qui se existimat stare, uideat ne cadat &c. Nam quo modo & hi, licet iam glorificati, perierunt, & ille uillicus in euangelio gratiam domini sui habuerat, à qua tamen excidit, sic & praelatus qui quae meminisse debet, & scire se quoque aut peccasse, aut si non peccauit, eiusdem tamen fragilitatis esse, ut potuerit, uel adhuc possit peccare, atque de seipso commonitus, recogitet infirmarum se suscepisse curam animarum, non super sanastyrannidem. Introitus, Ecce deus adiuuat me, & gradualis, Domine dominus noster: offerenda quoque, Iustitiae domini, uoces sunt supra dicti uillici, gratias referentis domino deo suo, misericordibus misericordiam facienti. Communionem uero, Primum querite regnum dei, idem imperat, quod illa domini sententia de euangelio iam dicto, Facite uobis amicos de mammona iniquitatis &c.

Domini

Dominica decima post Pentecosten.

Caput X.

Dominica decima legitur hoc euangelium, quo dominus fleuisse refertur super ciuitatem Hierusalem. Qui & ingressus in templum, coepit eicere uidentes in illo, Notum est pene cunctis, tam in scripturis, quam in ore omnium satis uisatum, per hoc illud significatum esse, quod illos de ecclesia sua dominus eiciat, quod sacros ordines emunt aut uendunt, quia uidelicet tales negotiatores columbas quoque, id est, sancti spiritus dona uenalia faciunt. Itaque recte & opportune illa pramittitur Apostoli lectio, quae satis aperte indicat, non posse ab homine dari, ne dum uendi aliquid doni spiritualis, sed à solo spiritu dei diuidente singularis prout uult, dari gratuito, alij sermonem scientiae, alij sermonem sapientiae, alij genera linguarum, alij fidem, alij prophetiam &c. Et qui huius, id est, sancti spiritus expectat electionem potius quam hominum, dicitur in Introitu, lacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. In domino, inquit, iacta cogitatum tuum, non in teipso, dicendo quod alibi scriptum est: Dominus, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Neque ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super me. Videlicet ut Simon magus ille, qui dei donum aestimauit pecunia possideri. Et ipse te enutriet, inquit, dicentem scilicet quod in graduali canitur, Custodi me domine ut pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protege me, ne superbiendo & euagando, sicut ablactatum super matrem suam, Potius de uultu tuo iudicium meum, id est, electio mea prodeat, quam ipse me commendem presumptione mea. Idem in Offerenda dicitur: Ad te domine leuaui animam meam, etenim uniuersi qui te expectant, non confundentur. His autem qui ab hominibus expectant uel emunt, dicitur: In principio, in nouissimo benedictione carebit. Et quod talium sacerdotum sacrificium non accipit deus, quia sacrificia sunt iniustitiae, monstratur per oppositum in communionem, Acceptabis sacrificium iustitiae &c.

Dominica undecima post pentecosten.

Caput XI.

Dominica undecima ponitur hoc euangelium, Duo homines ascenderunt in templum ut orarent &c. Cui manifeste consonat ea, quae praecurrit, epistolae lectio: Notum uobis facio euangelium. Nam exemplum publicani in euangelio se accusantis & dicentis, Non sum dignus leuare oculos meos ad caelum, optime in hac epistola Paulus imitatur, dicens: Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus uocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei &c. Et quia talis haec humilitas unitatem domesticorum dei conseruat, ut non alius aduersus alium infletur, recte hic Introitus pramittitur, in quo dicitur: Deus qui inhabitare facit unanimes in domo. Quod dicitur in graduali dicitur, Et ex uoluntate mea confitebor illi, itemque in Offerenda, Domine, clamauit ad te, & sanasti me, uocibus concordat publicani à longe stantis, & peccata sua confitentis: & tali, scilicet non pharisaice gloriantis, quod decimas det omnium quae possidet, sed humilem confessionem, se ipsum prius offerenti dicitur in Communionem, ut sua demum offerat: Honora dominum de tua substantia &c.

Dominica duodecima post pentecosten.

Caput XII.

Officium dominicae duodecimae quibusdam ex partibus ad illos respicit, qui surdum & mutum ad dominum adducentes, deprecantur eum, ut imponat illi manus: quibusdam autem ad ipsum mutum, ad aperto ore recte loquentem. Nam ille surdus & mutus humanum significat genus, quod in primis parentibus ab audiendis preceptis creatoris obscuruit, & praedicanda laude eius obmutuit. Qui autem illi adducunt, & dominum pro illo deprecantur, uniuersum praedicatorum significant chorum, quod genus humanum ad Christi gratiam uoce ac literis inuitare non desinunt. Et huius surdi ac muti ualde congrua uox est Introitus hic: Deus, in adiutorium meum intende, tanquam si medicata paralyti, quae linguam tuam subito ligauerat, primo eiusdem motu lingua, dei nomine repente ad adiuuandum inuocet. Idem ipse loquens recte dicit in graduali, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Epistola, Fidem tuam habemus per Christum ad deum &c. ad ipsos respicit, qui illum adducunt, fiduciam habentes non in seipsis, se quasi à semetipsis uel aures eius aperire possint, sed sufficientia nostra ex deo est &c. Et pulchre haec Offerenda ponitur, Precatus est Moyses, Nam eius exemplo, qui in tempore iracundiae factus est reconciliatio, iratus enim erat dominus propter uultum quem fecerat Aaron, & dixerat ut disperderet eos, eius (inquam) exemplo cuncti rectores sese debent opponere, pro peccatis subditorum, & deprecari dominum, ut imponat illis misericordiae manum, Et quia praedicatorum huiusmodi terra illa sunt, quae (sicut in Psalmo legimus) satiata de fructu operum domini, id est, de donis spiritus sancti, producit foenum iumentis, id est, doctrinam carnalibus, qui demum nesciebant, populus, recte & hoc in communionem canitur: De fructu operum tuorum domine satiabitur terra.

Dominica tertiadecima post pentecosten.

Caput XIII.

O In

Rom. 6.

Psal. 27. Psal. 57. 16.

Matt. 5.

Psal. 26.

Marc. 9.

Roma. 5.

Psal. 33. Danic. 3. Psal. 46. Ioh. 6.

Matt. 7.

Haereticis, ut pirapaces.

Roma. 8.

Psal. 47. 1. Cor. 2. 6. Act. 2.

Psal. 30. Psal. 17. Esai. 66. Matt. 11. Psal. 33.

Luc. 16.

1. Cor. 10.

Qui stat, uideat ne cadat.

Psal. 53. 8. Psal. 19.

Matt. 6. Luc. 16.

Luc. 19.

Epistola.

1. Cor. 12.

Psal. 54.

Psal. 130. Act. 1. 9.

Psal. 16. Psal. 130. Psal. 16. Psal. 24.

Pro. 20. Psal. 50.

Luc. 18. 1. Cor. 15. Humilitas Pauli.

Psal. 67. Psal. 27. Psal. 29.

Pro. 31.

Surdus & mutus genus humanum significat.

Marc. 7.

Psal. 69.

Psal. 33.

2. Cor. 3. Exo. 32. Intercessio Moyli pro populo.

Psal. 103.

Luc. 10. Samaritanus Chrim designat.

In officio dominicæ tertiæ decimæ cunctæ partes ad illud de euangelio spectant, quod dicit Samaritanus ille, qui dei interpretatur custos, scilicet dominus noster Iesus Christus, ap propians homini à latronibus despoliato & conuulnato, quæ pertransierant faceret & & leuita, id est, omne uetus instrumentum, qui quod recõciliari nõ potuit genus humanum, appropians inquam, id est, nostram humanitatem assumens, oleum consolationis & uinum penitentia peccatorum plagis infudit, & imponens super iumentum suum, id est, in corpore suo peccata nostra perferens super lignum, ad stabulum ecclesie perduxit, & abiens in caelum, stabularijs suis, i. apostolis & apostolicis uiris, uice sua curam atq; prouidentia nostra contradidit. Huic, ut dictum est, euangelio cetera concurrunt partes officij. Primum epistola, Abraham dicitur sunt promissiones & semini eius, per hoc qd tali euangelio premititur, multum ad intelligendum aperitur ipsa, simulq; tota pene disputatio Pauli apostoli ad Galatas, unde hæc lectio sumpta est. Nam per hoc qd tam sacerdos quam leuita uiso homine illo præterituit, innuitur, quid lex contulerit, quæ post quadringentos & triginta annos data est, à testamento dei cum fidele Abraham per repromissionem confirmato, uidelicet quia nõ quidem ipsa aduersus promissa dei, sed nullus iustificari potuit coram deo ex operibus eiusdem legis. In hoc itaq; intelligimus per hoc, qd (ut dictum est) tam sacerdos quam leuita, uiso homine præterituit. Quia sic subintravit lex, qd modo medici puer ad ægrotum nonnunq; ingredit, morbi quidem causas sciens, sed quod opponat antidotum, conficere non ualens, tantum hoc ægrotum dicere nouit, quibus ab eis uel potibus abstinendum sit, ne morbus inualeat, & de semi uiuo penitus mortuum reddat. Hoc nanq; illud est, quod in prædicta epistola dicit Apostolus, Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est &c. Plagis nanq; originalis peccati seminum homo nascit. A tualibus uero transgressionibus, propter quas lex posita est, sinõ abstrineat, tanq; noxijs cibis, penitus moritur. Itaq; secundum hæc bene in Introitu præmittitur, Respice dñe in testamentum tuum, quod in graduati repetitur. Vox enim hæc erat antiquorum, aduentu Christi ad infirmitatem uel imperfectionem legis flagitantium, tanq; si prætereitibus faceret & leuita, Samaritanum supra dictum uulneratus ille postulet appropriare, cui & dicat illud quod canitur in Offerenda, In te dñe speraui &c. Et qd corpus Christi, quod sumimus, illa specialiter curat uulnera, Bene & illud de libro Sapientia canimus in comunione, Panem de celo dediti nobis.

Galat. 3.

Sacerdos & leuita pæctens.

Lex sicut puer medicus.

Psal. 73.

Psal. 30. Sapi. 16.

Dominica quartadecima post pentecosten. Cap. XIII.

Luc. 17. noue leprosi, hæretici sunt: unum autem reuerfus, ecclesia. Psal. 82. Actu. 4. 1. Cor. 1. Cant. 6.

In euangelio dicitur quartæ decimæ, decem uiri leprosi à dño mundati referuntur, & unus tantum ex eis unice ecclesie figuram gerens, cæteris ingratis existentibus, qui hæreticorum typum preferunt, reuerfus & grās agens, de fide sua, qua saluus factus est, ab eodem domino laudatur. Eiusdẽ ecclesie, quæ per illi unum significatur, uox est illa in Introitu, Protector noster aspicere deus, maxime qd ait, Quia melior est dies una in artijs tuis sup milia. Nam idem est ac si dicat, Melius est cor unum & anima una habere, & id ipsum sapere ac dicere, qd diuersis, imò contrarijs sensibus diuidi, & schismata facere. Quod obseruans sancta ecclesia, & ideo una columba dicta, bene per illum unum (ut dictum est) in euangelio figuratur. Epistola uero in eo prædicto euangelio congruè, qd patenter exprimit, qd per illos leprosi significatum sit, cum dicitur Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, luxuria &c. inter quæ, sectæ (i. hæreses) ponuntur. A quibus emundata ecclesia, dicit gratias agens in graduati, Bonum est confidere in domino &c. uidelicet quia non homo, non princeps sacrificiorum carnalium, de quibus dixit eisdem leprosis dominus, peccatorum lepra tollere possunt, sed solus dñs. Quod autem in offerenda dicitur, Immittet angelum dñs in circuitu timen tium eum, & eripiet eos, gustate & uidete qm suauis est dñs, ad fructus illos spectat, qui ex primatur in epistola, Fructus spūs est, charitas, gaudium, pax, patientia &c. qd gustare, est à lepra supra dicta curari. Et qd præcepit dñs illi, qd gratias egit, Vade & offer munus quod præcepit Moyses in testimoniū illis, bene in comunione canimus, Panis quem ego de dero, caro mea est pro mundi uita, uidelicet quia caro & sanguis, munus est, qd pro emundatione sua iugiter offert unica ecclesia Christi.

Gala. 5.

Psal. 17.

Psal. 33.

Matt. 8. Iohā. 6.

Dominica quintadecima post pentecosten. Caput XV.

Matt. 6.

Officium dominicæ quintæ decimæ, si recte animaduertitur, claret, quia maxime aduersus excellentiam & inanem gloriam decantatur. Nam ad hoc pertinet illud, qd in huius dominicæ euangelio Matthæus ait, Nolite solliciti esse, dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus? &c. Lucas testatur, quid cum eadem diceret, adiecit Et nolite in sublime tolli. Et quidem secundum eundem Lucam, ante hæc uerba dominus parabolas de diuite stulto, cuius ager cum uberes illi fructus attulisset, et dixit ipse, Destruam horrea mea, & maiora facia, & dica anima mea: Anima, habes multa reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare, ait ad eum deus: Stulte, hæc nocte repetunt animam tuam à te, qd aut parasti, cuius erunt? Igit aduersus diuites, quibus præcipiendū est, nõ supbe sapere, ne qd spe

Luc. 12. Parabola de diuite stulto. 1. Tim. 6.

que sperare in incerto diuitiarum, hoc in Euangelio supra dicto præcipitur: Nolite solliciti esse, & cætera. Cui & consonat præcedens epistola, in eo quod ait: Non efficiamini inanis glorie cupidi. Et rursum: Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Et qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Eius itaque, qui hoc præceptum fideliter amplectitur, illa uox est in introitu ad patrem nostrum qui scit omnia quibus indigemus, sicut in eodem euangelio dictum est: uox, in quam, illa Inclina domine aurem tuam ad me, uox est pauperis de manu dei primum regnum dei, & iustitiam eius. & deinde necessaria corporis, quæ adhienda sunt, humiliter quærentis, Qui & in graduati eodem respectu ait: Bonum est consistere domino, id est, necessaria quærenti à domino, & in ea spe psallere, id est, bene operari, nomini tuo, id est, ad honorem nominis tui altissime. Ad annuntiandum mane misericordiam eius, id est, primum quærenter regnum dei, & iustitiam eius. Ipse idem gratulabundus, quod necessarium à patre uictum acceperit, narrat in Offerenda alij dicens: Expectaui expectaui dominum, id est, non aliunde sed à domino quærens eius regnum, expectaui quæ adhienda sunt, & respexit me, id est, adiecit quæ necessaria sunt huic uitæ. Communio clare exprimit cibum eiusdem regni dei, qui primum quærendus sit. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum in me manet & ego in eo. Quod est enim regnum dei, nisi mansio eius in nobis? Hoc autem ut maneat in nobis, fit manducando carnem eius, & bibendo sanguinem eius. Unde & hoc in comunione recte ponitur.

Galat. 6. Primo regni dei de necessarijs uictus à deo quærentis. Psal. 83.

Psal. 91.

Psal. 79.

Iohan. 6.

Dominica sextadecima post pentecosten. Caput XVI.

Dominica sextadecima legitur hoc Euangelium, quod dominus fletu uiduæ matris mortuum unicum filium uiuum reddidit, & accepit omnes timor, & magnificabit deum. Hæc autem uidua sanctam significat matrem ecclesiam, id est, uniuersum prælatorum ordinem, qui regenerandarum in Christo curam habent animarum, qui mortem cuiusque animæ, quoties manifestis apparet criminibus, magnis profertur a corpore ecclesie, quæ uidua est, Christo sponso in presenti non manente cum illa. Hinc ergo Euangelio bene illa præmittitur Apostoli lectio, Fratres obsecro uos ne deficiatis in tribulationibus meis, pro uobis, quæ est gloria uestra. Huius rei gratia flecto genua mea, & cætera: qui ait: Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in uobis, pulchre in officio personam uerbis quoque exprimit ecclesie uiduæ, uitam filiorum magnis gemitibus postulantis. Introitus miserere mihi domine, quoniam ad te clamaui. Itemq; Offerenda: Domine in auxilium meum respice. Voces huius uiduæ scilicet sanctæ matris ecclesie sunt, quas emittere debet, pro filiorum suorum, qui forte in morte peccati prolapsi sunt, resuscitatione. Graduale uero: Timebunt gentes nomen tuum domine, ad hoc consonat, quod dictum est in prædicto Euangelio. Accepit autem omnes timor. Nam quomodo edificat dominus Syon, iuxta uicem gradualis uerbum, nisi procurado uitæ & incolumitatẽ animabus spiritaliũ eius filiorum? Quod quia perficit per cibum corporis & potum sanguinis sui: recte in comunione ponit gratia: actio, eadẽ uidua scilicet sancta ecclesia dicet: Dñe memorabor iustitiæ tuæ soli, &c.

Lucæ 7. Vidua mortui plâges filii: ecclesia est & or do patorum.

Eph. 3. Galat. 4.

Psal. 58. Psal. 70.

Psal. 101. Lucæ 7.

Psal. 70.

Dominica decimasextima post pentecosten. Caput XVII.

In officio dominicæ septimæ decimæ nobis innuitur qualiter ad hoc contendere debeamus, ut in oculis domini, magni & honore digni iudicemur, & in domo quæ est ecclesia primos recubitus, non nostra præsumptione præterire, sed ab eius electione expectare debeamus. Dicitur in Euangelio huius dominicæ parabola hæc: Cum uocatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, & cætera: uidelicet, hoc in suo celesti cõuiuio futurum esse indicans quod ad ultimum infert: Omnis enim qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Hinc est, quod in præeunte epistola lectione Apostolus ait: Obsecro uos, ego uincentis in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, & cætera. Quod utique idem est, ac si diceret: Obsecro uos, ut uocati ad nuptias Christi & ecclesie, sic iniretis & discumbatis, quomodo & ille qui uos uocauit, qui & dixit: Ego autem in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Et tandiu ministrat, donec diceret illi pater: Amice, ascende superius, id est, donec obedienti usque ad mortem, daret illi nomen quod est super omne nomen. Introitus: Iustus est dominus, manifeste illam collaudat sententiam, qua in Euangelio dicitur: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Simulq; oratio est, pro illo qui se humiliat: Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, hanc uidelicet misericordiam, ut dicas illi, amice, ascende superius. Graduale: Beata gēs cuius est dñs deus eius, uniuersalis beatificatio populi gentilis, qui superbiẽt Iudaico populo, humilitatus sub signo crucis Christi, superius ascendere meruit, id est, supra populum illum qui primo loco cõfederat, imò de primo cõfessu superbiebat. In Offerenda exemplum ponit efficacissimū, qd cum humiliat diceret, peccauimus, iniquitatẽ fecimus, impie gessimus, &c. meruit ita exaltari, ut cū oraret, sicut in eadẽ Offerenda ipse testat, dicens: Oraui deũ meũ ego Daniel, &c. mitteret illi iudex futuroꝝ archa

Lucæ 14. Qui se humiliat exaltabitur. Lucæ 22. Phil. p. 2. Psal. 108.

Eph. 4. Qui se humiliat exaltabitur. Lucæ 22. Phil. p. 2. Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

Psal. 108.

gelus Gabriel, sicut habet sequens uersus: Adhuc me loquente, &c. Per illam nanque uisionem sic exaltatus est, ut non tantum uenturum ad salutem nostram Christum praeuideret (quod ceteris prophetis comune est) sed & tempora aduentus eius propria quadam gratia praediceret, dicente sibi angelo: Septuaginta hebdomades abbreviate sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, & consummetur praeuaricata, & caetera. Communio quoque: Vouete & reddite domino deo uestro, in eo maxime imperare uidetur, ut in nouissimo loco recumbamus: quod ait terribili & ei qui aufert spiritum principum, id est, superbiorum, quos utique uel conuertendo uel deiciendo factis ipsis dicit cuique illorum: Da hic locum,

Dominica decimoctaua post pentecosten. Caput XVIII.

SVpradictum ergo officium hoc innuit, ut ad nuptias Christi quilibet inuitatus, tali in loco recumbat, ut merito dicatur ei: Ascende superius. Huius autem sequentis dominicae officium, magna & mira declamatione demonstrat eidem, qui uocatus est superius, id est, praelatus est domui Christi, & curam animarum suscepit, qualiter in eodem superiori loco se habeat, uidelicet, ne, iuxta Euangelium eiusdem officii, sint sicut scribae & pharisaei, qui sederunt super cathedram Moysi: sed sint sicut ipse Moyses, de cuius exemplo, quod ecclesiastici se qui debeant rectores, longa & ualida declamatio est in offerenda. sanctificauit Moyses, & uerbis eius. Non enim ignorare debet animarum rectores, quale ad negotium superiorem in locum uocari sunt, scilicet ut non tam praese fudeant quam prodesse, & sedentes in cathedra Moysi dicant & faciant, imo prius faciant, quod cum autoritate dicant, neque uelint uocari Rabbi, sed ad hoc tendant, ut portare possint peccata populi, & a subditis suis auertere iram dei. Bene ergo cum hoc Euangelio positum est in offerenda exemplum Moysi, qui sic sedet in cathedra magisterij, ut per nimiam humilitatem possit interuenire pro subditis, imo & tenere deum dicentem: Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos. fecerant enim uitulum (quando dicit in uersu Offerendae canimus.) Videns Moyses, procidens adora uit, dicens: Obsecro domine, dimitte peccata populi tui, & dixit ad eum dominus: Faciam secundum uerbum tuum. Haec est fidelitas serui, quem constituit dominus super familiam suam quam postulabant ipsi dicentes in introitu, ut prophetae tui fideles inueniantur: Da pacem, inquit, domine sustinentibus te, id est, eorum, quos nobis commisisti, peccata dimitte. Pax enim dei, peccatorum remissio est, ut prophetae tui fideles inueniantur, ut nos fideles serui inueniamur, dum familiae tuae non tantum praesumus, sed & utiliter pro illis interueniendo profusum. Talibus in praesente lectione epistolae dicit apostolus: Gratias ago deo meo pro uobis in gratia dei, quae data est uobis, quoniam in omnibus diuites facti estis & caetera. Ipsi in dem dicunt in gradualis: Fiat pax in uirtute tua, id est, remissio peccatorum in spiritu sancto tuo. Ipsi nihilominus in comunione dicitur: Tollite hostias & introite in atria eius, uidelicet quia uerum officium est, ut pro subditis interueniatis, exemplo Moysi, in conspectu domini stantes in contractione cordis.

Dominica decimanona post pentecosten. Caput XIX.

IN Euangelio dominicae nonae decimae, ait dominus paralyticis, confide filii, remittuntur tibi peccata tua. Et his qui audierant cogitantibus mala in cordibus suis, & dicentibus: Blasphemias, & caetera: ut sciat, inquit, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Per hunc autem paralyticum, significatur homo dissolutus, & ab omni bono opere remissus, qui cum a domino curatur, & iuxta praeeuntem epistolam renouatur spiritu mentis suae complet apostolicum praeeptum, quod in eadem epistola sequitur: Qui furabatur, iam non furetur, magis autem operetur manibus suis, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Nam quoad paralyticus erat dissolutus, nihil boni operabatur, imo labores operantium furabatur. Qualiter ergo praelati uel rectores animarum salutem procurare debeant subditorum, sicut in praecedenti officio dictum est, hoc sequens exprimit officium. Nam ipsorum est, offerre paralyticum in lecto iacentem, id est, orare pro his, quorum peccata animas in mala conscientia a bono opere torpentes detinent, & ita pro eis interuenire, ut uideans dominus fidem illorum, dicat: Confide filii, remittuntur tibi peccata tua. In introitu dum dicit dominus: Salus populi ego sum, hoc idem nobis de seipso testatur, quod & in Euangelio iam dicto murmurantibus pharisaeis, curatione paralytici comprobatur, uidelicet, quia potestatem habet et in terra dimittendi peccata. In gradualis uero iam curatus idem paralyticus, iamque laborans operando quod bonum est manibus suis, quae prius dissolutae fuerant, dicit: Eleuatio manuum mearum. Et hoc experimento uirtutis confortatus in fide, & fidens in remissione peccatorum consequenda, dicit in Offerentiorum ambulauero in medio tribulationis, & caetera. Item in Offerentiorum genua, dissoluta quondam, dicit in Comunione: Tu mandasti mandata tua custodi in nimis, ut inam dirigantur uiae meae ad custodiendas iustificationes tuas.

Domi-

Dominica uicesima post pentecosten. Caput XX.

Officium dominicae uicesimae partim ex uocibus constat, eorum, qui ad nuptias intrauerunt, partim ex uocibus patrum gementium pro illis qui ad nuptias easdem uocati, quas fecit rex filio suo, non solum uenire noluerunt, sed & illis qui se missi sunt seruos tenuerunt, & contumelios affectos occiderunt. Hoc enim priores fecisse Iudaeos notum est, qui multos ad se prophetas & sapientes persecuti sunt, & apostolos Christi contumelios affecerunt. Hos igitur homicidas iuste per dendos & ciuitatem illorum subuertendam prophetae praeuiderunt, quorum illa uox est quae in introitu ex uerbis Danielis decantatur. Omnia quae fecisti nobis domine in uero iudicio fecisti, & caetera. Item in offerenda: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus. In hac enim seu in uerbis eius hoc deplorant, quod ad salices Babylonis organa sua suspenderunt, id est, propter infructuosos & steriles auditores, praedicantium uoces conticuerunt: propter eos, inquam, qui uocati ad nuptias, ut dictum est, uenire noluerunt, quia non fuerunt digni. In lectione uero epistolae eos qui de exitibus uirum congregati sunt, ut implerentur nuptiae discumbentium, Paulus apostolus opportune commonet dicens: Videte quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, & caetera: hoc uidelicet intendens, ne inebriatus uino, in quo est luxuria, inueniatur quis absque ueste nuptiali, cum rex ad uidentis discumbentes intraret, sed e contra impleamini spiritu sancto loquentes uobismet ipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, quae uere harum sunt epulae nuptiarum, de quibus in sequenti gradualis gratias agere dicimus: Oculi omnium in te sperant domine, & caetera: uel quas in comunione postulans quis nostrum dicit: Memento uerbi tui seruo tuo domine.

DE Dominica uicesima prima post pentecosten. Caput XXI.

Officium dominicae uicesimae primae uoces continet hominis in conflictu uirtutum uictorumque positi, qui interdum, cum coeperit sanctis florere uirtutibus, & iuxta benedictionem hominis timetis deum, uxor illius uidelicet domus dei, cui forte praeficit sicut utis abundans excreuerit in lateribus domus suae, id est, in amplitudine sanctae ecclesiae, & filij eius sicut nouella oliuarum in circui uirtutis suae: cum, inquam, ita profecerit, repente tentatur diabolus occulta dei dispensatione permixtus, domum, id est, conscientiae eius statim concutiens euerit, & filios eius, id est, uirtutes animi, turbata in cognitione conscientia, pene conterit. Hoc luce clarius ex offerenda comprobatur. Vir erat in terra nomine Iob, moraliter enim in eiusmodi homine aguntur ea, quae in tentatione huius beati Iob historialiter acta memorantur. Huius ergo nobilis & praetiosioris animi concussionem, uel periculum significat in Euangelio febris, quae pene extinxerat Reguli filium. Prae currentes autem epistola confortat eum circumuentum tentationibus, & consolatur, ne abundantiori tristitia absorbeat dicendo: Confortamini in domino, & in potentia uirtutis eius. Non enim est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, & caetera. Introitus autem: In uoluntate tua domine, & caetera: uox est eiusdem militis, humiliter conscientia cum beato Iob in terram corruentis, id est, terram se esse cognoscentis ad digentis: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Postquam confessionem petiti circumfusus est tentatione effugium, dicens in gradualis: Domine refugium factus es nobis, Et in comunione: In salutari tuo anima mea, & uerbum tuum speraui.

DE Dominica uicesima secunda post pentecosten. Caput XXII.

In officio dominicae uicesimae secundae dicimus ad introitum: Si iniquitates obseraueris domine, domine quis sustinebit. Nimirum in persona serui illius de quo Euangelium narrat semetipsum quisque nostrum humiliter recognoscit, qui decem milia talenta sua debebat regi, procidensque rogabat dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Itaque magnitudinem debiti, id est, peccati sui quisque nostrum perpendens, dicit: Si iniquitates obseraueris domine, & caetera. Ut autem laxationem quisque nostrum obtineat, agendum est, quod dicit Paulus in praeeunte epistola: Et hoc oro, ut charitas uestra magis ac magis abundet in scientia, & in omni sensu, & caetera: subauditur enim, ut remittatis unusquisque fratri suo de cordibus uestris. Vbi uero charitas haec abundat, sicut dictum est, recte congratulatio illa deponitur, secundum quam in gradualis dicimus: Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in unum. Et si quaeras, quantum uel quale bonum fit unitas, id est, charitas fratrum cohabitantium, sequitur in uersiculis: Sicut unguentum in capite, & caetera: id est, sicut remissio peccatorum effusa per spiritum sanctum, quae de capite nostro, scilicet Christo, descendit ad barbam Aaron, id est, in fortes & perfectos Christi apostolos, & ab illis usque ad nos. Tunc enim cohabitatio fratrum est sicut illud unguentum, cum donamus in uicem, fit quid habemus aduersus alterum fratres & coheredes, sicut euangelicus rex, Christus donauit nobis. Mandauit namque benedictionem, id est, eandem remissionis charitatem, ut donemus inuicem: & uitam usque in seculum, subauditur, fore promittit huius charitatis praemium.

In offe-

Psal. 75

Officium praelatorum Matth. 23

Incessio Moysi pro populo.

Exodi 32 Lucae 12 Eccl. 36

1. Cor. 1 Psal. 121 Psal. 105

Matth. 9 Paralyticus, homo dissolutus absque bonis operibus. Ephe. 4 Offerentes paralyticum praelatis

Psal. 140

Psal. 22 Psal. 118

Matth. 23

Reculantem uenire ad nuptias Iudaei. Danielis 3 Psal. 136

Intrauisti ueste nuptiali. Ephe. 5

Psal. 144 Psal. 115

Terratio iusti & proficientis. Psal. 127

Iob 1 Iohan. 4 2. Cor. 2 Epistola. Ephe. 6 Hester 12 Iob 1

Psal. 59 Psal. 118

Psal. 129

Matth. 18

Phillip. 1

Psal. 132. Maximum boni charitatis fratrii.

Matth. 18 Psal. 132

Hester 14 ¶ In offerenda uero recordare mei domine, quæ sumpta est de oratione Hester, commone-
mur summpere curandum esse & orandum, ut placeant uerba nostra in cōspectu principis,
Matth. 6 scilicet eiusdem regis magni, qui pos. it rationem cum seruis suis, uerba, inquam, nostra dicen-
tium: Dimitte nobis debita nostra. Non enim placebunt hæc uerba nostra in conspectu prin-
cipis, cum ille rationem posuerit, si non dimittimus & nos debitoribus nostris. Quod autem
Lucæ 15 caninus in communionem ex auctoritate Euāgelij: Dico uobis, gaudium est angelis dei super
uno peccatore poenitentiam agente, de illo sentiendum debitore, qui sic poenitet, & sic sibi po-
stular dimitti, ut primum dimittat ipse conseruis suis.

DE DOMINICA UIGESIMATERTIA POST PENTECOSTEN. Caput XXIII.

1. Tim. 2 ¶ Ntantij sacrosancta ecclesia iuxta edictum Apostoli, obsecrationes, postulationes, gra-
Roma. 11 tiarum actiones, pro omnibus agit, ut pro futura quoq; filioꝝ Israel salute, gratias agat,
Hier. 29 quos suo quandoque corpori unidos fore cognoscit. Nam quia in fine mundi reliquie
Reductio ad fidē in sine scult. illorum saluæ fient, in hoc ultimo anni officio, gratulatur de illis, ut pote futuris mem-
Gen. 43 bris suis. Dicit ergo in introitu annuntians iugiter quod prophetatum est de illis: Dicit domi-
Iohan 6 nus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis, & cætera. Pacis enim cogitationes cogi-
Hier. 23 gitat & non afflictionis, qui conuiuium gratiæ suæ facturū se repropmittit, cum illis secū dum
Psal. 43 carnem fratris suis, sicut in patriarcha Ioseph præfiguratum est. Nam sicut ad illum in to-
Psal. 129 ta terra Aegypti dominantem uenerunt, qui cum uendiderant fratres sui, fame compulsi, &
Gen. 50 ab eo recogniti atque recepti sunt, & ipse cum illis celebrauit conuiuium sic ad ipsum domi-
Marc. 11 num nostrum, totum mundo principantem, & Aegyptios, id est, gentiles, qui in peccatorum te-
Gen. 50 nebris fuerant, pane uitæ copiosius alentem, reuertentur reliquie filiorum Israel, & ab eo re-
cipientur in gratiam, quem negauerunt & occiderunt, & tunc mensam suam communicabit
eis, & inebriabitur Ioseph iste cum fratribus suis. Huius mensæ gratiam signat illud Euange-
lium in officio dominicæ, quo ipse narratur de quinque panibus saturasse quinque milia ho-
minum. Tunc enī quinque libros Moysi aperiet Iudæis, quos nunc uelut integros panes por-
tar puer, scilicet idem populus sensu puerili, edentq; & saturabuntur etiam ipsi, & laudabunt
dominum requirentes eum. Tunc implebitur illud Hieremij, id est, uaticinium quod hoc Euange-
lio recte præmittitur: Ecce uenient dies dicit dominus, & non dicent ultra, uiuit dominus qui
eduxit filios Israel de terra Aegypti, sed uiuit dominus, qui eduxit & adduxit semen domus
Israel de terra aquilonis, & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc, & habitabunt in ter-
ra sua, soluti ergo illi, qua nunc tenentur, captiuitate animarū, clamabunt alia deuotione gra-
tiarum actionem, quam sequēs innuit graduale. Liberasti nos domine ex affligentibus nos,
& cætera. ¶ Supplicatio quoque qua dicimus in offerenda, de profundis clamaui ad te domi-
ne, eidem rei uel temporari manifeste congruit: Dicent enim ad hunc magnum Ioseph, fratres
sui in illa die: Obsecramus ut obliuiscaris sceleris fratrum tuorum. Communio quoq; Amen
dico uobis quicquid orantes petitis, & cætera: responso est eiusdem Ioseph dicentis: Nolite
timere: Vos cogitatis de me malum & deus uertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut im-
præsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos, Nolite metuere, ego pascam uos &
paruulos uestros.

Item, de nocturnis lectionibus per æstatem. Caput XXIII.

Lectionibus Re- gum, mox post pente costen. ¶ Octurnæ lectiones tota æstate sua uarietate suoꝝ ordine, seriem designant tem-
porum uel profectuum sanctæ ecclesiæ. ¶ Primum nanque historia Regum, que
statim post pentecosten ponitur, primis duobus libris, mystice assimilatur pri-
mis Christianitatis temporibus, quando paulatim crescente fide Christi, uetus
idololatria decidit. Nam sicut regnanti Sauli, quem populus appetierat contra uoluntatem
dei, superuenit electio Dauid, quem dominus secundum cor suum se inuenisse dicit, tandēq;
1. Reg. 9 totum regnum à domo saulis auersum, eidem Dauid se subdidit: sic dæmonum cultui su-
Psal. 77. 38 peruenit in mundum cultus dei, statim post aduentum spiritus sancti, tandemq; Christiana
2. Reg. 5 fides per bella martyrum uictrix, sedit in throno Romani imperij, totusq; deinceps mun-
dus manu forti, Christo se subdidit. ¶ Duobus sequentibus libris, in quibus regnum diui-
sum est à domo Dauid, ex quo Hieroboam regni scissuras (sicut illi per manum Achizæ Sy-
lionitis significatum est) inuasit, & contempto templo domini duos uitulos fecit: illa signifi-
cabantur tempora, quibus ecclesiam hæreticorum infania scidit, & contempto altari Chri-
sti, reiecto cultu ueritatis, falsitatum suarum simulachra diuersa fabricauit. Sequuntur dein-
de libri sapientissimi Salomonis, uidelicet sicut post pugnas hæreticorum claruerunt in ec-
clesia ingenia doctorum, qui excitati contentionibus illorum, non dormitantes, sapientiæ &
scientiæ studuerunt, & disputauerūt quodammodo & ipsi, sicut de salomone legitur, super
lignis à cedro que est in Libano usq; ad hyssopū qui egreditur de pariete, id est, nihil omnino
de sacra scriptura, ne uaruum, nec magnum, aliquod uerbum ab allegoria uel aliqua utili
moralitate uacare pa. sunt, Deinde nihilominus congrue sequitur liber Iob, quia uidelicet
maxime

maxime in pace ecclesiæ non desunt illæ tentationes uiris ad uirtutem tendentibus, quæ in
omnibus percussionibus, uel consolationibus eiusdem sancti Iob, authore beato Gregorio, contra rei-
moraliter figuratur. Tunc enim uigent interius tentationes spiritalium uitiorum, quorum
quanto occulitior pugna, tanto difficilior uictoria.

Item de nocturnis lectionibus à mense Septembri. Caput XXV.

A Bhinc iam mense Septembri, quatuor imponuntur libri, uidelicet Tobias, Iudith,
Hester & Esdras. Quorum consideratio quam congrue quatuor cardinales uirtu-
tes, prudentiam scilicet, fortitudinē, temperantiā, & iustitiam exprimat, palam est.
Tobias quippe in figura prudentiæ non inconuenienter accipitur, qui cæca-
Tobias typos prudentiæ. Eccl. 2 ris oculis exterioribus, uidenti filio mandata uiuendi largitur, ut illud Salomonis impleatur.
Sapientis oculi in capite eius. Per caput enim mentis industria, per oculos uero intelligit pro-
uidentia, quæ idem est, quod prudentia. Bene ergo prudentiæ titulo præfulget, qui menti il-
lius munimen prouider, cuius ducatu ipse foris eget.

Iudith uero fortitudinis speciem in hoc nimirum prætedit, quod formidantibus uiris bel-
licosis, inuaniissimo tyranno pro liberatione patriæ se opposuit, & principem militiæ fecim-
licofis, inuaniissimo tyranno pro liberatione patriæ se opposuit, & principem militiæ fecim-
na inermis dei adiutorio superauit. Fortitudo enim eius à deo fuit, sicut ipsa in oratione dicit:
Et nunc domine subueni mihi uide, ut quod per te posse credidi, perficiam. In quo quam ue-
re fortis fuerit, caput Holofernis, ebrietate sopiti, amputatura ipsius pugione, ostendit dicēs:
Conforta me deus meus in hac hora. Et præcidit caput eis. Verum hæc duo uolumina apud
Hebræos non sunt in canone, sed Nicenę synodi auctoritate, ad instructionem uenerunt san-
ctæ ecclesiæ.

Hester autem pro temperantiâ ponitur, quæ repudiata ob arrogantiam Vasthi regina, in
regnum subrogatur. Nam ipse temperantiæ hoc indicium est speciale, quod leonem illum,
de quo ipsa ad dominum dicit: Et da mihi gratiam in conspectu leonis, id est, Asueri regis, in
mansuetudinem conuertit, eiusq; edictum ex iustinctu Aman in temperantissime superbien-
tis, & genus Iudæorum perdere cupientis, in consolationem suæ stirpis trāstulit.

Esdras autem qui his adiungitur, priuilegium iustitiæ in uerbis & factis habere demōstra-
tur. Nam sicut iustitia restituit, quod iniustitia destruxit sic iste dirutum propter peccata po-
puli, templum cum ciuitate restituit. Idem quoque sicut in duo uolumina diuisus, unitor
(nam Neemias ei in eodem copulatur) sic iustitię duo præcepta sibi conueniunt, scilicet que
uultis ut faciant uobis homines, eadem facite illis, & quod tibi non uis fieri, aliq; ne feceris. Hi
itaque quatuor libri, prædictis uirtutibus insigniti, recte librum Iob, qui afflictiones sanctæ
ecclesiæ, beato Gregorio teste, exprimit, sequuntur, quia post tentationes ualde superatas,
gloria uirtutum electis datur.

Sed quia quædā in hoc mundo à domino peregrinamur, inter uirtutes uitiorum bella pa-
timur, euestigio Machabæorum libri leguntur, in quibus magnus ille hostis Antiochus con-
tra iuge sacrificium præualere refertur, deiq; martyres persequitur. Qui tamen Iudæ & fra-
trum eius labore uincitur, quia confessione op. rrum malorum cum exercitio operum bono-
rum aliquando deo donante superatur.

Post prophetarum libri, usque in aduentum domini concrepant, qui modo terrorem di-
stricti iudicis, modo blandimenta pij conditoris prædicant. Ex his Ezechiel, qui interpreta-
tur fortitudo dei, & Daniel, qui sonat iudicij dei, maiores & primi sunt, quia spes, quæ ex for-
ritu dine diuini auxilij, & metus, qui est ex iudicio dei, mente æqualiter docent, præsentibus
uti, ne aut de deo desperans deficiat, aut in se presumens corruat. De reliquis duodecim pro-
phetis in unū uolumen coartatis loqui super se demus, quia à sanctis patribus de his copiose
disputatum est. ¶ Ideo autem usque ad aduentum domini leguntur, ut inter tenebras &
conflictus huius seculi, usque ad reditū Christi, scripturę nos illuminent & consolentur. Per
eundem dominum nostrum Iesum Christum, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat
deus, per omnia secula seculorum. A M E N.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS (ANTE QVA-
dringentos ferme annos defuncti) de Diuinis Officiis, libri duode-
cim, Impensis Arnoldi Birckman iam secundo in lucem
æditi, Anno à natali Christiano,
M. D. XXXII.

